

FELICITER

ACTVRVS NE SIM
operepretium sit a primordio ur
bis rei populi Romani perscripse
rim nec satis scio nec satis sciam di
cere ausim quippe qui uetere[m] tã
uulgatam esse rem uideam dum
noui semper scriptores aut in rebo
certius aliquid allaturos se aut
scribendi arte rudem uetustatem
superaturos credunt. Vt cunq; erit tamen abit rerum ge
starum memoriæ principi terrarum populi pro uirili par
te meæ pstum consuluisse. et si in tanta scriptorum turba mea
fama in obscuro sit nobilitate ac magnitudine eorum qui
nomini officient meo consoler. Res est preterea et immensi
operis. ut quæ supra septingentesimum annum repetatur
et quæ ab exiguis profecta initiis eo creuerit. ut iam magni
tudine laboret sua: et legentium plerisq; haud dubito quin
primæ origines. proximaq; originibus minus prębitura sint
uoluptatis festinantibus ad hæc noua quibus iam pridem
prevalentis populi uires ipse conficiunt. Ego contra hoc e
quoq; tã oneris premium peto. ut me a conspectu malorum
quæ nostra tot per annos uidit ætas: tam diu certum pris
tinæ cogitationis pectus auertam omnis cura quæ fortã
tis animum et si non flectere at uero solicitum tamen efficere
possit. Quæ ante conditam condendamue urbem poetæ
magis decora fabulis quã incorruptis rerum gestarum mo
numentis traduntur ea nec affirmare nec refellere in ãio ẽ

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000
Kodak LICENSED PRODUCT
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



T1T0 Livio

pp 63 r



FELICITER

ACTVRVS NE SIM

operepretium sit a primordio ur
bis rei populi romani perscripse
rim nec statui scire nec scisci am di
cere ausim. Quippe qui ueterem ta
uulgatam esse rem uideam dum
noui semper scriptores aut in reb⁹
certius aliquid allaturos se aut
scribendi arte rudem uetustatem
superaturos credunt. Vt cunq; erit uuabit tamen rerum ge
starum memoriae principi terrarum populi pro uirili par
te meae fuisse consuluisse. et si in tanta scriptorum turba mea
fama in obscuro sit nobilitate ac magnitudine eorum qui
nomini officient meo consoler. Res est praeterea ingrmensi
operis. ut quae supra septingentesimum annum repetatur.
et quae ab exiguis profecta initiis eo creuerit. ut iam magni
tudine laboret sua: et lectorum plerisq; haud dubito quin
primae origines. propinquaq; originibus minus prolixa fore
uoluptatis festinantibus ad haec noua quibus iam pridem
praevalentis populi uires ipse conficiunt. Ego contra hoc
quoq; laboris praemium petam: ut me a conspectu malorum
quae nostra tot per annos uidit aetas: tantisper certe dum prisca
illa tota mente repeto: auertam omnis cura quae scrie
tis animum et si non flectere at uero solutum tamen efficere
possit. Quae ante conditam condendamue urbem poeti
magis decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum mo
numentis traduntur: ea nec affirmare nec refellere in ani

Datur hec uenia antiquitati: ut miscendo humana diui
nis primordia urbium augustiora faciat: Et si cui plo
licere oportet consecrare origines suas: et ad deos referre
auctores: ea belli gloria est populo Ro. ut cum suum condi
torisq; siu parentem martem potissimum ferat: tam et hoc
gentes humane patiantur. equo animo q̃m imperium pa
tiantur: Sed hec et his similia ut cunq; animaduersa
aut existimata essent haud in magno equidem ponam
discrimine. Ad illa mihi quisq; pro se acriter intendat ani
mum que uita qui mores fuer̃: per quos uiros quibusq;
artibus domi militiaeq; et partum & auctum impium sit.
Labente deinde paulatim disciplina uelut dissidentes pri
mo mores sequatur animo: deinde ut magis magisq; lapsi
sint cum ire ceperunt precipites donec ad hec tempora qui
bus nec uicia nostra nec remedia pati possumus perueni
est. Hoc illud est precipue in cognitione rerum salubre
ac frugiferum: omnis te exempli documenta in illustri po
sita monumento intueri. Inde tibi tuaeq; rei pu. quod i
mitere capias: inde fedum inceptu fedum exitu quod ui
tes. Ceterum aut me amor suscepti negocii fallit: aut nul
la umq̃m res pu. nec maior. nec sanctior nec bonis exem
plis ditior fuit: nec m̃q̃m ciuitatem tam sere auaricia. lux
uriaq; immigrauerint: nec ubi tantus ac tam diu pauper
tati ac parsimonie honos fuerit: adeo quantum rerum mi
nus tanto minus cupiditatis erat. Nuper diuicie auaricia̅
et habundantes suo luptates desiderium per luxum atq; libi
dinem pereundi perdendiq; omnia inuexere. Sed querele
ne tum quidem grate future cum forsitan necessarie erunt:
ab inicio certe tante oriende rei absint. Cum bonis potius om
nibus uotisq; et precationibus deorum deanumq; si ut poe
tis nobis quoq; mos esset libentius inchoremus ut ortus ta̅
tum operis successus prosperos darent. Iam primum

omnium fatis constat troya capta in ceteros seuitum esse t°
ianos: duobus Enee Antenoricq et uetusti iure hospicii/ et
quia pacis reddendeq; Helene semper auctores fuerant omne
ius belli Achiuos abstinuisse. Casibus deinde uariis Antenore
cum multitudine enetum qui seditione ex Paphlagonia pul
si et sedes et ducem rege philimene ad troiam amisso querebat
uenisse in intimum maris adriatici sinum. Euganeisq; qui in
ter mare alpesq; incolebant pulsis. enetos troianosq; eas tenu
isse terras: et quem primo egressi sunt locum troia uocatur: pa
gos inde troiano nomen est. gens uniuersa ueneti appellant.
Æneam ab simili clade domo profugum: sed ad maiora rerum
initia ducentibus fatis primo in Macedoniam uenisse: deinde
in Siciliam quærentem sedes delatum: ab sicilia classe ad laure
tem agrum uenisse. Troia et huic loco nomen est. Ibi egressi t°
iani ut quibus ab immenso prope errore nihil præter arma et
naues superesset cum predam ex agris agerent Latinus R. ex
aborigines; qui tum ea tenebant loca ad arcendam uim aduc
natum armati ex urbe atq; agris concurrunt. Duplex exinde
fama est: alii prelio victum Latinum/ pacem cum Enea atq;
affinitatem iunxisse tradunt: alii cum instructæ acies cōsti
tissent priusq̄m signa canerent processisse latinum inter primo
res: ducemq; aduenarum euocasse ad colloquium: percunctа
tum deinde qui mortales essent unde aut quo casu profecti
domo: quidue querentes in agrum laurentem exissent: Post
q̄m audierit multitudinem troianos esse: ducem Eneam fi
lium Anchise et Veneris cremata patria et domo profugos i
sedem condendæ urbi locum quærere: et nobilitatem admira
tus gentis uirisq; et animum uel bello uel paci paratum dextera
data fidem futuræ amicicie sanxisse. Inde fœdus ictum inter
duces: inter exercitus salutationem factam. Eneam apud
Latinum fuisse in hospicio. Ibi Latinum apud penates deos
domesticum publico adiunxisse fœdus. Tandem stabili fir

firmaq; fede finiendi erroris oppidum condens eneas ab no
mine uxoris Lauinium appellat. Breui stirps quoq; uiri
ex nouo matrimonio fuit: cui Ascanium parentes dixere
nomen. Bello deinde aborigines troianiq; simul petiti Tur
nus rex rutulorum cui pacta Lauinia antea aduentum æ
neæ fuerat prelatum sibi aduentum egre patiens: simul &
neæ Latinoq; bellum intulerat. Neutra acies læta ex eo certa
mine abiit. Victi rutuli: victores aborigines troianiq; duce
Latinum amisere. Inde Turnus rutuliq; diffisi rebus ad flo
rentes opes etruscorum Mezentiumq; regem eorum confu
giunt. Quibus cere opulento tum oppido imperans iam inde
ab initio minime letus noue origine urbis: et tum nimio plus
qm satis tutum esset accolis rem troianam crescere natus v
haud grauatim socia arma rutulis iunxit. Eneas aduersus
tanti belli terrorem ut animos aborigenum sibi conciliaret:
ne sub eodem iure solum: sed etiam nomine omnes essent la
nos utrumq; gentem appellauit. Nec deinde aborigines troiani
studio ac fide erga regem Eneam cessere: fretusq; hac animis
coalescentium indies magis duorum populorum Eneas quanq;
tanta opibus etruria erat ut non terras solum sed mare etiam
per totam italie longitudinem alpibus ad fretum siculum fa
ma nominis sui implesset: tamen cum meritis bellum pro
pulsare posset in aciem copias eduxit. Secundum inde bellum
latini Enee etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs e
quem cunq; cum dicit ius falsq; est super numicum flumen. Io
uem indigetem appellant. Nondum maturus imperio A
scanius Enee filius erat. tamen id imperium et ad puberem æta
tem incolume mansit. tantusper pro tutela mollis dri tanta in
doles in Lauinia erat. res latina et regnum auitum paterni
q; puero stetit. haud nihil ambigam. Quibus enim rem
tam ueterem pro certo affirmet. hic ne fuerit Ascanius an
maior qm hic ceruisa matre ilio incolumi natus comesq;

unde paterne fuge: quem iulum unde iulia gens auctorem sui
nominis sui nuncupat. Hi Ascanius subiungs et quacunq; ma
tre genitus certe natum ænea constat. habundante Latinii
multitudine florentem iam urbem reficiant: ampq opulentã
urbem matri seu nouercæ reliquit. Nouam ipe aliam sub al
bano monte condidit: que ab situ porrecte in dorso urbis lon
ga Alba appellata. Inter Latinium et Albam longam coloniã
deductam. xxxx. ferme interfuere anni. Tantum tamẽ opes
creuerant maxime fulis etruscis ut ne morte quidem æneæ
nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentum primum
puerilis regni mouere arma: aut Mezentius etruscique aut ul
li alii accolæ ausi fuerint. Pax ita conuenerat ut Etruscis lati
nisq; fluuius Albula quem nunc Tiberim uocant finis esset.
Siluius deinde regnat Ascanii filius casu quodam in siluis na
tus. is æneam siluium creat. is deinde latinum, abeo colonie . Siluium .
aliquot deducte prisca latini appellan. Mansit siluii postea
omnibus cognomen qui Albe regnauere. Latino alba ortus
alba atys. atys capis. capi capetus. capetus tiberinus qui in tra
iecto albule amnis submersus celebre ad posteros nomen flu
mini dedit. Agrippa inde tiberini filius. post Agrippam Ro
mulus Siluius a patre accepto imperio regnat auentino fulmi
ne ictus ipse regnum per manus tradidit. is sepultus in eo colle
qui nunc pars Romane urbis cognomen colli fecit. Proca dein
de regnat. Is numitorem atq; amulium procreat. Numitori
qui stirpis maximus erat regnum uetustum siluie gentis le
gat. Plus tamen uis potuit qm patris uoluntas aut uerecundia
etatis: pulso fratre Amulius regnat. addit sceleri sceleris. stirpẽ
fratris uirilem interemit. fratris filie Rheæ siluie per speciem
honoris cum uestalem eam legisset perpetua uirginitate spe
partus adimit. Sed debebatur ut opinor fatis tanti origo ur
bis: maximique sedis deorum opes imperii principium ut com
pressa uestalis cum geminum partum edidisset seu ita erat

seu quia auctor culpe honestior erat matrem incerte stirpis
patrem nuncupat. Sacerdos iuncta in custodiam datur. pue
ros in profluentem aquam mitti iubet. Sorte quadam diui
nitus super ripas riberis effusus leuibus stagnis nec adiri ad "usq̃m
iustum cursum poterat amnis et posse q̃m uis languida mer
gi aqua infantes spem ferentibus dabat. Ita uelut defunctos
regis imperio in proxima alluuie ubi nunc ficus ruminalis e
romularem uocatam ferunt, pueros exponunt. Vasta tum in
his locis solitudines erant. Tenet fama cum fluitantem alueũ
quo expositi erant pueri tenuis in sicco aqua destituisset lupa
sitientem ex montibus qui circa sunt ad puerilem uagitum
cursum flexisse: eam submissas infantibus adeo mitem pre
buisse mammas: ut lingua lambentem pueros magister regi
pecoris inuenerit. Faustulus fuisse nomen ferunt. ab eo ad sta
bula Laurentie uxoris ferum educandos datos. Sunt qui
Laurentiam uulgato corpore Lupam inter pastores uocatam
putent. Inde locum fabule ac miraculo datum. ita genitus ita
educati. Cum primũ adoleuit etas nec in stabulis nec ad
pecora segnes venando peragrare saltus. hinc robore corporibo
animisq; sumpto. iam non feras tantum subsistere: sed in lar
nes preda onustos impetus facere. pastoribusq; rapta diuidẽ
et cum his crescente in dies grege iuuenum ferias aliquos cele
brare. Iam tum in palatino monte lupercal hoc fuisse ludicrũ
ferunt: et a pallantea urbe archadia pallantium deinde pala
tinum nomen appellatum. Ibi Euandrum qui ex eo genere
archadum multis ante tempestatibus tenuerat loca sollem
ne allatum ex archadia instituisse ut nudi iuuenes Licen
pana uenerantes per luxum atq; lasciuiam currerent: quem
romani deinde uocauerunt lupercum. Huic dedititi ludi
cro cum sollemne uotum esset insidiatos ob uiam prede amis
se latrones cum Romulus ui se defendisset Remum cepisse
captum regi Amulio tradidisse ultro accusantes criminu ma

ximedabant: in Numitoris agros abhisimpetum fieri: in/
de eos collecta iuuenum manu hostilem in modum predas age
Sic Numitori ad supplicium Remus deditur. Iam inde abini
cio faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari: nam
et exposito iussu Regis infantes sciebat et tempus quo ipe iustu
lisset eos ad idipsum congruere. Sed rem immaturam nisi aut
per occasionem aut per necessitatem aperire noluerat. Necessi
tas prior uenit. ita metu subactus Romulo rem aperit: forte
et Numitori cum in custodiam Remum haberet: audisseteq; ge
minos esse fratres: comparando eorum etatem et ipsam mini
me seruilem indolem tetigerat animum memoria nepotum
scisitandoq; eodem peruenit ut haud procul esset quin remu
agnosceret: ita undiq; Regi dolus nectitur. Romulus non
cum globo iuuenum: nec enim erat ad uim aperta par: sed
alius alio itinere iussis ad regiam uenire pastoribus ad regem
impetum facit. et a domo Numitoris alia comparata manu v
adiuuat remus. ita regem obtruncant. Numitor inter primu
tumultum hostes sua sisse in urbem atq; adortos regiam duc
tans cum pubem Albanam in arcem presidio armisq; obtinen
dam aduocasset. Postquam iuuenes perpetrata cede peruenere ad se
gratulantes uidit: extemplo aduocato concilio scelera in se fra
tris originem nepotum ut genitus ut educatus ut cognitus esset v
eedem denique tyranni: seq; eius auctorem ostendit. iuuenes
per mediam contionem agmine ingressi cum regem auum sa
lutassent secuta ex omni multitudine consentiens uox ratum
nomen imperiumq; regi effecit. Ita Numitori albana permissa
re Romulum Remumq; cupido cepit in his locis ubi expositi v
ubiq; educati erant urbis condendæ: et supererat multitudo Al
banorum latinorumq;. ad id pastores quoq; accesserant qui v
omnes facile spem facerent paruam albam parium lauinium
pro ea urbe que conderetur fore. Interuenit deinde his co
gitationibus auitum malum regni cupido: atq; inde fecium

certamen coortum á fatali miti principio: quoniam gemini
essent: nec etatis uerecundia discrimen facere posset: ut dii
quorum tutele ea loca essent augurijs legerent cum qui no
men nouæ urbi daret: qui conditam imperio regeret. Romu
lus palatinum. Remus auentinum montes ad augurandum
capiunt. Priori remo augurium uenisse fertur sex uultures.
Itaq; nunciato augurio cum duplex numerus romulo se
ostendisset: utrūq; regem sua multitudo consalutauerat: tē
pore illi precepto: at hi numero auium regnū trahebant. Inde
cum altercatione congressi certamine itarū ad cedem uertūt.
ibi in turba ictus remus cecidit. Vulgatior fama est ludibrio
fratris remum nouos transiluisse muros. inde abiratō Romu
lo cum uerbis quoq; increpitans adiecisset: sic deinde quicūq;
alius mœnia transiliet mea interfectum. Ita solus potitus impe
rio romulus: condita urbs conditoris nomine appellatur.
Palatium primū in quo ipe erat educatus munijt. Sacra diis alijs
albano ritu greco herculi ut ab Euandro instituta erant facit.
Herculem in ea loca Gerione interempto boues mira specie abegisse
memorant: ac prope tiberim fluuium qua pre se armentum
agens nando traiecerat. loco herbido ut quiete & pabulo leto
reficeret boues: et ipsum fessum uia procubuisse. Ibi cum eum
cibo uinoq; grauatum sopor oppressisset/ pastor accola eius lo
ci nomine Caccus ferox uiribus captus pulchritudine bouum
cum auertere eam predam uellet: quia si agendo armentum
in speluncam compulisset/ ipa uestigia quærentem dñm eo
deductura erant: auersos boues eximium quenq; pulchritudi
ne caudis in speluncam traxit. Hercules ad primam auroram
somno excitus cum gregem perlustrasset oculis et partem abesse
numero sensisset: pergit ad proximam speluncam/ si forte eo
uestigia ferrent: que ubi omnia foris uersa uidit: nec in par
tem aliam ferre confusus atq; incertus animi ex loco infesto age
re porro armentum cepit. Inde cum acte boues quosdam ad de-

fiderium ut fit reluctarum mugissent reddita incusarum ex
spelunca boum uoce herculem conuertit: quem cum uadentē
ad speluncam cacus sui prohibere conatus esset ictus clara fi
dem pastorum ne quicq̄m inuocans morte occubuit. Euā
der tum ea profugus ex pelopōneso auctoritate magis q̄m im
perio regebat loca uenerabilis sur miraculo litterarum rei n
noue inter rudes artium homines uenerabilior diuinitate
credita Carmentis matris: quam fatiloquam ante Sibille
in italiam aduentum mirate in ea gentes fuerant. Is tum E
uander concursu pastorum trepidantium circa aduenam n
manifeste reum cedis excitus postq̄m facinus facinoris q; ea
causam audiuit habitum formam q; aliquantū ampliorē
angustiorem q; humana intuens cogitat qui uir esset: Vbi
nomen patrem q; ac patriam accepit. Ioue nate hercules sal
ue inquit: te mihi mater ueridica inter pres deum auctorū
celestium numerū cecinit: tibi q; hic aram dedicant uiri: n
quam opulentissima in terris gens maximam uocet: tuo q;
ritu colat. Dextera hercules data: accipere q; omen impletu
rum fata ara condita ac dicata ait. ibi tum primū boue exci
mia capta de grege sacrum herculi adhibuis ad misterium
dapem q; potitius ac pinarius que tum familie maxime in
clyte ea loca incolebant factum. forte ita uenit ut potitii n
ad tempus presto essent: his q; exta apponerentur. Pinarii n
extis adesis ad ceteram dapem uenirent. Inde institutum
mansit donec pinariorum genus fuit ne extis sollemnium n
uescerentur. Potitii ab Euandro edocti antistites sacri eius
per multas ætates ferunt: donec tradito seruis publicis sol
lemni familie ministerio genus potitiorum omne interiit.
hec tum sacra romulus una ex omnibus peregrina. suscepit.
Iam tum immortalitatis uirtute parta ad quam eum sua fata
ducebant fautor rebus diuinis rite perpetratis uocataq; ad
concilium multitudine que coalescere in populi unius n

corpus nulla re preterq̃ legibus potuerat iura dedit. Que
ita sancta generi hominum agresti fore ratus si seip̃m vene
rabilem insignibus imperii fecisset: cum cetero habitu se au/
gustiorem. tum maxime lictoribus .xii. sumptis fecit: alii
a numero auium que augurio regnũ portenderant/ cum secutũ
numerũ putant. Me haud pœnitet eorũ sententię esse quibus
et apparitores & hoc genus ab etruscis finitimis unde sella /
curulis unde toga pretexta est sumpta: numerum quoq; ipz
ductum sumptum placet: et ita habuisse etruscos/ q; ex duodecim po
pulis communiter creato rege singulos singuli ppli lictores de
derunt. Crescebat interim urbs munitionibus alia atq; alia ap
petendo loca cum in spem magis future multitudinis q̃m ad
id quod tum hominum erat muniret. Deinde ne uana urbis
esset magnitudo adiciendę multitudinis causa uetere consilio
condentium urbes qui obscuram atq; humilem contiendo /
ad se multitudinẽ: natam ex terra sibi prolem enarrabant
locum qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos est
asilum aperit. Eo ex finitumis populis turba omnis sine discri
mine liberan seruus esset auida nouarum rerum profugit. id q;
primum ad ceptam magnitudinem roboris fuit. Cum iam
uirium haud peniteret consilium deinde uiribus parat/ cen
tũ creat senatores: siue quia is numerus satis erat: siue quia
soli centum erant qui creari patres possent. Patres certe ab hono
re patricii q; progenies eorum appellati. Iam res romana adeo
erat ualida. ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset
sed penuria mulierum hominis ętatem diuturna magnitudo
erat: quippe quibus nec domi spes prolis: nec cum finitimis
connubia essent. Tum ex consilio patrum. Romulus legatos
circa uicinas gentes misit qui societatem connubium q; no
uo populo peterent. Vrbes quoq; ut cetera ex infimo nasci
dendę qua sua natura ferret aut dii iuuent: magnas opes sibi ma
gnum q; nomen facere: satis scire origini romanę et deos

affuisse et non defuturam uirtutem. Proinde ne grauarentur
homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere. Nusqm
benigne legatio audita est: adeo simul spernebant: simul
tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metu
ebant: a plerisq; rogitantibus dimissi: eo qp feminis quoq; a
silium a peruissent: id enim demū compar cōnubium fore.
egre id romana pubes passa: et haud dubie ad uim spectare
tes cepit: aut tempus locumq; aptum ut daret Romulus egr̄
tudinem animi dissimulans ludos ex industria parat Ne
ptuno equestri sollemnes: consualia uocat: indicit deinde fi
nitimis spectaculum iubet. Quantoq; apparatu tum sciebāt
aut poterant concelebrant ut rem claram expectatamq; face
rent. Multi mortales uenere etiam studio "noue urbis uidē
di" maxime proximi quiq; Cenninenses. Crustumii. Antem
tes. Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac coniugibus
uenit: inuitati hospitaliter per domos cum situm moeniaq;
et frequentem tecti surbem uidissent: mirantur tam breui re
romanam creuisse. Vbi spectaculi tempus uenit deditoq; eo
mentis cum consiserant: tum ex composito orta uis signoq; d
dato iuuentus romana ad rapiendas uirgines discurrit. Mag̃
pars forte ubi quem inciderat rapte quasdam forma excellente
primoribus patrum destinata ex plebe homines quibus da
tum negocium erat domos deferebant. Vnam longe ante alias
specie ac pulchritudine insignem a globo thalasii cuiusdam
raptam ferunt. Multiq; sciscitantibus cuinam eam ferrent
idem uidem nequis uiolaret thalasio ferri dam tatum: inde
nuptialem hanc uocem factam. Turbato per metum ludicro
mesti parentes uirginum: miscantes sanguinem hospitii fedus:
deamq; inuocantes cuius ad hec sollemne ludosq; per fas ac et
fidem deceptui uenissent: nec raptis spes aut de se melior: at
indignatio est minor. Sed ipse Romulus circumibat: docebat
patrum id superbia factum qui connubium finitimis ne

gassent: illas tamen in matrimonio in societate fortunarum
omnium ciuitatisq; et quo nihil carius humano generi sit
liberum fore: mollire modo iras et quibus fors corpora dedis
set darent animos. Sepe ex iniuria postmodum gratiā ortas
eoq; melioribus usuras uiris quoad uixerunt pro se quisq; sit
ut cum suam uicem functus officio sit parentum etiam pateq;
expleat desiderium. Accedebant blanditie uirorum factum
purgantium cupiditate atq; amore que maxime ad mulie
bre ingenium efficaces preces sunt. Iam admodum mitiga
ti animi raptis erant. at raptarum parentes cum maxime
sordida ueste lachrimisq; et queredis ciuitates concitabant.
nec domi tantum indignationes continebant: sed congrega
bantur undiq; ad Titum tatium Regem Sabinoꝝ: et legatione
quod maximum Tatii nomen in his regionibus erat conueni
ebant Ceninenses. Crustumiiq; et antemnates erant ad quos
eius iniurie pars pertinebat. Lente agere his tatius sabiniq; u
si sunt: ipsi inter se tres populi cōmuniter bellum parant. ¶
Nec Crustumii quidem atq; antemnates pro ardore iraq; ceninen
sium in agrum romanum impetum faciunt. Satis se impigre
mouent: ita per septimum nomen Ceninensium in agrum roma
num impetum facit. Sed effuse uastantibus sit obuius cum
exercitu Romulus: leuiq; certamine docet uanam sine uiribus
iram esse. exercitum fudit fugatq; fusum persequitur. Regem
in prelio obtruncat et spoliat. Duce hostium occiso urbem pri
mo impetu capit. inde exercitu uictore reducto: ipse tum fus
sus magnificus: tum factorum ostentator haud minor. spolia
duca hostium cesi suspensa fabricato ad id feretro aptr gerens
in capitolium ascendit. Ibiq; ea cum ad queram pastoribus
sacram deposuisset simul cum dono designauit templo iouis
fines cognomenq; addidit deo. Iuppiter feretri inquit hec
tibi uictor Romulus rex regia arma fero: templumq; his
regionibus quas modo animo metatus sum dedico. sedem

opimis spoliisq; regibus ducibusq; hostium cesis meau
dore sequentes posteri ferent. Hec templi est origo quod pri
mum omnium Rome sacratum est. Ita deinde diuinissim
nec irritam conditoris templi uocem esse qua latum si eo spolia
postero struncupauit: nec multitudine compotum eius doni
uulgari laudem. bina postea inter tot annos tot bella opima
parta sunt spolia adeo rara eius fortuna decoris fuit. Dum
ea ibi Romani gerunt Antennatum exercitus per occasionem
ac sollicitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit.
raptim et ad hos romana legio ducta palantes in agris oppres
sit. fusis igitur primo impetu acclamore hostes oppidum captū
duplici q victoria ouantem romulum Hersilia coniunx pre
cibus raptarum fatigata orat ut parentibus earum det ueniam
et in ciuitatem accipiat. ita rem coalescere concordia posse. facti
le impetratum. Inde contra Crustumenos profectus bellum in
ferentes. ibi minus etiam quod alienis cladibus ceciderant ani
mi certaminis fuit. Vtroq; colonie misse plures inuenti qui ppt
ubertatem terre in crustumenum nomina darent: et romam
inde frequenter migratum est a parentibus maxime et pro
pinquis raptarum. Nouissimum a Sabinis bellum ortum
multoq; id maximum fuit. nihil enim per iram aut cupidi
tatem actum est: nec ostenderunt bellum priusq̃m intulerẽt.
Consilio etiam additus dolus. Spurius tarpeius romanę ꝑerat
arci. huius filiam uirginem auro corrupit Tatius ut armatos
in arcem accipiat. Aquam forte eatum sacris extra mœnia ꝑ
petitum ierat. accepti obrutam armis necauere: seu ut ui capta
potius arx uideretur: seu prodendi causa exempli ne quid usq̃m
fidum proditori esset. Additur fabule quod uulgo sabini
aureas armillas magni ponderis brachio leuo gemmatosq; ma
gna specie anulos habuerint. pepigisse eam q̃ in sinistris mani
bus haberent: eo scuta illi pro aureis donis congesta. Sunt q
eam ex pacto tradendi quod in sinistris manibus esset directo

arma petisse dicant: et in fraudem uisam agere sua ipsam
peremptam mercede. Tenuere tamen arcem sabini. atq; in
de cum postero die cum romanus instructus exercitus qd
inter palatinum capitolinumq; collem campi est complesse
non prius descenderunt in equum: qm ira et cupiditate recu
perandg amis stimulante animo sine aduersum romanu sub
iere. Principes utriusq; pugnam ciebant. ab sabinis Metius
curtius. ab Romanis Hostius hostilius. hic rem romanam
in quo loco ad prima signa animo atq; audacia sustinebat.
Vt hostius cecidit confestim acies inclinatur romana: fusaq;
est ad ueterem portam palatii. Romulus ex ipa turba fugi
entium actus arma ad celum tollens. Iuppiter tuis inquit
ausis auibus hic in palatio prima urbi fundamenta ieci. ar
cem iam sceleste emptam sabini habent. Inde huc armati su
perata media ualle tendunt. At tu pater deum hominūq; hīc
saltem arce hostes: deme terrorem romanis: fedamq; fugam
siste. hic ego tibi templum ioui statori quod monumentū
sit posteris tua presenti ope seruatam urbem esse uoueo. Hec
precatus uelut sensisset auditas preces. Hinc inquit roma
ni iuppiter optimus maximus resistere atq; iterare pugnam
iubet. Restitere romani tanqm celesti uoce missi. ipse ad p
mores romulus prouolat. Metius curtius ab sabinis prin
ceps ab arce decurrerat: et effusos egerat romanos tanto qnto
foro spacium est: nec procul iam a porta palatii erat clamitas
Vicimus perfidos hospites: imbelles hostes. iam sciunt longe
aliud esse uirgines rapere aliud pugnare cum uiris. in eum
hec gloriantem cum globo ferocissimorum iuuenū Romul?
impetum facit. Ex equo tum forte Metius pugnabat eo pellu sa
cilius fuit: pulsum Romani persequuntur: et alia romana uoce
audacia regis accensa fundit sabinos. Metius in paludem
sese strepitu sequentium trepidantem equo conicit: auer
teratq; ea res etiam sabinos tanti periculi uiri: et ille quid

annuentibus ac uocantibus suis fauore multorum addito animo euadit. Romani sabiniq; in media colle duorum montium reintegrant pœlium: sed res romana erat superior. Tum sabine mulieres quarum ex iniuria ortum erat bellum crinibus sparsis fussaq; ueste uicto malus mulebri pauore ausæ se inter tela uolantia inferre ex transuerso impetu facto dirimere infestas acies: dirimere iras. hinc patres hinc uiros orantes ne se sanguine nefando soceri generiq; respergerent: ne parricidio maculatent partus suos: nepotum illi: bi liberum progeniem. Si affinitatis inter uos: si connubii piget in nos uertite iras: nos causa belli nos uulnerum ac cedium uiris ac parentibus sumus. Melius peribimus quã sine alteri sue stum uidue aut orbe uiuamus. Mouent res tum multitudinem tum duces silentium et repentina fit quies. inde ad fœdus faciendum prodeunt duces: nec pacem modo sed ciuitatem unam ex duabus faciunt: regnum consociant: imperium omne conferunt Romam. Ita gemmata urbe ut Sabinis tamẽ aliquid daretur quirites a curibus appellati. Monumentum eius pugnæ ubi primum ex profunda emersus palude equus curtium uado statuit: curtium lacum appellarunt: ex bello tam tristi lœta repente pax. Canores sabinas uiris ac parentibus et ante omnes Romulo ipsi fecit. Itaq; cum populum in curias xxx. diuideret nomina earum curiis imposuit. Id non traditur cum haud dubie aliquanto numerus maior hic mulierum fuerit: etate an dignitatibus suis uirorum ue an sorte lectæ sint quæ nomina curiis darent. Eodem tempore et centuriæ tres equitum conscriptæ sunt. Ramnenses ab romulo. ab tatio tatienses appellate. Lucerum nominis et originis causa incerta est. inde non modo cõmune: sed consors etiam regnum duobus regibus fuit. Post aliquot annos propinqui regis tatii legatos Laurentium pulsant. Cumq; laurentes rem gentium agerent apud Tatium gratia suorum et preces

pluſ poterant. igitur illorum pœnam inſeuerit. Nam lauini
cum ad ſollemne ſacrificium eo conuenisset concurſu facto inte
ficitur. Eam rem minus equo quin dignum erat tulisse Romu
lum ferunt: seu ob infidam regni societatem: seu quia haud
iniuria cesum credebat. Itaq; bello quidem abstinuit: ut tñ
expiarentur legatorum iniuriæ regisq; cedes: fœduſq; inter Ro
mam Lauiniumq; renouatum est. Et cum his quidem inſpera
ta pax aliud multo propius atq; in ipſis prope portis bellum or
tum. Fidenates nam ſuicinas prope ſe conualescere opes tati pri
uſq; tñ roboris esset quantum futurum apparebat occupant
bellum facere. Iuuentute armata immiſſa uastantur agri: quod
quod inter urbem fidenasq; est. Inde ad leuam uersi quia a dex
tera tiberis arcebat: cum magna trepidatione agrestium popu
lantur. Tumultuſq; repens ex agris in urbem illatus pro nuncio
fuit excitus Romulus: neq; enim dilationem: neq; enim dilatio
nem pati tam uicinum bellum poterat/ exercitum eduxit. Ca
stra a fidenis mille passuum locat. Ibi modico presidio relicto
egressus omnibus copiis partem militum locis circa densa obsita
uinculta obscuris subsidere in insidiis iussit. Cum parte maio
re atq; omni equitatu profectus id quod querebat tumultu
oso et minaci genere pugnæ ad equitando ipsis prope portis
hostem excuit. Fuga quoq; quæ simulanda erat eadem eque
stris pugna causam minus mirabilem dedit: et cum uelut
inter pugnæ fugæq; consilium trepidante equitatu pedes quoq;
referret plenis repente portis effusi hostes impulsa romana acie
studio instandi sequendiq; trahuntur ad locum insidiarum
Inde subito exorti romani transuersam inuadunt hostium aciem
addunt pauorem mota e castris signa eorum quum presidio
relicti fuerant. Ita multiplici errore perculsi fidenates prius pe
ne q̃m romulus quicq; cum eo equites erant/ actum agerent
frenis equos terga uertunt. Multoq; effusius quippe uera fu
ga q̃m simulantes ante secuta erant oppidum repetebant.

Lauinium

fidenates

mille passuum

Non tamen eripuere se hostibus erensfinitaya romanus priusqm fo
res portarum obicerentur uebut agmine uno irrupit. Belli
fidenatis contagione irritati vebientium animi et consangui
nitate. nam fidenates quoq; etrusci fuerunt: et quod ipa pro
pinquitas loci si romana arma omnibus infesta finitimis ses
sent stimulabat stimulabat in fines romanos excurrerunt po
pulabundi potius qm iusti more belli. itaq; non castris positis
non expectato hostium captam ex agris predam portantes uchios
rediere. Romanus contra postqm hostem in agris non inuenit
dimicationi ultime instructis intentusq; tiberim transiit.
Quem postqm castra ponere et ad urbem accessurum uebientes
audiuere obuiam egressi ut potius acie decernerent qm inclusi
de tectis menibusq; dimicarent. ibi uiribus nulla parte adiuti
tantum ueterani robore exercitus rex romanus uicit. persecutus
q; ad menia hostes in be ualida muris ac situ po munita abstinuit
Agros rediens uastat ulciscendi magis qm prede studio. eaq; clade
haud minus qm aduersa pugna subacti uebientes pacem petitu
romam oratores mittunt. agris parte mulctati in centu annos
inducie date. Hec ferme Romulo regnante domi militieq;
gesta quorum nihil absonum fidei diuine originis diuinitatis
q; post mortem credite fuit. non animus in regno auito recupe
rando non condende urbis consilium: non bello ac pace firma
de. ab illo enim profecto uiribus datis tantum ualuit. ut in
quadraginta deinde annos tutam pacem haberet. Multitu
dini tamen gratior fuit qm patribus longe ante alios acceptis
simus militum animis trecentos armatos ad custodiam corpo
ris quos celeres appellauit non in bello solum sed in pace habuit
His immortalibus editis operibus cum ad exercitum recensendu
contionem in campo ad capree paludem haberet subito cohor
tatem pestas cum magno fragore tonitribusq; tam denso regem
operuit nimbo ut conspectum eius contioni abstulerit: nec de
inde in terris Romulus fuit. Romana pubes sedato tandem

pauore: postq̃m ex tam turbido die serena et tranquilla lux
rediit ubi uacuam sedem regiam uidit: et si satis credebant
patribus qui proxime steterant sublimi raptum procella ta
men uelut obscuri tatis metu icta mestum aliq̃ndiu silentium
obtinuit. Deinde a paucis inicio facto deum deo regem natum
parentemq; urbis romane saluere uniuersi Romulum iubent ⁊
pacem precibus exposcunt uti uolens propitius suam sem per
sospitet progeniem. Fuisse credo tamen aliquos quoq; qui ⁊
discerptum regem patrum manibus taciti arguerent. Manauit
enim hec quoq; sed perobscura fama. illam alteram sed admi
ratio uiri et pauor presens nobilitauit. Consilio etiam unius
hominis addita rei dicitur fides. Namq; Proculus Iulius soli
cita ciuitate desiderio regis et infensa patribus grauis ut tradi
tur q̃m uis magne rei auctor in contionem prodit. Romulus
inquit o Quirites parens urbis huius prima hodierna luce celo
repente delapsus se mihi obuium dedit. cum perfusus horro re
ueneraboundusq; astitissem petens precibus ut contra intueri fas
esset. Abi annuncia inquit romanis celestes ita uelle ut mea
roma caput orbis terrarum sit. proinde rem militarem colant
sciantq; et ita posteris tradant nullas opes humanas armis Ro
manis resistere posse. hec inquit locutus sublimis abiit. Mirus
quantum illi uiro nuntianti hec fides fuerit q̃nq̃m desideri
um romuli apud plebem exercitumq; facta fide immorta
litatis lenitum sit. Patrum interim animos certamen re
gni ac cupido uersabat. nec dum a singulis quia nemo ma
gno opere eminebat. in nouo populo peruenerant factiones int
ordines certabatur. Oriundi a sabinis ne quia post latii mo
rem a sua parte non erat regnatum in societate equa possessio
nem imperii amitterent. sui corporis creari regem uolebant. Ro
mani uetere res peregrinum regem aspernabantur. in uarias uo
luntatibus regnare tamen omnes uolebant. libertatis dulcedi
ne nondum experta timor deinde patres incessit ne ciuitate

Iulius paulus.

fine imperio: exercitum fine duce: multarum cirā ciuitatū circa.
irritatis animis uis aliqua externa adoriretur: et esse igitur
aliquod caput placebat: et nemo alteri concedere animum in
ducebat. ita rem inter se centum patres decem decuriis factis
singulisq; in singulas decurias creatis que summe rerum pre
essent consociant. decem imperitabant: unus cum insignibus
imperii et lictoribus erat. quinq; dierum spacio finiebatur im
perium: ac per omnes sic orbem ibant. annuumq; interuallum
regni fuit. id abire quod nunc quoq; tenet nomen interregnum
appellatum. Fremere deinde plebs multiplicatam seruitutem interregnum
centum pro uno dominos factos: nec ultra nisi regem et ab ipis
creatum uidebantur passuri. cum sensissent ea moueri patres r
offerendum ultro rati quod amissuri erant. ita gratiam meunt
summa potestate populo permissa ut non plus darent iuris
qm detinerent. Decreuerunt enim ut cum populus regem iuss
sisset: id sic tantum esset si patres auctores fierent hodie quoq; i
magistratibusq; legibus rogandis usurpatur. id enim ius ui
ademptum priusqm populus suffragium ineat: ni incertum r
comitiorum euentum patres auctores fiunt. Tum interrex c r
contione aduocata: quod bonum faustum felixq; sit inquit
quirites regem create: ita patribus uisum est. patres deinde si
dignum qui secundus ab romulo numeretur creauerit is auctо
res fient. Adeo id gratum plebi fuit ut ne uicti beneficio uide
rentur id modo sciscerent iuberent ut senatus decerneret qui r
rome regnaret. Inclyta iustitia religioq; ea tempestate Nu
ma pompilius erat: cuibus sabinis habitabat consultissimus Numa Pompilius
uir ut nulla quisqm esse etate poterat. omnis diuini atq; hu
mani iuris auctorem doctrine eius quia non extat alius falso r
samyum pythagoram edunt. Quem Seruio tullio regnante Pythagoras samyus.
rome centum amplius post annos in ultima italie ora circa me
tapontum eracleamq; et Crotonam iuuenum emulantium r
studia cetus habuisse constat. Ex quibus locis et si eiusdem

etatis fuisset que fama in sabinos aut quo lingue commertio
quenq̃m ad cupiditatem discendi excuiisset: quoue presidio
unus per tot gentes dissonas sermone moribusq; peruenisset:
S uopte igitur ingenio temperatum animum fuisse uirtutibus
opinor magis instructum q; non tam peregrinis artibus q̃m
disciplina tetrica ac tristi ueterum sabinorum quo genere nullũ
quondam incorruptius fuit. Audito nomine Nume patres Ro
mani quamq̃m inclinari opes ad sabinos rege inde sumpto uide
bantur tamen ne se quisq̃m nec factionis sue alium: nec demq;
patrum aut ciuium quenq̃m preferre illi uito ausi ad unũ om
nes nume pompilio regnum deferendum decernunt. Acitus
sicut Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est:
de se quoq; deos consuli uiisit. inde a augure cui deinde hono
ris gratia publicum id perpetuumq; sacerdotium fuit. Deductus
in arcem in lapide ad meridiem uersus consedit. Augur ad leua
eius capite uelato sedem cepit: dextra manu baculum sine nodo
ad uncum tenens quem lituum appellauer̃. inde ubi prospectu
in urbem agrumq; capto deos precatus regiones ab oriente ad
occasum determinauit: dextras ad meridiem partes. leuas ad
septentrionem esse dixit. Signum contra quod longissime con
spectum oculi ferebant animo finiuit. Tum lituo in leuam manũ
translato dextera in caput nume posita precatus est ita. Iuppi
pater si est fas hunc numam pompilium cuius ego caput teneo
regem rome esse uti tua signa nobis certa ac clara sint inter eos
fines quos feci. Tum peregit uerbis auspicia que mitti uellet:
quibus missis declaratus rex numa de templo descendit. Q̃
regno ita potitus urbem nouam conditam ui et armis iure cam
legibusq; ac moribus de integro condere parat. Quibus cum
inter bella assuescere uideret non posse quippe efferatis milicia
animis mitigandum ferocem populum armorum desuetudi
ne ratus. Ianum ad infimum argiletum indicem pacis belliq;
fecit. apertus sit in armis esse ciuitatem. clausus paccatos circa

Lituus.

omnes

omnes populos significaret. Bis deinde post nume regnum clau
sus fuit. Semel. T. manlio. cos. post punicum primum confectu
bellum. Iterum quod nostre etati dii dederunt: ut uideremus pt
bellum actiacum ab imperatore cesare augusto pace terra mariq;
parta: clauso eo cum omnium circa finitimorum societate ac fe
deribus iunxisset animos positis externorum periculorum curis
ne luxuriarentur ocio animi quos metus hostium disciplinaue
militaris continuerat omnium primū rem ad multitudinem i
peritam et illius seculis rudem efficacissimam deorum metum
miscendum ratus est. Qui cum descendere ad animos sine ali
quo commento miraculo nō posset: simulat sibi cum dea egе
ria congressus noctурnos esse. eiusce monitu que acceptissima
dii essent sacra instituere. Sacerdotes suos cuiq; deorum prefice
atq; omniū primum ad cursus lune in duodecim menses descri
bit annum. Quem quia trecentos dies singulis mensibꝫ luna nō
explet: desuntq; dies solido anno qui solsticiali circumagitur orbe
intercalares mensibus interponendos ita dispensauit ut uicesimo
anno ad metam eandem solis unde orti essent plenis omnium
amorum spatiis dies congruerent. Idem nefastos dies fastosq;
fecit quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat.
Tum sacerdotibus creandis animum adiecit: quamqm plura sac
ipe obibat: ea maxime que nunc ad dialem flaminem pertinet.
Sed quia in ciuitate bellicosa plures Romuli qm Numę simules
reges putabat fore: ciuesq; ad bella ne sacra regię uices deserere
tur flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit: insigniq; eū
ueste et curuli regia sella adornauit. huic duos flamines adiecit:
marti unum: alterum Quirino: uirgineisq; uestę legit. Alba
oriundum sacerdotium et gentis conditori haud alienum. his
assidue ut templi antistites essent stipendium de publico statuit
uirginitate aliisq; ceremoniis uenerabiles ac sanctas fecit. Salios
item. xii. marti gradiuo legit: tunicasq; pictas insignes dedit
et super tunicam eneum pectori tegmen celestiaq; arma que

ancilia appellantur ferre: ac per urbem ire canentes carmina
cum tripudijs sollemniq; saltu iussit. Pontificem deinde
numa martium. M. F. ex patribus legit: eiq; sacra omnia
exscripta exsignataq; attribuit. quibus hostijs: quibus die
bus: ad quæ templa sacra fierent: atq; unde in eos sumptus
pecunia erogaretur. cetteraq; omnia publica priuataq; pon
tifici ius scitus subiecit: ut esset quo consultum plebs ueniret:
ne quid diuini iuris negligendo patrios ritus peregrinosq; a
sciscendo turbaretur. Nec cœlestes modo cerimonias: sed iusta
quoq; funebria placandosq; manes ut idem pontifex edoceret:
queq; prodigia fulminibus alio ue quo uisu missa susciperentur atq; curarentur. Ad ea elicienda ex mentibus diuinis
iouis elicio aram in auentino dicauit deumq; consuluit augu
rijs quæ suscipienda essent. Ad hæc consultanda procuranda
q; multitudine omni ab armis conuersa: et non aliquid
agendo occupati erant: & deorum assidua insidens cura cū
uereresse rebus humanis cœleste numen uideretur: ea pie
tate omnium pectora imbuerat ut fides ac ius iurandum p
ximo legum ac pœnarum metu ciuitatem regerent. Et cum
ipse homines in regis uelut unica exempli mores formarēt
tum finitimi etiam populi qui ante castra non urbem posi
tam in medio ad soliciandam omnium pacem crediderat
in eam uerecundiam adducti sunt: ut ciuitatem totam p
in cultum uersam deorum uiolari ducerent nefas.

Lucus erat quem medium ex opaco specu fons perhemi riga
bat aqua: quo qua per sepem numa sine arbitris ueluti ad con
gressum deæ se infferebat. Camenis eam lucum sacrauit: q̄
dearum sibi consilia cum coniuge sua egeria essent: et soli
fidei sollemne instituit. Ad sacratum flamines bigis carru
arcuato uehi iussit. manuq; ad digitos usq; inuoluta rem
diuinam facere significantes fidem tutandam sedemq; ei
in dextri etiam sacratam esse. Multa alia sacrificia loca

sacris faciendis que argeos pontifices uocant dedicauit. Omniū
tamen maximum operum eius fuit tutela per omne regni tem
pus haud minor pacis q̄m regni. ita duo deinceps reges alius alia
uia: ille bello hic pace ciuitatem auxerunt. Romulus septem
et triginta regnauit annos. Numa pompilius tres et quatra
ginta. tum ualida tum temperata et belli et pacis artibus erat ci
uitas. Nume morte ad interregnum res redit. Inde Tullum
hostilium nepotem hostilii cuius infima arce clara pugna adu
sus Sabinos fuerat regem populus iussit: patres auctores fac ti
hic non solum proximo regi dissimilis: sed ferocior etiam Ro
mulo fuit. tum. etas uiresq; tum anita quoq; gloria animum
stimulabat. Senescere igitur ciuitatem otio ratus undiq; mate
riam excitandi belli querebat. Forte euenit ut agrestes romani
ex albano agro albani ex romano predas inuicem agerent. Impe
ritabat tum. C. ciuilius Albe. Vtrinq; legati fuere eodem tem sub
pus ad res repetendas missi. Tullus preceperat suis ne quid prius
q̄m mandata agerent. Satis sciebat negaturum albanum. Ita pie
bellum indici posse ab albanis secordius res acta. excepti hospicio
a tullo blande et benigne comi fronte comiter regis conuiuiū
celebrant. Tantisper romani et res repetiuerant priores et nega
ti albano bellum in trigesimum diem indixerant. Hec renunci
ant tullo: tum legatus tullus dicendi potestatem quid petentes
uenerint facit: illi omnium ignari primum purgando terunt
tempus: se mutos quicq̄m quod minus placeat tullo dicturos
sed imperio subici res repetitum se uenisse: ni reddantur bellū
indicere iussos. Ad hec tullus. Nunciate inquit regi uestro
regem romanum deos facere testes uter prius populus res re
petentes legatos aspernatus dimiserit ut in eum omnes expetat
hinusce clades belli. Hec nunciant domum albani: et bellum
utrinq; summa ope parabatur ciuili simillimū bello: prope
inter parentes natosq; troianam utramq; prolem. Cum lauini
um a troya a Lauinio alba: ab albanorum stirpe regum oriundi

romani essent: euentus tamen belli minus miserabilem dimi
cationem fecit quod neq; acie certatum est: et recti modo diru
tis alterius urbis duo populi in unum confusi sunt. Albani pri
ores ingenti exercitu magnum romanum impetum fecere: Ca
stra ab urbe haud plus quinq; milibus passuū locant: fossa u
circūdant: fossa cluilia ab nomine ducis per aliquot secula ap
pellata: donec cum re nomen quoq; cum uetustate aboleuit.
In his castris cluilius albanus rex moritur: dictatorem Albani
Metium suffectum creant. Interim Tullus ferox precipue mor
te regis magnum q; deorum numen ab ipso capite orsum in om
ne nomen albanum expetiturum penas ob inptum bellum di
ctitans: nocte preterita hostium castris infesto exercitu in agrū
albanum peruenit. Ea res ab statuis excitat Metium: duxit exer
citum q̄m proxime ad hostem potest: inde legatum premittit
nunciare tullo iubet priusq̄m dimicent opus esse colloquio. Si
secum congressus sit: satis scire ea se allaturum que nihilo minus
ad rem romanam q̄m ad albanam pertineant. Haud aspernatus
tullus: tam et si uana afferebantur suos in aciem educit. Exe
unt contra et albani. Postq̄m structi utrinq; stabant cum pau
cis procerum in medium duces prodeunt: ibi infit Albanus: Iniu
rias et non redditas res ex federe que reposite sint: et ego regem no
strum cluilium causam esse huiusce belli audisse uideor. Nec
te dubito Tulle eadem pre te ferre: Sed si uera potiusq̄m dictu
speciosa dicenda sunt. cupido imperii duos cognatos uicinosq;
populos ad arma stimulat: neq; recte an perperam interpretor
fuerit ista cuius deliberatio qui bellum suscepit. Me albani geren
do bello ducem creauere. illud te tulle monitum uelim. etrusca
res quanta circa nos teq; maxime sit quo propior es etrusis hoc
magis vas: multum illi terra plurimum mari pollent. Memor
esto iam cum signū pugne dabis has duas acies spectaculo fore
ut fessos confectosq; simul uictorem aciem aggrediantur.
Itaq; si nos dii amant quoniam modo non contenti libertate certa

in dubiam imperii seruitiique aleam immisi: meamusa liquam uiaz
qua utri utrisimperent sine magna clade sine multo sanguine
utriusq; populi decerni possit. haud displicet restullo quamqm
cum in dole animi tum spe uictorie feroc ior erat. Q uerentibz
utriusq; ratio mitur cui et ipsa fortuna prebuit materiam: for
te in duobus tum exercitibus erant trigemini fratres: nec etate
nec uiribus dispares: horatios curiatiosq; fuisse satis constat
nec ferme res antiqua alia est nobilior: tamen inre tam clara
nominū error manet: utrius populi horatii utrius curiatii fuerint
auctores utrosq; traxerunt. Plures tamen inuenio qui romanos ho
ratios uocant: ho sut sequar inclinat animus. Cum trigeminis
agunt reges ut pro sua quisq; patria dimicent ferro: ibi impium
fore unde uictoria fuit. Nihil recusatur tempus et locus conuenit
P riusqm dimicarent fedus ictum inter romanos & albanos est his
legibus ut cuiusq; populi ciues eo certamine uicissent: is alteri po
pulo cum bona pace imperitaret: federa alia aliis legibus ceterum
eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus: nec ullius
uetustior federis fama est. Fecialis regem tullum ita rogauit. lu
bes ne me rex cum patre patrato populi albani fedus ferire: iubente
rege. Sagmina inquit te rex posco: rex ait: puram tollito. Fecialis
ex arce graminis herbam puram attulit Postea regem ita rogauit.
R ex facis ne tu me regium nūciū populi ro. quiritium uas comitesq;
meos: rex respondit: quod sine fraude mea populiq; r. quiritium
fiat facio. fecialis erat M. ualerius patrem patratum. Sp. fusiū
fecit. Verbena caput capillosq; tangens pater patratus ad iusiuran
dum patrandum: fit fedus multisq; id uerbis que longo effata car
mine non opere est referre peragit. legibus deinde recitatis. Audi
inquit Iuppiter: audi pater patrate populi albani: audi tu populi
albanus ut illa palam prima postrema ex illis tabulis cera ue re
citata sunt sine dolo malo utiq; ea que hic hodie rectissime intel
lecta sunt: illis legibus populus r. prior non deficiet. Si prior de
fecerit publico consilio dolo malo tum illo die iupiter po. RO.

sic ferito ut ego hunc porcum hic hodie feriam: tantoq; magis
ferito quanto magis potes polles q;: id ubi dixit porcum saxo fi
lice percussit. Sua item carmina albani suumq; ius iurandum
per suum dictatorem suosq; sacerdotes peregerunt. Fedele
icto trigemini sicut conuenerat arma capiunt: cum simul utroq;
adhortarentur deos patrios patriam ac parentes quicquid a
uium domi quicquid in exercitu sit illoz tunc arma illorū
inuicti manus. Feroces et suopte ingenio et pleni adhortantiū
uocibo in medium inter duas acies procedunt. Consederant u
trinq; pro castris duo exercitus periculi magis presentis q̄m anx
expertes. Q uippe imperium agebatur in tam paucorū uir
tute atq; fortuna positum. Itaq; erecti suspensiq; in minime
gratum spectaculum animo mœndunt. datur signum infestis
armis uelut acies terni iuuenes magnoz exercituum animos ge
rentes concurrunt. Nec his nec illis periculum suum publi
cum imperiū seruitusq; obuersatur animo: futuraq; ea demde
patrie fortuna quam ipsi fecissent ut primo statim concursu in
crepuere arma micantesq; fulsere gladii: horror ingens spectan
tes perstringit: et neutro inclinata spe torpebat uox spiritusq;.
Conserto deinde manibus cum iam nō motus tantū corpoz agi
tatioq; anceps telorū armorūq;: sed uulnera quoq; et sanguis spe
ctaculo essent. Duo Romani super alium alius uulneratus tribus
albanis expirantes corruerunt: ad quoz casum cum conclamas
set gaudio Albanus exercitus: romanas legiones iam spes tota
nondum tamen cura deseruerat animes uice uniuscuiusq; tres curiatii circumsteterant: forte is integer fuit: ut uniuersis so
lus nequaq̄m par: sic aduersus singulos ferox. Ergo ut segrega
ret pugnam eorum capessit fugam: rata ratus secuturos ut quē
q; uulnere affectum corpus sineret: iam aliquantum spatii ex
eo loco ubi pugnatum est aufugerat: cum respiciens uidet ma
gnis interuallis sequentes suum haud procul ab se abesse: in
eum magno impetu redit: & dum albanus exercitus inclamat

curiatiſ ſuis opem ferant: fratri iam horatiuſ cæſo hoste uictor
ſecundam pugnam ciebat. tunc clamore qualiſ ex inſperato ꝓ
pauentium ſolet: Romani adiuuant militem ſuum. et ille
defungi prelio feſtinat. Priuſ itaq; q̃m alter qui nec procul aberat
conſequi poſſet & alterum curiatium conficit. Iamq; equato mã
te ſinguli ſupererant: ſed nec ſpe nec uiribꝫ pares: alterum intactũ
ferro corpuſ et gemmata uictoria ferocem in certamen tertiũ
dabant: alter feſſum uulnere feſſum curſu trahens corpuſ: uic
tuſ fratrum ante ſe ſtrage uictori obiicitur hoſti: nec illud prelium
fuit. Romanuſ exultanſ duoſ inquit fratrum dedi manibuſ
tertium cauſam belli huiuſce ut Romanuſ albano imperet dabo
male ſuſtinenti arma gladium ſuperno iugulo defigit iacentem
ſpoliat. Romani ouantes ac gratulantes horatium accipiunt:
eo maiore cum gaudio quo prope metum res fuerat. Ad ſepultu
ram inde ſuorum nequaq̃m paribuſ animis uertuntur. Quippe
imperio alteri aucti: alteri ditioni ſaliene facti. Sepulchra exta
quo quiſq; loco ceciderit: duo romana uno loco propius albam: tria
albana Romam uerſus: ſed diſtantia locis: et ut pugnatum eſt.
priuſq̃m inde digrederentur: rogatꝰ Metio ex fedére icto quid
imperaret. Imperat Tullus ut iuuentutem in armis habeat uſui
ſe eorum opera ſi bellum cum uicinis foret. Ita exercituſ
inde domos adductꝰ princeps horatius ibat trigemina ſpolia ꝑ
ſe gerens: cui ſoror uirgo que deſponſata uni ex curiatiis fuerat
obuiam ante portam capenam fuit: cognitoq; ſuper humeros fri
paludamento ſponſi quod ipſa confecerat. ſoluit crines & flebi
ter nomine ſponſum mortuum appellabat. Mouet ferocem iuueni
animum comploratio ſororiſ in uictoria ſua tantoq; gaudio pu
ſtrictoq; gladio ſimul uerbis increpans traſſigit puellam. Abi
hinc cum inmaturo amore ad ſponſum inquit oblita fratrum
mortuorum uiuiq; oblita patrie. Sic eat quecunq; romanum
lugebit hoſtem. Atrox uiſum id facinuſ patribuſ plebiq;: ſed
recens merituꝫ facto obſtabat: tamen raptuſ in uincula ad regem

Rex ne ipse tam triste ingratiq; iudicii ad uulgus aut secundū
iudicium supplicii auctor esset concilio populi aduocato duum
uiros inquit qui horatio per duellionem iudicent secundum
legem facio. Lex horrendi carminis erat. Duumuiri per duellio
nem iudicent si a duumuiris puocarit puocatione certato siui
cerit caput obnubito infelici arbori reste suspendito. uerberato
uel intra pomerium uel extra pomerium. Hac lege duumuiri
creati qui se absoluere non rebantur ea lege ne innocium quidē
posse cum condemnassent. Tum alter ex his publi horati per duel
lionem iudico inquit lictor colliga manus: accesserat lictor inici
ebatq; laqueum. Tum horatius auctore tullo clementer legis in
prete prouoco inquit. ita de prouocatione ad populum certatū
est. Moti homines sunt in eo iudicio maxime p. Horatio pre
proclamante se filiam iure cesam iudicare: ni ita esset patrio
iure in filium animaduersurum fuisse. Orabat deinde ne se
quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent orbum liberis
facerent. Inter hec iuuenem senex amplexus spolia curiatiorum
fixa eo loco qui nunc pila horatia appellatur ostentans: huic
ne aiebat quem modo decoratum ouantemq; uictoria incedē
tem uidistis quirites eum sub furca uinctum inter uerbera et cru
ciatus uidere potestis: quod uix albanorum oculi tam deforme
spectaculum ferre possent. i. lictor colliga manus que paulo ante
armate populo r. imperiū pepererunt. i. caput obnube liberatori
urbis huius. arbori infelici suspende. verbera uel intra pomeriū:
modo inter illa pila et spolia hostium: uel extra pomerium modo
inter sepulchra curiatiorum. Quo enim hunc iuuenem ducere
potestis ubi non sua decora eum a tanta feditate supplicii uendicet
Non tulit populus nec patris lacrimas: nec ipsius parem in omni peri
culo animum: absoluerunt q; admiratione magis uirtutis q̄m iure
cause: itaq; ut cedes manifesta aliquo tamen piaculo luerentur
imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Is quibus dā
piacularibus sacrificiis factis quę deinde horatię genti tradita st

transmisso per uiam tigillo capite: adoperto uelut subiugo misit
iuuenem. Hodie quoq; publice semper refectum manet / sororiũ
tigillum uocant horatie sepulchrum quo loco corruerat icta: con
structum est saxo quadrato. Nec diu pax albana mansit / mun
dia uulgi quod tribus militibus fortuna publica cõmissa fuerit
uanum ingenium dictatoris corrupit: et quoniam recta consilia
haud bene euenerant prauis reconciliare popularium animos /
cepit. Igitur ut prius in bello pacem sic in pace bellum quarens
qua sue ciuitati animorũ plusq̃m uirium cernebat esse ad bel /
lum palam atq; ex educto gerendum alios concitat populos: suis
per speciem societatis predationem reseruat. Fidenatesq; colonia ro
mana / ueientibus socius consilii assumptis pacto transitionis /
albanorũ ad bellum atq; arma mutantur. Cum fidene aperte
defecissent tullus metio exercituq; cuius ab alba excito contra ho
stes ducit. Vbi anienem transit. ad confluentem collocat castra
I nter eum locum et fidenas ueientiũ exercitus tiberim transie /
rat. hi et in acie prope flumen tenuere dextrum cornu. In sini
stro fidenates propius montes constituunt. Tullus aduersus ue /
ientium hostem dirigit suos: albanos contra fidenatiũ legiones
collocat. albano nõ plus animi erat q̃m fidei. Nec manere ergo nec
transire aperte ausus sensim ad montes succedit. inde ubi satis /
subisse sese ratus est erigit totam aciem fluctuansq; animo ut te
reret tempus ordines explicat. Consilium erat quo fortuna rem
daret eo inclinare uires. Miraculo primo esse romanis qui pro
xumi steterant: ut nudari latera sua sociorum digressu senserũt
inde eques catato equo nunciat regi abire albanos. Tullus in re /
tam trepida. xii. uouit salios. famaq; pallori ac pauori. Equitẽ
clara in crepans uoce ut hostes exaudirent / redire in prelium iu
bet: nihil trepidatione opus esse. Suo iussu circũduci albanum
exercitum ut fidenatium nuda terga muadat. Idem imperat ut
hastas equites erigere / iubeat. Id factum magne parti peditum ro
manorũ conspectum abeuntis albani exercitus intersepsit. /

Qui uiderant id quod a rege audiuum erat ita rati eo acriuſ pu
gnant. terror ad hoſtes tranſit: et audiuerant clara uoce dictu
et magna parſ fidenatiū: et qui coloni additi romani eſſent la
tine ſciebant. Itaq; ne ſubito ex collibuſ diſcurſu albanorum ī
tercluderetur ad oppida terga uertunt. Inſtat tullus fuioſq;
fidenatium cornu in uehientem alieno pauore pculſum ferociō
redit: nec illi tulere impetum: ſed ab effuſa fuga flumen obie
ctum a tergo arcebat. Quo poſtq̄m fuga mclinauit: alii ar
ma fede iactantes in aquam ceca ruebant: alii dum cunctant
inter fugę pugnęq; conſilium oppreſſi: non alia ante romana
pugna atrocior fuit. Tum albanum exercitū ſpectator du
cens in campo Metuſ tullo deiectos hoſtes gratulatur. Contra
tullus metium benigne alloquitur quod bene uertat. caſtra al
banoz romanis caſtris iungere iubet. Sacrificium luſtrale in diez
poſteram parat: ubi illuxit paratis omnibuſ ut adſolet uocari ad
contionē utrūq; exercitum iubet. Preconeſ ab extremo orſi primos
exciere albanos. Hi nouitate rei etiam moti ut regem romanū
contionantem audirent proximi conſtitere. Ex compoſito ar
mata circūdatur romana legio. Centurionibuſ datum negocium
erat: ut ſine mora imperia exequerentur. Tum ita tullus infit
Romani ſi umq̄m ante alias ullo in bello fuit quod primū diis mor
talibuſ gratias ageretis: deinde ueſtre ipſorū uirtuti heſternū
id prelium fuit: dimicatum eſt enim nō magis cum hoſtibuſ
q̄m que dimicatio maior ac periculoſior eſt cum proditione
ac perfidia ſociorum. Nam ne uos falſa opinio teneat imuſſu
meo albanu ſubiere uobiſ ignorantibuſ deſeri uos: auerterentur
a certamine animi et hoſtibuſ circūuenire ſe ab tergo ratis ter
ror ac fuga iniceretur. Nec ea culpa quam anguo omniū albano
rum eſt: ducem ſecuti ſunt: ut et uos ſi quo ego inde agmen de
clinare uoluſſem feciſſetis. Metuſ eſt ille ductor itineris huiꝰ
metuſ idem huius machinator belli: metuſ federis romani
albanique ruptor. auderet dem de talia alius niſi hoc inſigne

iam documentum mortalibus dedere. Centuriones armati Me
tium circumsistunt. Rex cetera ut orsus erat peragit. Quod
bonum faustum felixq; sit populo Ro. ac mihi uobisq; albani
populum omnē albanum Romam traducere in animo est.
C Iuuat tem dare plebes: primores in patres legere: vnam urbem
unā rem pu. facere: vt ex uno quondam in duos populos diu
sa albana res est: sic nūc in unū redeat. Ad hec albana pubes in
ermis ab armatis septa in uarius uoluntatibus: cōmuni tamen
metu cogente silentium tenet. Tum tullus Meti suffecti inquit
si ipse discere posses fidem ac federa seruare: uiuo tibi ea disci
plina a me adhibita esset: nunc qm tuū insanabile ingenium ē:
tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere que a te
uiolata sunt. Vt igitur paulo ante animū inter fidem atem Ro
manamq; rem anceps item gessisti: ita iam corpus passim distra
hendum dabis. Exinde duabus admotis quadrigis in currus ea
distentum illigat metiū: deinde in diuersum iter concitati eq
lacerum in utroq; curru corpus: que inhesera unculis membra
portantes: auertere omnes a tanta feditate spectaculi oculos. Pri
mum ultimumq; illud supplicium apud romanos exempli pa
tum memoris legum humanarq; fuit. In alus gloriari licet: nulli
gentium mitiores placuisse penas. Inter hec iam premissi alba
ni erant equites qui multitudinem traducerent romanam legio
nes deinde ducte ad diruendam urbem. Que ubi intrauere por
tas non quod fuit tumultus ille nec pauor qualis captarum
esse urbium solet cum effracti portis stratisue arietibus muris
aut arce ui capta clamor hostilis et curruis per urbem armatorū
omnia ferro flammaq; miscet. Sed silentium triste ac mestitia
tacita ita defixit omnium animos ut pre metu obliti: quid reli
querent: quid secum ferrent deficiente consilio rogitantes alu
alios: nunc in limina bus starent: nunc errabundi domos suas
ultimum illud usurpaturi circumirent. Vt uero iam equitum cla
mor exire iubentium instabat iam fragor tectorū que diruē

bantur ultimis urbis partibus audiebatur: pulsuq; ex distanti
bus loci sortis uelut nube inducta omnia impleuerat. Raptim
que quisq; poterat elatis cum laremac penates: rectaq; in quib⁹
natus quisq; educatusq; esset relinquentes exirent. Iam continẽs
agmen migrantium impleuerat uias et conspectus alio⁹ mu
tua miseratione integrabat lachrimas: uocesq; etiam miserabi
les exaudiebantur. mulierum precipue cum obsessa ab arma
tis templa augusta preterirent: acuelut captos relinquerent ⁊
deos. Egressis urbem albanis: Romanus passim priuata publica
q; omnia tecta adequat solo. Vnaq; hora quadringentor⁹ annor⁹
opus quibus alba steterat excidio ac ruinis dedit. templis tamẽ
deum (ita enĩ ab rege edictum fuerat) temperatum est. Roma
interim crescit albe ruinis. duplicatur ciuium numerus. Celius
additur urbi mons quo frequentius habitaretur. eam sedem ⁊
tullus regie capit: ibiq; habitauit. Principes albanorum in patres
ut ea quoq; pars rei pu. cresceret legit. tullios. seruilios. o_umtios
gegamios. curiatios. clodios. templum ordini ab se aucto et curi
am fecit que hostilia usq; ad patrum nostrum etatem appellata ẽ.
et ut omniũ ordinum uiribus aliquid ex nouo populo adiceret:
equitum decem turmas ex albanis legit. legiones etiam ueteres e
odem supplemento expleuit: et nouas scripsit. Hac fiducia
uirtũ tullus Sabinis bellum indicit: genti ea tempestate secundũ
etruscos opulentissime armis uiris: utrinq; iniurie facte: ac res ne
quicq̃m erant repetite. Tullus ad feronie fanum mercato freq̃ti
negociatores romanos comprehensos querebatur. Sabini suos ⁊
priusin lucum confugisse: ac rome retentos. hec cause belli fere
bantur. Sabini haud parum memores: et suarũ uirium partem
rome ab tatio locatam: et romanam rem nuper etiam adiectione
populi albani auctam circumspicere: et ipi externa auxilia. Etru
ria erat uicina. proximi etruscorũ uebientes: inde ob resiuas
bellorũ nas maxime sollicitatis ad defectionem animis uolũ
tarios traxere: & apud uagos quosdam ex inopi plebe etiam

mercesualuit. Publico auxilio nullo adiuti sunt. ualuitq; apud ue
hientes. nam de ceteris minus mirũ est. pacta cum Romulo in
induciarum fidem cum bellum utrinq; summa ope pararent. uerti
q; in eo resuideretur utri prius arma inferrent: occupat tullus in
agrum sabinum transiit. pugna atrox ad siluam maliciosam f
fuit: ubi et peditum qui quidem robore: ceterum equitatu auctо
ritper plurimũ romana acies ualuit. ab equitibus repente inue
ctis turbati ordines sabinorũ sunt: nec pugna deinde illis consta
re: nec fuga explicari sine magna cede potuit. Deuictis sabi
nis cum in magna gloria magnisq; opibus regnum tulli ac tota
res romana esset: nunciatum regi patribusq; est in monte alba
no lapides pluisse. Quod cum credi uix posset: missi ad id uise
dum prodigium in conspectu haud aliter q̃m cum grandinem uẽ
ti glomeratam in terra sagunt crebri cecidere de celo lapides: uisi
etiam audire uocem ingentem ex summi cacuminis loco ut pa
trio ritu sacra albani facerent: que uelut diis quoq; simul cum
patria relictis oblitioni dederant et aut romana sacra susceпe
rant: aut fortune ut fit obrati cultum reliquerant deum. Ro
manis quoq; ab eodem prodigio nouendiale sacrum publice su
sceptum est: seu uoce celesti ex albano monte missa: nam id q̃q;
traditur: seu auruspicum monitu. Mansit certe sollemne ut
quandocumq; idem prodigium nunciaretur ferie per nouem dies
agerentur. Haud ita multo post pestilentia laboratum est. vnde
cum pigricia militandi oriretur nulla tamen ab armis quies
dabatur a bellicoso rege salubriora etiam credente militie q̃m
domi militum corpora esse donec ipse quoq; longinquo morbo est
implicitus. Tunc adeo fracti simul cum corpore sunt spiritus illi
feroces ut qui nihil ante ratus esset minus regium q̃m sacris dede
re animũ repente omnibus magnis parusq; superstitionibus ob
noxius degeret: religionibusq; etiam populum impleret. Vulgo
tam hominesq; cum statum rerũ qui sub numa rege fuerat requirẽ
tes unam opem egris corporibus reluctam si pacem ueniamq; a dijs

impetrata esset credebant. Ipsum regem traditur uoluentem cō
mentarios numę cum ibi quedam occulta solennia sacrificia
ioui elicio facta muenisset operam tum bis sacris dedisse: sed nō
rite initum aut curatum id sacrum esse. Nec solum nullam ei ob
latam celestium spem: sed ira etiam iouis solicitati parua religio
ne fulmine ictum cum domo conflagrasse. Tullus magna gloria
belli regnauit annos duos et triginta. Mortuo tullo resit in
stitutum erat iam inde ab initio ad patres redierat: hiq; interre
gem nominauerant. Quo comitia habente Ancum martiū re
gem populus creauit: patres fuere auctores: Numę pompilii regis
nepos filia ortus ancbus martius erat. Qui ut regnare cepit: et
auite glorię memor: et quia proximū regnum cetera egregium
ab una parte satis prosperū fuerat: aut neglectis religionibus: aut
praue cultis: longeq; antiquissimū ratus sacra publica ut ab nu
ma instituta erant facere: omnia ea excōmentarius regis pon
tificem in album data proponere in publico iubet. Inde et ciuis
ocii cupidis & finitimis ciuitatibus facta spes in aui mores atq; in
stituta regem abiturum. Igitur latini cum quibus tullo regnante
fedus ictum erat sustulerunt animos: et cum incursionem in agrū
romanū fecissent repetentibus res romanis superbe responsum
reddunt: desidem romanū regem inter sacella et aras sacturū esse
regnum iam. Medium erat mancongeniū et numę et romuli me
mor: et preterqm quod alui regno magis necessariam fuisse pacē
credebat: tum in nouo tum in ferox populo etiam quod illi contu
gisset ocium sine iniuria id se haud facile habiturum: tentari ratus
patientiam: et tentatam contemni temporaq; esse tullo regi apti
oraqm numę: vt tamen quoniā numa in pace religiones instituis
set a se bellice cerimonię proderentur: nec gererentur solum: et
sed etiam indicerentur bella aliquo ritu. Ius ab antiqua gente
equiculus quod nunc fecialis habent describsit quo res repetūt
Legatus ubi ad fines eorum uenit unde res repetunt capite uelato
filo lanę uelamen est. Audi iuppter inquit: audite fines cuiq;

gentis sunt. Numina audiant fas est. Ego sum publicus nunc
populi. R.O. iuste pieq; legatus uenio: uerbisq; meis fides sit. per
agit deinde postulata: inde Iouem testem facit. Si ego iniuste
impieq; illos homines illasq; res feredi populo ro. mihi exposco:
tu patrie compotem me nunq̃m sinas esse. Hec cum finit supra
scandit. Hec quicunq; ei p̃mus uir obuius fuit. Hec portam ingre
diens. Hec forum ingressus pauca uerbis carminis concipien
diq; iusiurandi mutatis peragit. Si non dedimtur quos expostat
diebus tribus et triginta. Tot enim sollemnes sunt peractis. bellū
ita indicat. Audi iuppiter et tu iuno Quirine diiq; omnes cele
stes: uosq; terrestres: uosq; inferi audite. Ego uos testor populū
illum quicunq; est nominat iniustum esse neq; ius persoluere
Sed de istis rebus in patria maiores natu natu consulemus quo
pacto ius nostrum adipiscamur. Cum is nuncius romam ad con
sulendum redit/confestim rex exhis ferme uerbis patres uer
ba et modum bellum indicendi consulebat. Quarum rerū litium
causarum condixit pater patratus populi. R.O. Quiritium patri
patrato priscorum latinorum omnibusq; prisis latinis quas res
dari solui fieri oportuit: quas res nec dederunt. nec fecerunt. ñ
soluerunt. Dic inquit ei quem primum sententiam rogabant
quid censes? tum ille puro pioq; duello querendas censeo: itaq;
consentio conscisco q;. Inde ordine alii rogabantur. Quando cū
q; pars maior eorum qui aderant in eandem sententiam ibat
bellum erat consensu omnium fieri solitum vt fecialis hastam
ferratam aut sanguineam preustam ad fines eorum ferret: &
non minus tribus presentibus puberibus diceret. Quod po
puli priscorum latinorum. omnes ue prisci latini aduersus
populum. R.O. quiritium fecerunt. deliquerunt: quod populus
ro. quiritium bellum cum prisis latinis iussit esse. Senatus popu
li ro. quiritium censuit consensit conscivit ut bellum cū prisis
latinis fieret. Ob eam rem ego populusq; ro. populis priscorū
latinor̃ omnibusq; prisis latinis bellum indico faciq;. Id

ubi dixisset: hastam in fines eorum emittebat. Hec tum modo
ab latinis repetita res ac bellum indictum moremq; eum postea
ri acceperunt. Ancus demandata cura sacrorum flaminib⁹
sacerdotibusq; alus exercitu nouo conscripto profectus politoriū
urbem latinorū ui cepit. Secutusq; morem regum priorum qui
rem romanam auxerant hostibus in ciuitatem accipiendis mⁱ
titudinem omnem traduxit romam: et cum circa palatium
sedem ueterem romanoꝝ sabini arcem atq; capitolium: celium
montem albani implessent. auentinū noue multitudini datuꝫ
additiq; eidem haud mⁱto post cellemis ficanaq; captis noui ci
ues. politorium inde rursus bello repetitum quod uacuum occu
pauerant prisci latini. eaq; causa diruende urbis eius fuit roma
nis: ne hostium semper receptaculum esset. Postremo omni bello
latino medulliam compulso aliquandiu ubi marte incerto uaria
victoria pugnatum est. Nam et urbs tuta munitionibus presidio
q; firmata ualido erat. et castris in aperto positis aliquotiens latinus
exercitus cominus cum romanis signa contulerat. Ad ultimum
omnibus copiis commixtus ancus acie primū uicit. Inde ingenti
preda potitus romam redit. Tum quoq; multis similibus latinoꝝ
in ciuitatem acceptis quibus ut tumgeretur palatio auentinum
amnice date sedes. Ianiculum quoq; adiectum non inopia loci
sed nequando ea arx hostium esset. id non nimio solum sed etiaꝫ
ad cōmoditatem itineris ponte sublicio tum primū in tiberim
facto coniungi urbi placuit. Quiritium quoq; fossa haud par
uum monumentū a priscorum aditu loci sancti regis opus est
Ingenti mœnimento rebus auctis cum in tanta multitudine homi
num discrimine recti an perperam facti confuso sæpe clam de
stina fierent. Carcer ad terrorem maiestati audacie: media
urbe imminens foro edificatur: nec urbs tantum hoc rege creuit
sed etiam ager finesq; silua maiestia uehientibus adempta usq;
ad mare imperium prolatum et in ora tiberis ostia urbs condita
saline circa facte: egregieq; rebus bello gestis edes iouis feretri

amplificata est. Anco regnante Lucumo uir impiger ac diui
tijs potens Romam cõmigrauit cupidine maxime ac spe magni
honoris cuius adipiscendi tanquam is nam ubi quoq; peregrina
stirpe oriundus erat facultas non fuerat. Demarati corinthii filij
erat qui obsedition es domo profugus cum tarquinijs forte conse
disset uxore ibi ducta duos filios genuit. Nomina his Lucumo at
q; artes fuerunt. Lucumo superfuit patri bonorũ omniũ heres
A tum prior qm̃ pater moritur uxore grauida relicta. nec diu
manet superstes filio pater. Qui cum ignoranti nurũ uentre fer
im̃emor nepotis testando decessisset puero post eius mortem in
nullam partem bonorũ nato: ab inopia egeno inditum nomen.
L ucumoni contra omniũ heredi bonoy: cum diuitie iam animos
facerent: auxit ducta in matrimoniũ Tanaquil sũmo loco nata e
rat: et que haud facile ijs in quibus nata humiliora sineret. ea cum
illi nupsisset spem̃ tyrannidis concepit. Lucumonem exulem aduenam or
tum/ ferre indignitatem non potuit oblitaq; ingenite erga priam
caritatis: dum modo uirũ honoratũ uideret/ consilium migrandi
a tarquinijs cepit. Roma est ad id potissimũ uisa in nouo populo
ubi omnis repentina atq; ex uirtute nobilitas sit/ futurum locum
forti ac strenuo uiro. Regnasse Tatium sabinum accersitum in re
gnum: numam a curibis: et Ancum sabina matre natum: nobileq;
una imagine numen esse facile persuadet: ut cui cupido honorum
et cui materna tantum patria esset. Sublatis itaq; rebus ad migrat
romam: ad janiculum forte uentum est. ibi ei carpento sedenti cũ
uxore aquila suspensis demissa leuiter alis pileum auferit: super
q; carpentum cum magno clangore uolitans rursus ueluti ministe
rio diuinitus missa capiti apte reponit: inde sublimis abiit. Acce
pisse id augurium leta dicitur tanaquil: perita ut uulgo etrusci
celestium prodigiorum mulier: et excelsa et alta sperare comple
xa uirum iubet: eam alitem ea regione celi et eius dei nunciam ue
nisse: circa summũ culmen hominis auspicium fecisse. Leuasse
humano capitis ornamento: ut diuinitus eidem redderet

has spes cogitationesq; secum portantes urbem ingressi sunt: do
micilioq; ibi comparato. L. tarquinium priscum edidere: Nam
et romanis conspicuum eam nouitas diuitiesq; faciebant: et ipe
fortunam benigno alloquio comitante imitando. beneficiisq; qs
poterat conciliando adiuuabat: donec in regiam quoq; de eo preda
ta est fama. Noticiamq; eam breui liberaliter dextreq; obeun
do seruicia in familiarem amicicie adduxerat una: ut publicis
pariter ac priuatis consiliis bello domiq; interesset: et per omnia
expertus postremo tutor etiam liberis regis testamento institue
retur. Regnauit Ancus annos quatuor et uiginti: cuilibet supe
riorum Regum belli pacisq; et artibus & gloria par. Iam filii
prope puberem etatem erant. eo magis tarquinius instare ut
qm primum comitia regi creando fierent: quibus indictis sub
tempus puero uenatum allegauit: usq; primus et petisse ambi
tiose regnum et orationem dicitur habuisse ad conciliandos
plebis animos compositam. Cum se nouum nouam petere qp
pe qui non primus quod quisqm indignari mirari ue posset:
sed tertius nonne peregrinus regnum affectet: et tantum non ex
peregrino solum sed etiam ex hoste regem factum: et Numam
ignarum urbis non petentem in regnum ultro accitum. sed ex
quo sua potens fuerit romam cum coniuge ac fortunis omnib
commigrasse: Maiorem partem etrusci quia similibus officiis
fungantur hominesq; se qm mutetre patria uicisse domi
milite; sub haud prudenti rege magistro ipo Anco rege roma
no se iura romanos ritus didicisse: obsequio et obseruantia in re
gem cum omnibus benignitate erga alios cum rege ipo certasse
Haec cum haud falsa memorantem ingenti consensu reg populus
ro. regnare iussit. Ergo uirum cetera egregium secuta quam in pe
tendo habuerat etiam regnantem ambitio est. Nec minus regni
sui firmandi qm augendę rei pu. memor. centum patres legit
qui deinde minores gentium sunt appellati. facto haud dubia
regis cuius beneficio in curiam uenerat. Bellum primum cui

latinis gessit: et oppidum ibi appiola sui cepit. predaq; inde maio
re q̃m quanta belli fuerat fama reuecta ludos opulentius instruc
tiusq; q̃m priores reges fecit tum primum circo qui nunc maxim⁹
dicitur designatus est locus. Loca diuisa patribus equitibusq; ubi
spectacula sibi quisq; facerent fori appellati. Spectauere simul sedu
odenos a terra spectacula alta sustentibus pedes ludicrum fuit
E qui pugiles q; ex etruria maxime acciti: sollemnes deinde annui
transierunt ludi romani: magnoq; uario appellati ab eodem rege
et circa forum priuatis edificanda diuisa sunt loca. porticus ta
bernaq; factae: minor quoq; lapideo circundare urbem parabat:
cum sabinū bellum ceptis interuenit: adeoq; ea subita res fuit: ut
prius sanienem transirent hostes q̃m obuiam ire: ac prohibere ro
manus exercitus posset. itaq; trepidatum rome est: et primo du
bia uictoria magna utrimq; cede pugnatum est. Reductis deinde
de integro bellum. Tarquinius equitem maxime suis deesse uiri
bus tatius ad ramnenses titienses. luceres quas centurias Romu
lus sciscitarat addere alias constituit: suoq; signes relinquere
nomine. Id quia inaugurato Romulus fecerat: negare actius
nauus sinc̃inus ea tempestate augur: neq; mutari: neq; nouū con
stitui nisi aues addixissent posse. Ex eo natregi mota: ludensq; ar
tem ut ferunt agedum inquit diuine tu inaugura fieri ne possit
quod nunc ego mente concipio. cum ille mature augurio rem expertus
profecto futuram dixisset. At qui hercle animo agitaui inquit te
nouacula cotem diuisurum. Capere et perage quod audes tuc
fieri posse portendunt. Tum illum haud amplius dissidisse
cotem ferunt. Statua actii capite uelato quo in loco refecta est
in comitio in gradibus ipsis ad laeuam curiae fuit. cotem quoq;
eodem loco sitam fuisse memorant: ut esset ad posteros mira
culi eius monimentum. Augurii certe sacerdotiq; augurii q
tantus honos accessit: ut nihil belli domiq; postea nisi auspicato
gerere tur. Comitia populi exercitus uocati summa rerum: ubi

aues non admisissent dirimerentur. Neq; tum Tarquinius de eq.
tum centuriis quicq̃m mutauit numero tantum alteram adiecit
ut mille et trecenti equites in tribus centuriis essent. posteriores
modo sub hisdem nominibus qui additi erant appellati sunt: quã
nunc quia gemmate sunt sex uocant centurias. hac parte copi
arum aucta iterum cum sabinis confligitur. Sed preterq̃m quod
uiribus creuerat romanus exercitus: ex occulto etiam additur
dolus missis qui magnam uim lignorum in amnis ripa iacente
ardentem in flumen conicerent: uentoq; iuuante accensa ligna
et pleraq; matribus impacta sublicium cum hererent pontem in
cendunt. Eaq; res terrorem attulit sabinis: effusis eadem fugã
impedit. Multiq; mortales cum hostem effugissent in flumine ipo
periere quorum fluitantia arma ad urbem cognita in tiberi prius
pene q̃m nunciari posset insignem uictoriam fecere. Eo prelio pre
capua equitum gloria fuit. Vtrinq; a cornibus positos cum iam pel
leretur media peditum suorum acies ita incurrisse a lateribus
ferunt: ut non sisterent modo sabinas legiones ferociter insan
tes cedentibus: sed subito in fugam auerterent. Montes effuso cur
su sabini petebant: et pauci tenuere. Maxima pars ut ante dictum
est ab equitibus in flumen acti sunt. Tarquinius instandum perte
ritis ratus: preda captiuisq; romam missis spolus hostium id uo
tum uulcano erat mgenti tumulo accensis: pergit porro in agrum
sabinum exercitum inducere: et quanq̃m male gesta res erat:
nec gesturos melius sperare poterant: tamen quia consulendi res
non dabat spacium iterr obuiam sabini tumultuario milite: iterũq;
ibi fusi perditis iam propemodum rebus pacem petiere: collatia et quicqd
citra collatiam agri erant sabinis ademptum est. Egerius hic
fratris filius erat regis collatie m presidio relictus: dedituosq; colla
tinos ita accipio: eamq; dedicionis formulam esse: rex interrogauit.
Estis ne uos legati oratoresq; missi a populo collatino ut uos popu
lumq; collatinum dederitis? sumus. Est ne populus collatinus
in sua potestate? est. Dedisne uos populumq; collatinum urbem

agros. aquam

agros. aquam. terminos. delubra. utensilia. diuina. humanaq;
omnia. in meam populiq; ro. dicionem. dedimus. et ego recipio.
Bello sabino perfecto tarquinius triumphans romam redit. in
de priscas latinis bellum fecit. ubi nusq̃ ad uniuersi rei dimica.
tionem uentum est. ad singula oppida circumferendo arma om
ne nomen latinum domuit. corniculum. ficuleam. uetus ca.
meria. crustumerium. ameriola. medulla. nomentum. Hec
de priscis latinis. aut qui ad latinos defecerant capta oppida. pos
deinde est facta. Maiore enim animo pacis opera. inchoata q̃m
quanta mole gesserat bella. ut non quietior populus domi esset
q̃m militie fuisset. Nam et muro lapideo cuius exordium opis
sabino bello turbatum erat. urbem quia non dum munierat cin
gere parat. et infima urbis loca circa forum aliasq; interiectas
collibus conuallesq; quia ex planis locis haud facile euehebant
aquas. cloacis e uestigio in tiberim ductis siccat. et aram ad ede
m capitolio iouis quam uouerat bello sabino iam presagiente a
nimo futuram olim amplitudinem loci occupat fundamentis.
Eodem tempore in regia prodigium uisum euentuq; mirabile fuit
puero dormienti. cui seruio tullio nomen fuit. caput arsisse fer
multorum in conspectu. Plurimo igitur inde clamore ad tante
rei miraculum orto. excitum regem. et cum quidam familiarium
aquam ad extinguendum ferret a regina retentum. sedatoq; tam
tumultu monuisse uetuisse puerum donec sua sponte expergis
cefactus esset. Mox cum somno et flamma abisset. tum ad
ductum in secretum uiro tanaquil. Videsne tu puerum hunc m
quit quem tam humili cultu educamus. Scire licet lumen quon
dam rebus nostris dubiis futurum. presidiumq; regie afflicte
promde materiam ingentis publice priuatum q decoris omni in
dulgentia nostra nutriamus. inde puerum loco captum liberum
haberi. eruditriq; artibus quibus ingenia ad magne fortune cul
tum excitantur. Euenit facile quod discordi esset. Iuuenis seua
sit uere indolis regie. nec cum quereretur gener tarquinio quisq̃

romane uuuentutis ulla arte conferri potuit. filiamq; ei suam
rex despondit. huicquacunq; de causa tantus illi honos habitus
credere prohibet serua natum eum paruūq; ipse seruisse. Eorum
magis sententie sum qui corniculo capto seruii tullii qui prin
cepsin illa urbe fuerat grauidam uxo occiso uxorem cum inter
reliquas captiuas cognita esset ob inicam nobilitatem ab regina
romana prohibitam ferunt seruicio. partum rome edidisse
prisci tarquinii domo. Inde tanto beneficio et inter mulieres
familiaritate auctam et puerum in domo a paruo educatum
m caritate atq; honore fuisse: fortunam matris quod capta
patria in hostium manus uenerit ut seruo natus crederetur
fuisse. Duo de quadragesimo ferme anno ex quo regnare cepe
rat tarquinius: non apud regem modo: sed apud patres plebem
q; longe maxmo honore: Ser. tullius fuit. Tum Anci filii duo
et si antea semper prodigniss̄imo habuerant: se patrio regno r
tutoris fraude pulsos regnare Rome aduenam non modo ui
cinos: sed ne italicę quidem stirpis: tum impensius his indigni
tas crescere: si non a tarquinio quidem ad se rediret regnum: sed
precepsinde porro ad seruicia caderet ut in eadem ciuitate post
centesimum fere annum q̄m Romulus deo regeneratus deus ip
se tenuerit regnum donec in terris fuit: id seruus serua na
tus possideat. Tum cōmune romani nominis: tum precipue
id domus sue dedecus foret: si anci regis puerili stirpe salua r
non modo aduenis: sed seruis etiam regnum Rome pateret
F erro igitur eam arcere statuunt contumeliam: sed iniuriae
dolor in tarquiniū ip̄m magis q̄m in seruium eos stimulabat
tum quia grauior ultor cedis si superesset rex futurus erat q̄m
priuatus: tum seruio occiso quemcunq; alium generum delegis
set eiusdem regni heredem facturus iudebatur. Ob hoc ipsi regi
insidie parantur. Ex pastoribus duo ferociss̄imi delecti ad
facinus qui consueti erant. Vterq; agrestibus ferramentis in
uestibulo regie q̄m̄ potuere tumultuosiss̄ime specie rixe

in se omnes apparitores regios conuertunt. Inde cum ambo
regem appellarent clamorq; eorum in regiam peruenisset: euo
cati ad regem pergunt. Primo uterq; uociferari: et certatim
alter alteri obstrepere: coherciti a lictore & iussi mutuem dice
Tandem alloqui desistunt. Vnus rem ex composito orditur.
dum intentus in eum se rex totus auerteret: alter elatam secu
rim in caput deiecit. Reductoq; in uulnere telo ambo se foras
eiciunt. Tarquinium moribundum cum qui circa erant excepis
sent: illos fugientes lictores comprehendunt. clamor inde con
cursusq; populi in tantum quid rei esset. Tanaquil inter tumul
tum claudi regiam iubet: arbitros eiecit. simulque curando
uulneri opus sunt tanq; in spes subesset: sedulo comparat: simul
si destituat spes alia præsidia molitur. Seruio propere accito ci
pere ecanimem utrum ostendisset: deteram tenens orat ne in
ultam mortem soceri: ne socrum inimicis ludibrio esse sinat.
Tuum inquit serui si ur es est regnum: non eorum qui alienis ma
nibus pessimum facinus fecere. Erige te: deosq; duces sequere qui
clarum hoc caput fore diuino quondam circumfuso igni porten
derunt: nunc te illa celesti excitet flamma: nunc expgiscere
uere: et nos peregrini regnauimus. Quis sis non unde natus sis
reputa. Si tua res subita consilia torpent. at tua mea consilia sequ
Cum clamor impetusq; multitudinis sursum sustineri posset: ex su
periore parte edium per fenestras in nouam uiam uersus habi
tabat enim re cad Iouis statoris locum. populum Tanaquil al
loquitur. Iubet bono animo esse: sopitum fuisse regem subito
ictu. ferrum haud alte in corpus descendisse: iam ad se redisse
in spectum uulnus absterso cruore omnia salubriora esse: con
fidere prope diem ipsum eos uisuros. Interim Seruio tullo iubere
populum dicto audientem esse: cum iura redditurum: obitu
rumq; alia regis munera esse: Seruius cum trabea & lictoribo
prodit. ac sede regia sedens alia decreuit. de aliis consulturum
regem esse simulat. Itaq; per aliquot dies cum iam expressset

tarquinius celata morte per speciem aliene fimgende ire ciuis sua
opes firmauit. Tum demum palam facto et complorationem in
regia orta seruius presidio firmo munitus primus in iussu po
pulu uoluntate patrum regnauit. Anci liberi iamtum compre
hensis sceleris ministris ut uiuere regem et tantas esse opes seruii
nunciatum est: sessam pometiam exulatum ierant. Nec iam
publicas magis consilius seruius qm priuatis munire opes: et
ne qualis anci liberorum animus aduersus tarquinium fuerat:
talis aduersus se tarquinii liberorum esset duas filias iuuenibus
regiis Lucio atq; arunco tarquinii iungit. Nec cupit tamen fati
necessitatem humanis consiliis: quin mudia regni etiam inter
domesticos infida omnia atq; infesta faceret. Peroportune ad pnas
quietem status bellum cu vehementibus iam enim in ducie exercitu
aliisq; etruscis sumptum. In eo bello et uirtus et fortuna emituit tulli
fuscq; ingenti hostium exercitu haud dubius ex seu patrum seu ple
bis animus periclitaretur Romam redit: aggrediturq; inde pacis
maximum opus: ut quemadmodum numa diuini auctor iuris fu
isset: ita seruium conditorem omnis in ciuitate discriminis ordi
numq; quibus inter gradus dignitatis fortuneq; aliquid interluceat
posteri fama ferrent. censum enim instituit: rem saluberrimam tan
to futuro imperio ex quo pacis belliq; munera non uiritim ut ante:
sed pro habitu pecuniarum fierent: tum classes centuriasq; et hunc
ordinem ex censu descripsit: uel pacis decorum uel belli. Ex his q.
centum milium eris: aut maiorem censum haberent. Lxxx. con
fecit centurias quadragenas seniorum ac iuniorum. Prima classis
omnes appellati seniores ad urbis custodiam ut presto essent: iuue
nes ut foris bella gererent. Arma his imperata galea clipeus. ocreae
lorica omnia ex ere: hec ut tegumenta corporis essent. telam hoste
hastaq; et gladius. addite huic classi due fabrum centurie: quae
sine armis stipendia facerent: datum munus fut machinas in bello
ferrent. Secunda classis infra centum usq; ad quinq; et septua
ginta milium censum instituta: et ex his senioribus iunioribusq;

.xx. conscripte centurie: arma impetrata. scutum pro clipeo: et pt
loricam omnia eadem. Tercia classis in quinquaginta milium
censum esse uoluit: totidem centurie: et hec eodem discrimine æ
tatum facte: nec de armis quicqm mutatum. octee tantum ad
empte. In quarta classe census .v. et .xx. milium totidem centu
rie facte: arma mutata: nihil preter hastam et ueructum datum.
Quinta classis aucta centurie .xxx. facte: fundas lapidesq; mis
siles his secum gerebant. In his accensi cornicines tibicinesq; in tres
centurias distributi undecim milibus hec classis censebatur. Hic
minor census reliquam multitudinem habuit. inde una centu
ria facta est immunis milicia. ita pedestri exercitu ornato distribu
toq; equitum ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit centurias
Sex item alias centurias tribus a Romulo institutis sub eisdem qui
bus inaugurate erant nominibus fecit. Ad equos emendos denā
milia eris ex publico data: et quibus equos alerent uidue attribu
te quotbima milia eris singulos penderent. Hec omnia
in diuesa pauperibus inclinata onera: deinde est honos additus
Non enim ut ab Romulo traditum ceteri seruauerant reges uiritim
suffragium eadem ui eodemq; iure promiscue omnibus datum e
sed gradus facti: ut neq; excluderetur quisqm suffragio uideretur: et
uis omnes pene primores ciuitatis esset. Equites enim uocabant
primi. Lxxx. inde prime classis centurie primū peditum uoca
bantur: ibi si uariaret quod raro mouebat ut secunde classis uoca
rentur: nec fere unqm in sua iura descenderunt ut ad infimos perue
nirent. Nec mirari oportet hunc ordinem qui nunc est: post ex
pletas quinq; et triginta tribus duplicato earum numero centuri
umiorum seniorumq; administratam ab Ser. tullo summam non
conuenire. Quatrifariam enim urbe diuisa regionibus collī
busq; qui habitabantur: partes eas tribus appellauit: ut ego arbitr
a tributo. nam eius quoq; equaliter ex censu conferendi ab eodem
iuta ratio est: neq; hec tribus ad centuriarū distributionem nu
merūq; quicqm pertinuere. Censu profecto quem matura

uerat metu legis deincepsse arte cum uinculorum minis mor
tisq; edixit. ut omnes ciues romani equites peditesq; in suis
quisq; centuriis in campo martio prima luce adessent. ibi
instructum exercitum omnem sue oue tauris tribus lustra
uit. idq; condituum lustrum appellatum quia in censendo fini
factus est. Milia. LXXX. eo lustro ciuium censa dicuntur
A dicat scriptorum antiquissimus fabius pictor eorum qui
arma ferre possent eum numerū fuisse. Ad eam multitudi
nem urbs quoq; amplificanda uisa est: addit duos colles q
rinalem uiminalemq;: ide demceps auget exquilias: ibiq;
ipe ut loco dignitas fieret habitat. Aggere et fossis et muro cir
cundat urbem. item pomerium profert. Pomerium uerbi ui
solam mtuentes. post murum interpretantur esse. Est aute
magis circa murum locus quem in condendis urbibus quon
dam etrusci qua murum ductum erant certis circa terminis
in augurato consecrabant: ut neq; interiore parte edificia me
nibus contmuarentur: que nunc etiam uulgo conuungimt
et extrinsecus aliquid puri ab humano cultu pateret soli: i
hoc spacium quod neq; habitari: neq; arari fas erat. no magis
quod post murum esset: qm quod murus. Sost id pomerium
romani apellarunt: et m urbis incremento semper quantum
menia processina erant. tantum temini hi consecrati profere
bantur. Aucta ciuitate magnitudine urbis formatis
omnibus domi et ad belli: et ad pacis usus: ne semper armis i
opes acquirentur consilio augere imperium conatus est: simul
et aliquod addere urbi decus. Iam tum erat inclitum diane
ephesie fanum: id communiter a ciuitatibus asie factum fa
ma ferebat: cum consensum deos q; consecrato laudaret. mire
ser. inter proceres latinorum cum quibus publice priuatimq;
hospicia amicicias q; de industria uixerat. sepe iterando eade
perpulit: tandem ut rome fanum diane. populi latini cum
populo ro. facerent. Ea erat confessio caput rerum romam

esse de quo totiens armis certatum fuerat. id quanq̃m omissum
iam ex omniũ cura latinorum ob rem totiens infeliciter tentatam
armis uidebatur: uni se ex sabinis forte clare uisa est priuato con
silio imperii recuperandi. Bos in sabinis nata quidam patri fami
lie dicitur miranda magnitudine ac specie: fixa per multas ae
tates cornua in uestibulo templi diane monumentum ea fuere
miraculo. habita ut erat res prodigii loco est et cecinere uates cui
ciuitatis eam cues diane immolasset ibi fore imperium idq;
carmen peruenerat ad antistitem fani diane. Sabinus ut pri
mum apta dies sacrificio uisa est. bouem actam deducat ad
fanum diane. & ante aram statuit. ibi antistes romanus cum
eum magnitudine uictime celebrata fama mouisset. memor
responsi sabinum ita alloquitur. Quid nam tu hospes para
inquit: moestum sacrificium diane facere: quin tu ante uno
profundens flumine: infima ualle perfluit tiberis. Religione
tactus hospes qui omnia ut prodigio responderet euentus caper
rite facta ex templo descendit ad tiberim. Interea romanus im
molat diane bouem. id mire gratum regi atq; ciuitati fuit. Ser
uius quanq̃m iam uisu haud dubie regnum possederat: tam
interdum tractari uoces a iuuene tarquinio audiebat se mul
su populi regnare: conciliata prius uoluntate plebis: agro cap
to ex hostibus uiritim diuiso ausus est ferre ad populum uel
lent iuberent ne se regnare: tantoq; consensu quanto haud qs
q̃m alius ante rex est declaratus: neq; ea res tarquinio affectandi
regni spem minuit. imo eo impensius quia de agro plebi aduer
sam patrum uoluntatem senserat agi: criminandi seruii apud
patres crescendi q; incuria. sibi occasionem datam ratus est: et ip̃e
iuueni ardenti animi: et domi uxore tullia inquietum animum
stimulante. Tulit enim & romana regia sceleris tragici exemplu
ut tedio regum maturior ueniret libertas: ultimumq; regnum
esset quod scelere partum foret. Hic. L. tarquinius prisci
tarquinii regis filius nepos ue fuerit parum liquet. pluribus tn

auctoribus filium crudelem fratrem habuerat Aruntem tar
quinium mitis ingenii iuuenem. his duobus ut ante dictum
est: duę tulli regis filię nupserant: et ipse longe dispares mo
ribus. forte ita inciderat: ne duo uiolenta ingenia mrimonio
iungerentur. fortuna credo populi .r. quo diutius seruii re
gnum esset constituiq; ciuitatis mores possent. Angebatur fe
roce tullia nihil materię in uiro neq; ad cupiditatem: neq; ad
audaciam esse: tota maiorum aduersa tarquinium eum mi
rari: cum uirum dicere ac regio sanguine ortum spernere soro
rem q uirum nacta muliebri cessaret audacia. Contrahit cele
riter similitudo eos ut fere fit malum malo aptissimū. Sed in
itium turbandi omnia a femina ortum est. Ea secretis uiri alie
na assuefacta sermonibus nullis uerborum contumeliis parcit
de uiro ad fratrem: de sorore ad uirum: et se rectius uiduam: et
illum celibem futurum fuisse contendit q̃m cum impari iungi
haud elanguescendum alienа ignauia esse. Si sibi eum quo dig̃
esset dii dedissent uirum domi se propediem uisuram regnum
fuisse quod apud patrem uiderat: celeriter adolescentem sue
tem eritatis implet. Arum̃ tarquinius et Tullia mmor prope
continuatis funeribus cum domos uacuas nouo matrimonio fe
cissent. iunguntur nuptiis: magis non prohibente seruio q̃m ap
probante. Tum uero indies infestior tullio senectus insidiis cęp
regnum esse. Iam enim ab scelere aliud spectare mulier sceleris.
nec nocte nec mterdiu uirum conquiescere patiię gratuita pre
terita parricidia essent: non sibi defuisse cui nupta diceretur
nec cum quo tacita seruiret defuisse qui se regno dignum putaret
qui meminisset se esse prisci tarquinii filiam: qui habere q̃m
sperare regnum mallet. Si tu is es cui nuptam me esse arbitro
et uirum et regem appello: sin minus: eo nunc peius mutata
res est q prius cum ignauia est sceleri: quam accingeris: non tibi
ab cormtho nec a tarquiniis ut patri tuo moliri peregrina regna
necesse est: dii te penates patrii q; et patrię imago: et domus

regia: et in domo regale solium: et nomen tarquinii creat uocat
q; regem. Aut si ad hec parum est animi quid frustraris ciui
tatem? quid te ut regium iuuenem conspici smis? facesse hinc
tarquinios aut corinthum deuoluere retro ad stirpem fratri
similior q̃m patri. his aliisq; incepando iuuenem instigat: nec
conquiescere ipa potest. Si cum tanaquil peregrina mulier tim
moliri potuisset animo: ut duo continua regna uiro ac deincepS
genero dedisset: ipa regio semine orta nullum momentum in da
do adimendoq; regno faceret. His muliebribus instinctus fu
rius Tarquinius circumire et prensare minores maximosq; patres
admonere paterni beneficii ac pro eo gratiam repetere: allicere
donis iuuenes tum de se ingentia pollicendo: tum regis crimini
bus omnibus locus crescere. Postremo ut iam agendi rei tempus
uisum est stipatus agmine armatorum in forum irrupit. inde
omnibus perculsis pauore in regia sede pro curia sedens patres m
curia per preconem ad regem tarquinium citari iussit: conuene
re ex templo alii iam ante ad hoc preparati: alii metu: ne nouemS
se fraudi esset nouitate ac miraculo attoniti etiam de seruio actu
rati. Vbi tarquinius maledicta a stirpe ultima orsus seruiu
seruaq; natum post mortem indignam parentis sui non interre
gno ut antea mito: non comitiis habitis: non per suffragium
populi: non auctoribus patribus muliebri dono regnum occu
passe: ita natum: ita creatum regem fautorem infimi generis ho
minũ ex quo ipe sit odio alienę honestatis: ereptum primoribo
agrum sordidissimo cuiq; diuisisse: omnia onera que commu
nia olim fuerint mdmasse in primores ciuitatis instituisse cen
sum ut mgnis ad inuidiam locupletiorum fortuna esset: et
parta uti uellet egentissimis largiretur. Huic orationi Seruius
cum interuenisset: trepido nuncio excitatus ex templo a uestibu
lo curie magna uoce: Quid hoc inquit tarquini res rei est? qua
tu audacia me uiuo uocare ausus es patres: aut sede mi sedere mea?
cum ille ferociter ad hec: se patris sui tenere sedem: multo q̃m

seruium potiorem filium regis heredem: satis illum diu per lu
centiam eludentem insultasse dominum. Clamor ab utriusq;
fautoribus oritur: et cursus populi fiebat in curiam: appare
batq; regnaturum qui uicisset. Tum tarquinius necessitate iam
ipa cogente ultima audere: multo et etate et uiribus ualidior me
dium arripit Seruiu. elatumq; e curia in inferiorem partem p
graduis deiecit. inde ad cogendum senatum in curiam redit.
fit fuga regis apparitorum atq; comitum. ipe prope exanguis
cum semianimis regio comitatu domum se reciperet: peruenissetq;
ad summu ciprium primu uicum ab his qui missi a tarquinio
fugientem consecuti erant: interficitur. Creditur quia non
abhorret a cetero scelere admonitu tullie id factum: carpento
certe id quod satis constat in forum inuecta: nec reuerita cetum
utrorum euocauit: uirum e curia: regemq; prima appellauit. a
quo facessere iussa ex tanto tumultu cum se domum recipet peruc
nissetq; ad summu ciprium uicum ubi dianium nuper fuit. fle
ctenti carpentum dextra in urbium cluuum ut in collem excqui
liarum euheretur: restitit paueduis atq; inhibuit frenosisq;
iumenta agebat. iacemq; domine seruium trucidatum ostren
dit. Fedum inhumanu inde traditur sceluis monumentuq; lo
cus est quem sceleratum uicum uocant. Quo amens agitan
tibus furiis sororis ac uiri tullia per patris corpus carpentum egis
se fertur: partemq; sanguinis a cedis paterne cruento uehiculo
contammata ipsa respersaq; tulisse ad penates suos uiriq; sin
quibus tantis malo regni principio similes prope diem exitus se
querentur. Ser. tullius regnauit annos quatuor & quadraginta
ita ut bono etiam moderatoq; succedenti regi difficilis emulatio
esset. Ceterum id quoq; ad gloriam accessit quod cum ipo si
mul iusta ac legitima regna conciderunt: idipm q; tam mite
ac tam moderatum imperium: tamen quia unius esset deponē
eum in animo habuisse quidam auctores sunt: ni sceluis mate
stinum liberande patrie consilia agitanti interuenisset.

interficitur Seruius.

fedum sceluis tullie.

.xliii. regnauit an
nos Seruius:

Inde. L. tarquinius regnare cepit: cui superbo cognomen
facta indiderunt: quia socerum gener a sepultura prohibuit
romulum quoq; in sepultum dicit transferisse: primores pa-
trum quos seruii rebus fauisse credebat interfecit. constitit de
inde male querendi regni a se ipo aduersus se exemplum capi
posse armatus corpus cautum sepsit. Neq; enim aduus regni quic
qm preter uim habebat: ut qui neq; populi iussu: neq; auctoribo
patribus regnaret. Eo accedebat ut in cantate ciuium nihil spei
reponenti metu regnum tutandum esset. Quem ut m pluribo
mauteret cognitiones capitalium rerū sine consilius per se solus
exercebat. perq; eam causam occidere in exilium agere: bonis
mulctare poterat: non suspectos modo aut inuisos: sed unde
nihil aliud qm predam sperare posset. Ita patrum precipue
numero uinuto: stantur nullos in patres legere quo contem
ptior paupertate ipa ordo esset: inuisq; per se nihil agi indi
gnarentur. Hic enim regum primus ut traditur a primoribo
morem de omnibus senatum consulendi soluit. domesticas
consilius rem pu. administrauit. bellum. pacem. federa. so
cietates per se ipe cum quibus uoluit in uissu populi ac sena
tus fecit. diremitq; Latinos sibi maxime gentem conci
liabat: ut peregrinis quoq; opibus tutior inter ciues esset. ne
q; hospicia modo cum primoribus eorum: sed affinitates quo
q; iungebat. Octauio mamilio tusculano: is longe princeps
latini nominis erat: si fame credimus a bulixe deaq; circe ori
promulgata est. nunq; deinde usq; ad hanc memoriam sine maximis rerum motibus agitata. Consul alter largitioni resistebat. auctoribus patribus: nec omni plebe aduersante: que primo ceperat fastidire munus uulgatum a ciuibus in sotios. Sepe deinde & uirginium. cos. in contionibus uelut uaticinantem audiebat pestilens collega munus esse: agros illos seruitutem his qui acceperant laturos: regnum fieri. Quid ita enim assiduos sotios et nomen latinum: Quid attinuisse hernicis paulo ante hostibus captu agri tertiam partem reddi. nisi ut egentes pro coriolano duce cassium haberent: Popularis iam esse desiuisse lex agraria ceperat. Vterq; deinde consul certatim plebi indulgere. & Virginius dicere passurum se assignari agros. dum ne ciuis nisi ciuis romano assignentur. Cassius quia in agraria largitione ambitiosius in sotios: eosq; ciuibus iuuior erat. ut alio munere sibi conciliaret ciuium animos. iubere pro siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo: Id uero haud secius q̄ presentem mercedem regni aspernata plebs: adeo propter suspitionem insitam regni uelut habundarent omnia munera eius in animis hominum respuebantur: quem ubi primum magistratu abijt damnatum necatumq; constat: Sunt qui patrem auctorem eius supplicij ferunt: eum cognita domi causa uerberasse ac necasse. peculiumq; filij cereri consecrauisse. Signum inde factum esse: & inscriptum ex cassia familia datum. Inuenio apud quosdam: idq; propius fidem est. a questoribus cesone fabio &. L. ualerio die dictam per duellionis damnatumq; populi iudicio: diruta s publice edes: eas stare ante telluris edem. Ceterum siue illud domesticum siue publicum fuit iudicium damnatus est. Seruio cornelio. Q. fabio. coss. haud diuturna ira populi in cassium fuit. dulcedo agrarie legis ipsa per se dempto auctore subilat animos. Accensaq; ea cupidita s est mali

Cassius

perduellio

gnitate patrum. qui deiectus eo anno iuuisci equusq; militē
preda fraudauere. Quicquid captum ex hostibus est uendi
dit fabius. cōs. ac redegit in publicum. Inuisum erat fabiō
nomen plebi propter nouissimum consulem. Tenuere tamē
patres ut cum. l. emilio ceso fabius. coss. crearetur. Co infe
stior facta plebs. seditione domestica bellum externum exci
uit. Bello deinde ciuiles discordie intermisse. Uno animo
patres ac plebs rebellantes iuuiscos et equos duce emilio prospe
ra pugna uicere. Plus tamen hostium fuga q̄ preliō assum
psit. adeo pertinaciter fusos insecuti sunt equites. Castoris
edes eodem anno idibus quintilibus dedicata est. Vota e
rat latino bello, postumio dictatore. filius eius duūvir ad id
ipsum creatus dedicauit. solicitari eo anno sunt dulcedine
agrarie legis animi plebis. Tribuni plebis popularem potesta
tem lege populari celebrabant. Patres satis superq; gratuiti
furoris in multitudine credentes esse. Largitionis temerita
tisq; inuitamenta horrebant. Acerrimi patribus duces a resi
stendum consules fuere. Ea igitur pars rei. pu. uicit. nec in
presens modo. sed in uenientem etiam annum. M. fabiō ceso
nis fratrem et magis inuisum alterum plebi accusatione. Sp.
cassij. L. ualerium. coss. dedit. Certatum quoq; eo anno cū
tribunis est. Vana lex. uanique legis auctores. iactando irri
tum munus facti. fabium inde nomen ingens post tres cō
tinuos consulatus. unoq; uelut tenore omnes expertos tri
bunitijs certaminibus habitum. Itaq; ut bene locatus mā
sit in ea familia aliquandiu honos. Bellum deinde ue
hiens initum. & uulsci rebellarunt. Sed ad bella externa
prope fuerant iures. abutebanturq; his inter semet ipsos
certando. Accessere ad egrasiam omnium mentes prodigia
celestia. prope quotidiana. in urbe agrisq; ostendentia minas
Motuq; ita numinis causam nullam aliam uates canebant.
publice priuatimq; nunc extis nunc per aues consulti. q̄ haud

Q. fabius
C. tullius

rite sacra fieri. Qui terrores tamen eo euasere ut oppia uirgo uestalis damnata incesti penas dederit. Q. fabius deinde. & .c. tullius coss. facti. eo anno non segnior discordia domi. et bellum foris attocuit fuit. ab equis arma sumpta. Vehientes quoq; agrum romanorum populantes inierunt. quorum bellorum crescente cura. Ceso fabius. et. Sp. furius coss. fiunt. ortonam latinam urbem equi oppugnabant. Vehientes pleni iam populationum. romam ipsam se oppugnaturos minabantur. Qui terrores cum compescere deberent auxere insuper animos plebis. redibatq; non sua sponte mos plebi detrahendi militiam. Sed. Sp. licinius. tr. pl. uenisse tempus tatus per ultimam necessitatem legis agrarie patribus inuidiam de susceperat rem militarem impediendam. Ceterum tota inuidia tribunitie potestatis uersa in auctorem est. Nec in eum consules acrius q̄ ipsius eius college coorta sunt: auctoq; eorum delectum consules habent. Ad duo simul bella exercitus scribitur ducendus. fabio in uehientes. in equos furio datur. et in equis quidem nihil dignum memoria gestum est. fabio aliquanto plus negocij cum ciuibus q̄ cum hostibus fuit. Unus ille uir p̄e consul rem. pu. sustinuit. quā exercitus odio consulis quantum in se fuit prodebat. Nam cum consul preter ceteras imperatorias artes. quas parando gerendoq; edidit bello plurimas. ita instruxisset aciem ut solo equitatu emisso exercitum hostium funderet. insequi fusos pedes noluit. Nec illos & si non adhortatio inuicti ducis suum saltem flagitium & publicum in presentia dedecus postmodo periculum si animus hosti redisset cogere potuit gradum accelerare: aut si aliud nihil instare instructos. inuisu signa referunt. mestiq; crederes uictos. execrantes nūc imperatorem. nunc nauantam equite operam. redeunt in castra. nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quesita sunt: adeo excellentibus ingeniis ciuius de

furit arſ. qua ciuef regant. q̄qua hoſtem ſuperent. Conſul ro
mam rediit. non tam belli gloria aucta q̄ irritato exacerbato
q; inſe militum odio. Obtinuere tamen patref ut in fabia gē
te conſulatuſ maneret. M. fabium. coſſ. creant. fabio collega.
CN. manliuſ datur. & hic annuſ tribunum auctorem legiſ
agrarie habuit. tatiuſ pontifitiuſ fuit. Jſ eandem uiam uelut
proceſſiſſet. Sp. liciniuſ ingreſſuſ delectum pauliſper impediit
Perturbatuſ iterum patribuſ. ap. clauduſ uictam tribunitiā
poteſtatem dicere priore anno: in preſentia reipſa. exemplo
inperpetuum: quando inuentum ſit. ſinſipſam uiribuſ diſſol
ui: Neq; emm unq̄ defuturum. qui et ex collega uictoriam
ſibi et gratiam meliorispartiſ bono publico uelit queſitam: &
pluref ſi pluribuſ opuſ ſit tribunoſ ad auxilium conſulum
paratoſ fore: et unum uel aduerſuſ omneſ ſatiſ eſſe. daret
modo. coſſ. & primoref patrum operam. ut ſi minuſ omneſ
aliquoſ tamen ex tribunis reipu. ac ſenatui conciliarent. Pre
ceptiſ apij moniti patref. uniuerſi comiter ac benigne tribunoſ
appellare: & conſulareſ. ut cuiq; priuatim aliquid uiriſ aduer
ſuſ ſingulos erant. partim gratia partim auctoritate obtinue
re. ut tribunitie poteſtatiſ uireſ ſalubreſ uellent reipu. eſſe: no
uumq; tribunorum aduerſuſ unum oratorem publici cōmo
di auxilio. delectum conſuleſ habent. Jnde ad uehienſ bellū
profecti quo undiq; ex etruria auxilia conuenerant. non tam
uehientium gratia concitata. q̄ quod in ſpem uentum erat di
ſcordia inteſtina diſſoluu rem romanam poſſe. principeſq; in oī
um etrurie populorum conciliiſ fremebant: eternaſ opeſ eſſe
romanaſ niſi inter ſemetipōſ ſeditionibuſ ſeuant. Jd unum
uenenum eam labem ciuitatibuſ opulentiſ repertam. ut ma
gna imperia mortalia eſſent. diu ſuſtentatum id malum par
tim patrum conſiliiſ partim patientia plebiſ iam ad extrema
uenuſſe. duaſ ciuitateſ ex una factaſ. ſuoſ cuiq; parti magiſtra
tuſ ſuaſ legeſ eſſe. primum in delectibuſ ſeuire ſolitoſ. eoſdem

:- no.

tamen in bello parumſſe ducibuſ. qualicunq; urbiſ ſtatu manẽ
te diſciplina militari ſiſti potuiſſe. iam non parendi magi
ſtratibuſ morem. in caſtra quoq; romanum militem ſequi.
proximo bello in ipſa acie et ipſo certamine. conſenſu exer
cituſ traditam ultro uictoriam. uictiſ equiſ. ſigna deſerta.
imperatorem in acie relictum. in uſſu in caſtra redditum.
profecto ſi inſtetur ſuo milite iunci romam poſſe. nihil ali
ud opuiſſe q̃ indici oſtendiq; bellum. cetera ſua ſponte fac
ta & deoſ geſturoſ. Nec ſpeſ etruſcoſ armauerat multiſ in
uicem caſibuſ uictoſ uictoreſq; conſuleſ quoq; romani ni
hil preterea aliud q̃ ſuaſ iureſ ſua arma horrebant. Memo
ria peſſimi proximo bello exempli terrebantur. ne tem com
mitterent eo ubi due ſimul acieſ timende eſſent. Itaq; caſtiſ
ſe tenebant. tam ancipiti periculo auerſi diem tempuſq; x
forſitam ipſum lenituru iraſ ſanitatemq; animiſ alla
turum. Vehiens hoſtiſ etruſciq; eo magiſ preproperẽ age
re. Laceſſere ad pugnam. primo obequitando caſtriſ x
prouocandoq;. poſtremo ut nihil mouebant. tam. coſſ.
ipſoſ q̃ exercitum increpando ſimulatione inteſtine
diſcordie. remedium tumoriſ inuentum. et conſuleſ non
magiſ confidere q̃ non credere ſuiſ militibuſ. nouum ſedi
tioniſ genuſ ſilentium otiumq; inter armatoſ. Ad hec in
nouitatem generiſ originiſq; tam falſa q̃ uera tacere. hec
cum ſub ipſo uallo portiſq; ſtreperent. haud egre conſules
pati. et imperite multitudiniſ indignatio nunc. nũc pu
dor pectora uerſare. et ab inteſtinis auertere maliſ. nol
le inultoſ hoſteſ. nolle ſucceſſum. non patribuſ non con
ſulibuſ. externa et domeſtica odia certare in animiſ. x
Tandem ſuperant externa. adeo ſuperbe inſolenterq; ho
ſtiſ eludebat. frequenter in pretorium conueniũt. poſcũt
pugnam. poſtulant ut ſignum detur. Conſuleſ uelut x
deliberabundi capita conferunt. diu colloquuntur. pu

gnare cupiebant. Sed retro reuocanda & addenda cupidita⁹
erat. ut auersando remorandoq; incitato semel militi adde/
rent impetum. Redditur responsum ⁊ maturam rem agi. ⁊
nondum tempus pugne esse. castris se tenerent. Edicunt
inde ut abstineant pugna. Si quis in ussu pugnauerit ut
in hostem animaduersuros. Ita dimissis quo minus consu/
lesuelle credunt. crescit ardor pugnandi. Accendunt in/
super hostes ferocius multo, ut statuisse non pugnare cōsu/
les cognitum est. quippe impune se insultaturos non credi
militi arma: rem ad ultimum seditionis erupturam. finē/
q; uenisse romano imperio: his freti occursant portis: inge/
runt probra: egre abstinent quin castra oppugnent. Enim
uero non ultra contumeliam pati romani posse. totis castris
undiq; ad consules curritur. Non tam sensim ut ante per
-cōss. centurionem p̄incipes postulant. sed passim omnes clamo/
ribus agunt. Matura res erat. Terguersatur tamen fabius.
deinde accrescente tumultu. iam metu seditionis, collega
concedente cum silentium classico fecisset. Ego istos cōsul
manu posse uincere scio. uelle ne scirem ipsi fecerunt. Ita cer/
tum atq; decretum est: non dare signum nisi uictores sese re
dituros ex hac pugna iurent. Cos. romanum miles semel
in acie fefellit: deos nunq̄ fallet. Centurio erat. M. flauo/
leius inter primores pugne flagitator. Victor inquit. M.
fabi reuertar ex acie. si fallat iouem patrem. gradiuūq; mar/
tem alios q; iuratus inuocat deos. Idem deinde omnis exerci/
tus in se quisq; iurat. Juratis datur signum. arma capiūt.
eunt in pugnam. uarium specq; plenu. Nunc uibent etru/
scos probra iacere. nunc armatis sibi quisq; lingua prōp/
tum hostem offerri. Omnium illo die, qua plebis. qua pa/
trum eximia uirtus fuit. fabium nomen. fabia gens ma/
xime enituit. Multis cuulibus certaminibus infensos ple/
bis animos illa pugna sibi reconciliare statuunt. Instruit⁹.

aties. Nec uehiens hostis etruscecq: legiones detractant. Prope
certa spes erat non magis secum pugnaturos q̄ pugnauerīt.
cum equus. maius quoq: aliquod in tam irritatis animis et
occasione ancipiti haud desperandum esse faciunt. Res a
liter longe euenit. Nam non alio antebello infestior roma
nus. adeo hinc contumelijs hostes. hinc consules mora exa
cerbauerant. prelium inyt. Vix explicandi ordinis spatiū
etrusci fuit: cum pilis inter primam trepidationem abiec
tis temere magisq̄ emissis pugna iam in manus. iam in gla
dios. ubi mars est atrocissimus uenerat. Inter primores ge
nus fabium, insigne spectaculo exemploq: ciuibus erat. ex
his. Q. fabium tertio hic anno ante consul fuerat. princi
pem inconfertos uehientes euntem ferox iuuenis et armorū
arte tuscus. incautum inter multas uersantem hostium ma
nus gladio per pectus transfigit. Telo exacto precepsq fabius
in uulnus abijt. Sensit utraq: acies unius uiri casum. cede
batq: inde romanus. Cum. M. fabius. cōs. transiluit corpus
iacentis. obiectaq: parma: hoc uirtutis inquit milites. fugi
entes nos in castra redituros? adeo ignauissimos hostes ma
gis timetis q̄ iouem martemq: per quos iurastis? at ego iura
tus aut victor reuertar aut prope te hic. Q. fabi dimicans
cadam. Consuli tum. C. fabius prioris anni consul. uerbis
ne istis fiatis ut pugnent te imperaturum creditis: dijs impe
trabunt. per quos iurauere: et nos ut decet proceres ut fabio
nomine est dignum pugnando potiusq̄ adhortando accē
damus militum animos. sic ut primum infesti hastis pro
uolant duo fabij, totamq: mouerunt secum aciem. pre
lio ex parte una restituto: nihilo segnius in cornu altero.
C. manlius consul pugnam ciebat: ubi prope similis est for
tuna uersata. Nam ut altero in cornu. Q. fabium sic in hoc
ipso. cōs. manlium iam uelut fusos agentem hostes. et impi
gre milites secuti sunt. et ut ille graui uulnere ictus ex acie

Q. fabius.

cessit interfectum rati gradum retulere. cessissentq; loco. m. cos.
alter cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo
aduectus iuuere clamitans collegam se uictorem fuso altero
cornu adesse rem inclinatam sustinuisset. Manlius quoq;
ad restituendam aciem seipsum coram offert. duorum cos.
cognita ora accendunt militum animos simul et rariorem ... uiamor.
ratiam hostium aciem. dum habundante multitudine freti.
subtracta subsidia mittunt ad castra oppugnanda. Inq; t
haud magno certamine impetu facto dum prede magisq; pu
gne memores tererent tempus. triarij romanu qui primam ir
ruptionem sustinere non potuerant. missis ad coss. nuntijs.
quo loco resedisset. conglobati ad pretorium redeunt. et sua
sponte ipsi preluum renouant. et manlius consul reuectus
in castra ad omnes portas milite opposito hostibus uiam clau
serat. ea desperatio tuscis rabiem magisq; audatiam accēdit.
Nam cum incursantes quacunq; exitum ostenderet spes ua
no aliquotiens impetu issent. globus iuuenum unus ipm cos.
insignem armis inuadit. Prima excepta a circunstantibus
tela. sustinuieri deinde uis nequit. consul mortifero uulne
re ictus cadit. fusiq; circa omnes tuscis crescit audatia. ro
manos per tota castra terror trepidos agit. et ad extrema r
uentum foret. ni legati rapto consulis corpore patefecissēt
una porta hostibus uiam. ea erumpunt. consternatoq; agmi
ne abeuntes in uictorem alterum incidunt consulem. sbi r
iterum cesi fusiq; passim. Victoria egregia parta: tristis tamē
duobus tam claris funeribus. Itaq; consul decernente sena
tu triumphum. si exercitus sine imperatore triumphare pos
sit pro eximia belli opera. facile passurum respondit. se fami
lia funesta. Q. fabij fratris morte re.pu. ex parte orba. consule
altero amisso. publico priuatoq; deformem luctu lauream no
acceptarum. Omni acto triumpho depositis triumphus r
clarior fiut. a deo spreta in tempore gloria interdum cumu

latior redit. funera deinde duo collegę & fratris ducit. Idem
in utroq; laudatur: cum concedendo illis suas laudes, ipse
maximam partem earum ferret. Nec īmemor eius quod in
itio consulatus inierat. reconciliandi animos plebis. Sau
cios milites curandos duxit patribus. fabijs plurimi dati
nec alibi maiori cura habiti. inde populares iam esse fabij. i
nec hoc ulla alia re nisi salubri rei pu. parte. Igitur non
patrum magisq; plebis studijs. C. fabius. cum T. uergīnio. i
consul factus. neq; bella neq; delectus. neq; ullam aliam prio
rem curam agere q̄ut iam ut aliqua ex parte inchoata cōcor
dię spe. primo quoq; tempore cum patribus coalescerent ani
mi plebis. Itaq; principio anni censuit priusq̄ quisq̄ agrarie
legis auctor tribunus existeret. occuparent patres suum mu
nus facere. Captiuum agrum plebi q̄ maxime equaliter da
rent. Verum esse habere eos quorum sanguine ac sudore
partus sit. Aspernati patres sunt. questi quoq; quidam nimi
a gloria luxuriare & euanescere īuidum quondam illud
cesonis ingenium. Nulle deinde urbane factiones fuere:
vexabantur incursionibus equorum latini. eo cum exer
citu ceso missus in ipsorum equorum agrum depopulan
dum transit. equi se in oppida recepere. mutuq; se tenebāt.
eo nulla pugna memorabilis fuit. At a uehiente hoste cla
des accepta: temeritate alterius cōs. actum q; de exercitu fo
ret. ni ceso fabius in tempore subsidio uenisset. Ex eo tem
pore neq; pax neq; bellum cum uehientibus fuit: res proxime
in formam latrocinij uenerat. Legionibus romanis cedebāt
in urbem. ubi abductas sensērant legiones agros incursābāt.
bellum quiete: quietem uicem bello eludentes. Ita neq; omit
ti tota res nec perfici poterat. et alia bella aut presentia insta
bant. ab equis uulsisq; non diutius q̄ recens dolor proxime
cladis transiret quiescentibus: aut mox moturos se appar
bat sabinos semper infestos. etruriamq; omnem. Sed uehes

hostis assiduus magisq; grauis contumelijs sepius q̄ periculo agi/
tabat animos. quod nullo tempore negligi poterat: aut auerti
in alios sinebat. Tum fabia gens senatum adijt. consul pro i
ea gente loquitur. Assiduo magis q magno presidio ut scitis
.p. c^m bellum uehiens egerit. Vos alia bella curate. fabios hostes
uehientibus date. auctores sumus tutam ibi maiestatem ro/
mani nominis fore. Nostrum id nobis uelut familiare bellū
priuato sumptu gerere in animo est. Res pu-illice et militi
et pecunia uacet. Gratie ingentes acte. cos. e curia egressus co
mitante fabiorum agmine. qui in uestibulo curie. S.c^tūi. ex/
pectantes steterant domum redijt. Jussi armati postero die
ad limen consulis adesse. domos inde discedunt. Manat to
ta urbe rumor: fabios ad celum laudibo ferunt. familiā unā
subisse ciuitatis onus. Vehiens bellum in priuatam curā in/
priuata arma uersum. Si sint due roboris eiusdem gentes
in urbe deposcant he uiri sibi: ille equos. populor. trans
quillam pacem agente. omnes finitimos subigi populos pos
se. fabij postera die arma capiunt. quo uisi erant cōueniūt.
Consul paludatus egrediens in uestibulo gentem omnem
suam instructo agmine uidet. Acceptus in medio m signa
ferri iubet. Nunq̄ exercitus neq; minor numero neq; cla
rior fama & admiratione hominum per urbem incessit.
Sex et trecenti milites omnes patritij. omnes unius gentis:
quorum neminem ducem sperneret: egregius quibuslibet
temporibus senatus. Jbant unius familie uiri uehienti po
pulo pestem minantes. Sequebatur turba propria: alia co
gnatorum sodaliumq;. nihil medium nec spem nec curam
sed īmensa omnia uoluentium animo. alia publica solici
tudine excitata. fauore & admiratione stupens: ire for
tes. ire felices iubet. Jnceptis euentus pares reddere. consu
latus inde ac triumphos. omnia premia ab se omnes ho
nores sperare. pretereuntibus capitolium arcemq; et alia

templa quicquid animo occurrit precantur: ut illud agmē
faustum atq: felix mittant. hospites breui in patriam ad pa
rentes restituant. In cassum misse preces. Infelici ma a dex
tro iano porte carmentalis profecti ad cremeram fluuium
peruenunt. Is opportunus ruinis locus cōmuniendo presidio
L. emilius inde &. C. seruilius cos. facti. & donec nihil alu
ud q̄ in populationibus restitut. non ad presidium modo tu
tandum fabij satisfecerant. sed tota regione qua tuscus ager
romano adiacet sua tuta omnia infesta hostium uagantes
per utrumq: finem fecere. Interuallum deinde haud magnū
populationibus fuit. dum et uehientes accito exercitu ex etru
ria presidium cremere oppugnant: et romane legiones ab
L. emilio. cos. adducte cominus cum etruscis dimicant acie:
quanq̄ rux dirigendi aciem spatium uehientibus fuit. adeo
inter primam trepidationem. dum post signa ordines intrce
unt. subsidiaq: locant. nuecta subito a latere romana equitū
ala, non pugne modo incipiende. sed consistendi ademit lo
cum. Ita fusi retro ad saxa rubra, ubi castra habebant. pacem
supplices petunt. Cuius impetrate ab insita animis leuitate. ante
deductum cremera romanum presidium penitut. Rursus i
cum fabijs erat uehienti populo sine ullo maioris belli appara
tu certamen. Nec erant incursiones modo magros aut subiti
impetus incursantium. sed aliquotiens equo campo collatis
q: signis certatum. Gensq: una populi r. sepe ex opulentissima
ut tum referant etrusca ciuitate uictoriam tulit. Id primo
acerbum indignum q: uehientibus est uisum. inde consiliū
ex re natum insidijs ferocem hostem captandi. gaudere etiā
multo successu fabijs audatiam crescere. Itaq: & pecora pre
dantibus aliquotiens uelut casu incidissent obuiam acta:
et agrestium fuga uasti relicti agri. & subsidia armatorū
ad arcendas populationes missa. sepius simulato q̄uero pa
uore refugerunt. Iamq: fabij adeo contempserant hostem

ut sua inuicta arma neq: loco neq: tempore ullo crederent sus
stineri posse. hec spes proue~ ut ad conspecta procul acreme
ta magno campi interuallo pecora: quanq~ rara hostium appa
rebant arma decurrerent. & cum improuisi effuso cursu insi
dias circa ipsum iter locatas superassent palatiq: passim naga
ut fit pauore iniecto raperent pecora. subito ex insidijs consur
gitur. et aduersi & undiq: hostes erant. Primo clamor circun
latus exterruit: deinde tela ab omni parte accedebant. Coeu
tibusq: etruscis iam continenti agmine armatorum cepti. quo
magis se hostis inferebat. cogebantur breuiore spatio & ipsi orte~
colligere. Que res paucitatem eorum insignem, et multitudi
nem etruscorum multiplicatis in arcto ordinibus faciebat. Tu~
omni omissa pugna quam in omnes partes parem intenderent.
in unu~ se locum omnes inclinant. eo nixi corporibus armisq: ru
pere cuneo uiam. duxit uia in editum leuiter collem. Inde pri
mo restitere: mox ut respirandi superior locus spatium dedit.
recipiendiq: a pauore tanto animu~. pepulere etiam subeuntes.
Vincebatq: auxilio loci paucitas. nam ego circumissus uehiens
in uerticem collis euasisset. Ita superior rursus hostis factus. fa
bij cesi ad unum omnes. presidium q: expugnatum. trecentos
sex pisse satis conuenit. Vnum prope puberem etate relictu~. stir
pem genti fabie dubijsq: rebus populus. sepe domi belliq: uel ma
ximum futurum auxilium. Cum hec accepta clade esset iam
C. horatius. & L. menenius. coss. erant. Menenius aduersus e
truscos uictoria elatos confestim misit. Tum quicq: male pu
gnatum. et iam iniculum hostes occupauere. Obsessaq: urbs foret.
super bellum annona premente. transierant enim etrusci tiberi~:
ni horatius cos. ex uulscis esset reuocatus. adeo id bellum ipsis
instituit menibus: ut primo pugnatum aspere sit equo mane.
Iterum ad portam collinam. Ibi q~q~ paruo momento superior
romana res fuit. meliorem tamen militem recepto pristino ani
mo in futura prelia id certamen fecit. Aurginius. & p. seruili?

.fabij occisi. cccvi.

.A. aurginius.
.P. seruilius :>

.cōſſ.fiuīt. Poſt acceptam proxime pugne cladem uehientes
abſtinuere acie. populationes erant. & uelut ab arce ianiculi
paſſim in romanum agrum impetus dabant. Non uſq; pecora tuta. non agreſtes erant. Capti deinde eadem arte ſunt
qua ceperant fabios. Secuti dedita opera paſſim ad illecebras
propulſa pecora precipitauere in inſidias. quo plures erant i
maior cedes fiuit. Ex hac clade atrox ira maioris cladis cau
ſa atq; initium fuit. Trauecto enim nocte tiberi. caſtra ſeruilij. cōſ. adorti ſunt oppugnare. Inde fuſi magna cede. in i
ianiculum ſe egre recepere. Confeſtim conſul et ipſe tranſit
tiberim. caſtra ſub ianiculo cōmunit. Poſtero die luce orta
non nihil et heſterna felicitate pugne ferox magis tamen īo
pia frumenti q̄ ui, precipitia dum celeriora eſſent agebat cō
ſilia: temere aduerſo ianiculo ad caſtra hoſtium aciem erexit.
feduſq; inde pulſus q̄ pridie pepulerat. interuentu collegę
ipſe exercituſq; eſt ſeruatus. Inter duas acies etruſci cum ī
uicem his atq; illis terga darent. occidione occiſi. Ita oppreſſū
temeritate felici uehiens bellum: urbi cum pace laxior etiam
annona rediit. & aduecto ex campania frumento. et poſtq̄n
timor ſibi cuiq; fiuture inopie abiit, eo quod abditum fuerat
prolato. Ex copia deinde otioq; laſciuire rurſus animi. et i
priſtina mala poſtq̄ foris deerant. domi querere. Tribuni
plebem agitare ſuo ueneno. agraria legę in reſiſtentes incitare patres: nec in uniuerſos modo. ſed in ſingulos. Q. cōſi
duus. &c. genutius auctores agrarie legis. C. menenio diem
dicunt. Iniudie erat amiſſum ciuemere preſidiū. cum haud
procul inde ſtatua conſul haburſſet. eum oppreſſere. cum
et patres haud minus q̄ pro coriolano annixi eſſent. et patris
agrippe fauor haud dudum exoleuiſſet. in mulcta tempe
rarunt. Tribuni cum capitis anquiſiſſent. duo milia eris
damnato, mulctam indixerunt. ea in caput uertit. negāt
tuliſſe ignominiam egritudinemq; inde morbo abſūptū

C. menenius.

esse. Alius deinde reuc. Sp. seruilius ut consul latu abijt. C. nautio.
& P. ualerio. coss. initio statim anni ab. L. seditio &. C. statio tri
bunis die dicta non ut menenius precibus suis aut patrum.
sed cum multa fiducia innocentie gratieq; tribunitios impet⁹
tulit. et hunc pelium ad ianiculum cum tuscis erat crimini.
Sed feruidi animi iuu. ut in publico periculo ante. sic tum in
suo, non tribunos modo, sed plebem oratione feroci refutando
exprobandoq;. C. menenij damnationem mortemq; ciuius pa
tris munere restituta quondam plebs. eos ipsos quibus tum
seruiret magistratus. eas leges haberet. periculum audacia di
scussit. Juuit & iurginius collega testis productus participā
do laudes. Magis tamen meneianum adeo mutauerant.
animum, prosunt uicinia. certamina domi finita. Vehiens
bellum exortum quibus sabini arma cōiunxerant. P. ualerius.
coss. accitus latinorum hernicorumq; auxilijs. cum exercitu i
uehios missus. castra sabina que pro menibus sotiorum lo
cata erant confestim aggreditur. tantamq; trepidationem
iniecit. ut dum dispersi alij, alij manipulatim excurrunt. ad
arcendam hostium uim, ea porta cui signum primum intule
rat caperetur. intra uallum deinde cedes q̄ pelium magis pre
Tumultus e castris & in urbem penetrat, tanq̄ uehios pene captos.
Ita paucis uehientes ad arma currunt. pars sabinis eunt subsi
dio. pars romanos toto impetu intentos in castra adoriunt.
paulisper aduersi turbati q; sunt. deinde et ipsi utroq; uer
sis signis resistunt. & eques a consule immissus tuscos fundit
fugatq;. Eadem hora duo exercitus due potentissime gen
tes & maxime finitime superate sunt. Dum hec ad uehios
geruntur. uulsci equiq; in latino agro posuerant castra. po
pulatiq; fines erant. eos per se ipsi latini assumpti hernicis
sine romano aut duce aut auxilio castris exuerunt. Ingen
ti preda preter suas recuperatas respoti sunt. missus tamen a
roma consul in uulscos. C. nautius. Mos credo non placebat

.Sp. seruilius.

.P. ualerius.

sine romano duce exercituq: sortios proprijs uiribus consilijsq:
bella gerere. Nullum genus calamitatis contumelieq: non edi
tum in uulsos est. nec tamen perpeti potuere ut acie dimicaret.
L. furius. C. manlius. Lutius furius inde &c. manlius. cos. Manlio uehementes prouin
cia euenit. non tamen bellatum. Inducie in annos. xl. peten
tibus date: frumento stipendioq: imperato. Paci externe con
festim continuatur discordia domi. Agrarie legis tribunitijs
stimulis plebs furebat. Consules nihil meneni damnatione
nihil seruili periculo deterriti ssima uires istunt. Abeuntes i
magistratu. cos. gemitius. tr. pl. arripuit. l. emilius. & oppi
uirginius consulatum meunt. Opus cum ullium prouirgi
nio in quibusdam annalibus consulem inuenio. hoc anno
quoscunq; consules habuit resp. populum furius & manli
circumeunt. Sordidatiq; non plebem magisq; iuniores patriū
suadent: monent honoribus et administrationibus reipu. ab
stineant. consulares uero fasces: pretextam: curulemq; sellam:
nihil aliud q̄ pompam funeris putent. claris insignibus uelut
infulis uelatos ad mortem destinari: quod si consulatus tāta
dulcedo sit, iam nunc ita in animū inducant consulatū cap
tum et oppressum a tribunitia potestate esse. Consuli uelut ap
paritori tribunitio, omnia ad nutum imperiumq; tribuni
agenda esse. Si se cōmouerint, si respexerint patres. si aliud q̄
plebem esse in repu. crediderint. exilium. CN. martij Mene
nij damnationem & mortem sibi proponant ante oculos. i
his accensi uocibus patres, consilia inde non publica sed in
priuato seducta q: apluribus conscientia habere. Vbi cum
id modo constaret iure an iniuria eripiendos esse reos. atro
cissima quoq: maxime placebat sententia. nec auctor q̄ius
audaci facinori deerat. Igitur iudicij die cum plebs in foro e
recta spectatione staret. mirari primo quod non descenderet
tribunus. deinde cum iam mora suspecta fieret. deterri,
tum a primoribus credere & desertam ac proditam causā

publicam queri. Tandem qui obuersati uestibulo tribuni fue
rant. nuntiant domi mortuum esse inuentum. Quod ubi in
totam concionem protulit rumor. sicut acies funditur duce
occiso. ita dilapsi passim alij alio. precipuus pauor tribunos in
uaserat: q̃ nihil auxilij sacrate leges haberent: college morte i
monitos. Nec patres satis moderate ferre leticiam: adeoq; ue
minem noxe penitebat, ut etiam sontes fecisse uideri uellent.
palamq; ferrent malo domandam tribunitiam potestatem
Sub hac pessimi exempli uictoria delectus edicitur. pauẽ
tibusq; tribunis sine intercessione ulla consules rem peragũt.
tum uero trasci plebs tribunorum magis silentio q̃ consulũ
imperio: et dicere actum esse de libertate sua: rursus ad an
tiqua reditum. Cum genucio una mortuam ac sepultam
tribunitiam potestatem. aliud agendum ac cogitandum
quomodo resistant patribus. Id autem unum consiliũ esse.
ut seipsa plebs quando nihil aliud auxilij habeat defendat.
quatuor et uiginti lictores apparere consulibus. & eos ipsos
plebis homines. nihil contemptius neq; infirmius si sint qui
contemnant. sibi quenq; ea magna atq; horrenda facere. Hi
His uocibus alii alios cum incitassent ad publium uoleronẽ
de plebe hominem quia quod ordines duxisset negaret se mi
litem fieri debere. lictor missus est a consulibus. Volero ap
pellat tribunos. cum auxilio nemo esset. consules spoliari
hominem et iurgas expediri iubent. prouoco inquit ad po
pulum uolero quoniam tribum cuiem.r. in conspectu suo
uirgis cedi malunt. q̃ ipsi in lecto suo a uobis trucidari. &
ferotius clamitabat. eo infestius circumscindere et spoliare
lictor. Tum uolero & prepotens ipse: & aduocantibus ad
uocatus: repulso lictore ubi indignantium pro se acerrimus
erat clamor. eo se in turbam confertissimam recipit. clami
tans prouoco et fidem plebis imploro. adeste ciues. adeste cõ
militones. nihil est quod expectetis tribunos. quibus ipsis

P. uolero.

uestro auxilio opus est. Concitati homines uidui ad prelium
se expediunt. apparebatq; omne discrimen adesse. nihil cuiq̃
sanctum. non publici fore. non priuati iuris. huic tante
tempestati cum seconsules obtulissent facile experti sunt
parum tutam maiestatem sine uiribus esse. Violatis lictori
bus, fascibus fractis, e foro in curiam compelluntur. incerti
quatenus uolero exerceret uictoriam. Conuascente deinde
tumultu, cum senatum uocari uississent queruntur iniu
rias suas. uim plebis. uoleronis audaciam. multis ferociter
dictis sententciis. uicere seniores: quibus ira patrum aduer
sus temeritatem plebis certari non placuit. Voleronem am
plexa fauore plebs proximis comitiis tribunũ plebis creat.
in eum annum qui. L. pinarium. P. furium. coss. habuit. cõ.
traq; omniũ opinionem qui eum uix uexandis prioris ãni
consulibus pertinacissime administraturum tribunatum
credebant. post publicam causam priuato dolore habito
ne uerbo quidem uiolatis consulibus rogationem tulit ad
pplũm ut plebei magistratus tribunitiis comitiis fierent. t
haud parua res sub titulo prima specie minime atroci fere
batur: sed que patritius omnem potestatem per clientium
suffragia creandi quos uellent tribunos auferret. huic acti
oni gratissime plebi cum summa ui resisterent patres. nec que
una uis ad resistendum erat. ut intercederet aliquis ex colle
gio auctoritate aut consulum aut principum adduci pos
set. res tamen sine ipsa molimine grauis certaminibus in
annũ extrahitur. Plebs uoleronem tribunũ reficit. patres
ad ultimum dimicationis tam remuenturam. a. p. claudiũ
iam inde a paternis certaminibus inuisum infestumq; .i
Plebi consulem fatiunt. Collega ei. T. quintius datur. Pri
cipio statim anni nihil prius q̃ de lege agebatur. Sed ut
inuentor legis uolero. sic letorius collega eius auctor: tum
recentior, tum atrocior erat. ferocem faciebat belli gloria in

L. pinarius
P. furius

A. p. claudius

§ No.

genſ. quod etatiſ eiuſ haud quiſq; manu promptior erat.
Jſ cum uolero nihil preterq; de lege loqueretur in ſectatione
abſtinentiſ conſulum. Jpſe in accuſationem appij familieq;
ſuperbiſſime ac crudeliſſime in plebem romanam exorſus.
cum a patribuſ non conſulem ſed carnificem ad lacerandā
et uexandam plebem creatum eſſe contenderet. rudiſ in mi
litari homine lingua non ſuppetebat libertati animoq;. Jtaq;
deficiente oratione. Quando quidem non facile loquor inquit
q̄ quiritef: q̄u quod locutuſ ſum peto craſtino die adeſte. ego
hic in conſpectu ueſtro moriar. aut perferam legem. Occu
pant tribuni templum poſtera die. conſulef nobilitaſq; ad i
pediendam legem in contione conſiſtunt. Summoueri lictoriuſ
iubet. preterq; qui ſuffragium ineant. adoleſcentef nobileſ ſta
bant nihil cedentef iuatoribuſ. tum ex his prendi quoſdam
lictoriuſ iubet. Conſul appiuſ negare iuſ eſſe tribuno in quenq;
niſi in plebeiū. non enim populi ſed plebiſ eum magiſtratū eſſe.
nec illum ipſum ſubmouere pro imperio poſſe. more maiorum
quia ita dicatur. ſi uobiſ uidetur diſcedite quiritef. facile &
contemptum de iure diſſerendo perturbare lictorium poterat.
Ardenſ igitur ira tribunuſ iuatorem mittit ad conſulem. cō
ſul lictorem ad tribunū priuatum eſſe clamitans ſine ipe
rio ſine magiſtratu. Violatuſq; eſſet tribunuſ ni et contio oīs
atrox cohorta pro tribuno in conſulem eſſet. & concurſuſ ho
minū in forum ex tota urbe concitate multitudiniſ fieret. I
Suſtinebat tamen appiuſ pertinatia tantam tempeſtatem
certatumq; haud in cruento prelio foret. ni quintiuſ cos. al
ter conſularibuſ negotio dato. ut collegam ui ſi aliter nō poſ
ſent de foro abducerent. Ipſe nunc plebem ſeuientem precibo
leniſſet. nunc oraſſet tribunoſ ut concilium dimitterent. da
rent ire ſpatium. non uim ſuam illiſ tempuſ adempturum.
ſed conſilium uiribuſ additurum: et patref in populi: & cō
ſulem in patrum fore poteſtate. Egre ſedata a quintio plebs

multo egriuſ conſul alter a patribuſ. dimiſſo tandem concilio
plebiſ ſenatum conſuleſ habent. Vbi cum timor atq; ira ui
cem ſententiaſ uariaſſent. quo magiſ ſpatio interpoſito ab ipe
tu ad conſultandum anocabantur. eo pluſ abhorrebant a cer
tatione animi a deo ut quintio gratiaſ agerent. quod emſo
pera mitigata diſcordia eſſet. ab appio petitur ut tantam con
ſularem maieſtatem eſſe uellet: quanta eſſe in concordi ci
uitate poſſet. Dum tribum conſuleſq; ad ſe quiſq; omnia
trahant. nihil rehctum eſſe utrum. in medio diſtractam
laceratamq; rem pu. magiſ quorum in manu ſit. q̄ ut mco
lumiſ ſit queri. Appiuſ contra teſtari deoſ atq; homineſ
rem pu. prodi per metum ac deſeri. non conſulem ſenatu: ſed
ſenatum conſuli deeſſe. grauioreſ accipi legeſ q̄ in ſacro mōte
acceptę ſunt. Victuſ tamen conſenſu patrum quieuit. Lex
ſilentio profertur. Tum primū tribunitijſ comitijſ creati tri
buni ſunt. numero etiam addito. treſ perinde ac duo antea
fuerint. Pilō auctor eſt nominat quoq; tribunoſ. CN. ſitiū.
L. numitorium. M. duellium. Sp. ilicium. L. melitiū. Vul
ſcium inter ſeditionem romanam eſt bellum coortū. uaſtaue
runt agroſ ut ſi qua ſeceſſio plebiſ fieret. ad ſe receptum habere.
Compoſitiſ deinde rebuſ caſtra retro moueuere. Appiuſ clau
diuſ in uulſcoſ miſſuſ. quintio equu prouincia euenit. Eadem
in militia ſeuitia appij que domi eſſe eo liberior quod ſine tri
bunitijſ uinculiſ erat. oduſſe plebem pluſ q̄ paterno odio quod
ſe uictum ab ea uidebat ſe unico conſule electo aduerſuſ i
tribunitiam poteſtatem perlatam legem eſſe. quam minore
conatu: nequaq̄ tanta patrum ſpe priores impediuerunt con
ſuleſ. hec ira indignatioq; ferocem animū ad uexandum ſe
uo imperio exercitum ſtimulabat. nec ulla ui domari poterat:
tantum certamen animiſ imbiberat. ſegniter otioſe negligen
ter contumaciter omnia agere. nec pudor nec metuſ coherce
bat. Si citiuſ agi uellet agmen tardiuſ ſedulo incedere. ſi ad

Appius.

hortator operis adesset. omnem sua sponte motam remittere in
clustriam. presenti multus dimittere. tacite pretereuntem exe
crari. ut inuectus ille ocio plebeio animus interdum moueretur. omni ne quicq̃ acerbitate prõpta. nihil iam cũ militibus mõta
agere. a centurionibus corruptum exercitum dicere. Tribunos
plebis cauillans interdum & uoleronem uocare. Nihil eorum
uulsci neciebant. instabantq: eo magis sperantes id certamen
animorum aduersus appium habiturum exercitum roma
num quod aduersus fabium. cos. habuisset. Ceterum multo
appio q̃ fabio uolentior fiut. Non enim uincere tantum no
luit ut fabianus exercitus. sed uinci uoluit. Productus in aci
em turpi fuga petit castra: nec ante restitit q̃ signa inferentem
uulscum munimentis uidit. fedamq: extremi agminis cedẽ.
Tum expressa uis ad pugnandum ut uictoriam a uallo submo
ueretur hostis. Satis tamen apparet capi tantum castra militẽ
romanum noluisse. alij gaudere sua clade atq: ignominia.
Quibus nihil infractus ferox appij animus cum insuper seu
reuellet. concionemq: aduocaret. concurrunt ad eum legati
tribunique monentes. ne utiq: experiri uellet imperium: cuius
uis omnis in consensu obedientium esset. negare uulgo milites
se ad concionem ituros. passimq: exaudiri uoces postulantium
ut castra ex uulsco agro moueantur. hostem uictorem paulo
ante prope in portis a uallo fuisse: ingentisq: mali non suspitio
nem modo sed apertam speciem obuersari ante oculos. Victus
tandem quando quidem nihil preter tempus noxe lucrarentur
remissa concione uter in sequentem diem pronũciari cum iussisset.
prima luce classico signum profectionis dedit. Cum maxime
agmen castris explicaretur. uulsci ut eodem signo excitati nouis
simos adoriuntur. A quibus perlatus ad primos tumultus eo
pauore signaq: & ordines turbauit. ut neq: imperia exaudiri
neq: instrui acies posset: nemo ulluus nisi fuge memor. Ita effuso
agmine per stragem corporum armorumq: euasere ut prius hostis

61

desisteret sequiq; romanus fugere. Tandem collectus ex dissipa
to cursu militibus. consul cum reuocando ne quicq; suos per
secutus esset. inpacato agro castra posuit. aduocataq; conci
one iniectus haud falso in proditorem exercituum milita
ris discipline. desertorem signorum. ubi signa: ubi arma
essent singulos rogitans. mermes militet signo amisso signi
feros ad hoc centuriones duplicariosq; qui reliquerant or
dines iurgis cesos securi percussit. Cetera multitudo sorte
decimus quisq; ad supplicium lecti. Contra ea in equis iter
consulem ac militem, comitate ac benefitijs certatum est: &
natura quintius erat lenior & infelix seuitia college quo is
magis gauderet ingenio suo effecerat. huic tante concordie
ducis exercituisq; non ausi efferre se equi: uagari pabulabū
dum hostem per agros passi: nec ullo ante bello latius inde
acte prede. Omnis militi data est addebantur et laudes qui
bus haud minus q̄ premio gaudent militum animi. tum du
ci tum propter ducem patribus quoq; placatior exercitus redit:
sibi parentem alteri exercitui dominum datum a senatu me
morans. Varia fortuna belli: atroci discordia domi forisq; an
num exactum insignem maxime comitia tribunitia efficiūt.
res maior victoria suscepti certaminis q̄ usu. plusem̄ dignita
tis comitijs ipsis detractum est patribus ex concilio submouen
do quirium aut plebi additum est aut ademptum patribus.
Turbulentior inde annus excepit. L. valerio. T. emilio. coss. tū
propter certamina ordinum de lege agraria: tum propter iu
dicium appij claudij. Cui acerrimo aduersario legis causam
q; possessorum publici agri tanq̄ tercio consuli sustinenti. M. du
ellius. &. CN. sirtius diem dixere. Nunq̄ ante tam inuisus ple
bi reus ad iudicium populi uocatus est: plenus suarum plenus
paternarum uarum. Patres quoq; non temere pro illo eque
annuisi sunt: propugnatorem senatus maiestatisq; uindicem
siue ad omnes tribunitios plebeiosq; oppositum tumultus

modum duntaxat in certamine egressum urbe obici plebi. Vnus e patribus ipse ap. claudius & tribunos & plebem et suum uadituū pro nihilo habebat. Illum non mine plebis non senatus preces perpelle unq̄ potuere. non modo ut uestem mutaret: aut supplex prensare homines: sed ne ut ex consueta quidem asperitate orationis cum ad populum agenda causa esset aliquid leniret atq; submitteret. Idem habitus oris eadem contumacia in uultu. idem in oratione spiritus erat. adeo ut magna pars plebis appium non minus reum timeret & q̄ consulem timuerat. Semel causam dixit quo semper omnia agere solitus erat accusatorio spiritu. adeoq; cōstantia sua & tribunos obstupefecit & plebem. ut diem ipsi sua uoluntate producerent. trahi deinde rem sinerent. haud ita multum interim temporis fuit. ante tamen q̄ prodicta dies ueniret morbo moritur. Cuius collaudationem cum tribuni plebis impedire conarentur: plebs fraudari sollemni honore su premum diem tanti uiri noluit. & laudationem tam equus auribus mortui audiit q̄ uiui accusationem audierat: et exequias frequens celebrauit. Eodem anno ualerius cōss. cum exercitu in equos profectus. cum hostem ad preliū elicere non posset castra oppugnare est adortus. Prohibuit feda tēpestas cum grandine ac tonitribus celo delecta admirationē deinde auxit. signo receptui dato tranquilla serenitas data: ut uelut numine aliquo defensa castra oppugnare utrum religio fuerit. Omissa belli ad populationem agri uertit. Alter consul emilius in sabinis bellum gessit. & ibi quia hostis menibus se tenebat uastati agri sunt. Incendit deinde non ullarum modo sed etiam uicorum quibus frequenter habitabatur. Sabini excitis cum predatoribus occurrissent anci piti bello digressi. postero die retulere castra in tutiora loca. Id satis consulti usum cum pro uicto relinqueret hostem: integro inde decedens bello. Inter hec bella manente discordia domi. cōss. Numitius. priscus. A. uirginius tacti. Non ult.

Ap. claudius.

uidebatur latura plebs dilationem agrarie legis. Vltimaq;
uis parabatur. Cum uulscos adesse fumo excitendis sullaq;
fugaq; agrestium cognitum est. Ea res maturam iam seditio
nem ac prope erumpentem repressit. Consules coacto ex tri plo
a senatu ad bellum educta ex urbe iuuentute tranquilliore
ceteram plebem fecerunt: & hostes quidem nihil aliud q̄per
fusis uano timore romanis citato agmine abeunt. Numiti?
antium aduersus uulscos. Virginius contra equos profectus.
Ibi ex insidijs prope magna accepta clade uirtus militum rem
prolapsam negligentia consulis restituit. Meluis in uulsciis pa
ratum est. fusi primo prelio hostes. fugaq; in urbem antium
ut tum res erat opulentissimam urbem acti: quam consul op
pugnare non ausus cenonem aliud oppidum nequaq̄ tam opu
lentum ab antiatibꝫ cepit. Dum equi uulsciq; romanos exerci
tus tenent sabini usq; ad portas urbis populantes accessere. deinde
ipsi paucis post diebus ad uobus exercitibus utroq; per tram con
sule ingresso in fines plus cladium q̄ intulerant acceperunt. Ex
tremo anni pacis aliquid fuit. Sed ut semper alias solicite pa
cis certamine patrum & plebis. Irata plebs interesse consulari
bus comitijs noluit. Per patres clientesq; patrum coss. creati
sunt. P. quintius. Q. seruilius. Similem annū priori coss. ha
bent. seditiosa initia. bello deinde externo tranquilla. Sabini
crustuminos campos citato agmine transgressi. cum cedes et
incendia circum anienem flumen fecissent a porta prope colli
na menubus q; pulsi ingentes tamen predas hominū pecorūq;
egere. Quos seruilius. cos. infesto exercitu insecutus ipsum qui
dem agmen adipisci equis locis non potuit. populationem a
deo effuse fecit. ut nihil bello intactum relinqueret: multipli
q; capta preda rediret. Et in uulscis res pu egregie gesta:
tum ducis tum militum opera. Primū equo campo signis col
latis. pugnatum ingenti cede utrinq; plurimo sanguine
et romani, qua paucitas dāno sentiendo propior erat. ora

dum retulissent. m salubri mendacio consul fugere hostes a cornu
alteo clamitans concitasset aciem. impetu facto dum se putant
uinci uicere. Consul metuens ne nimis instando renouaret certame.
signum receptui dedit. Intercessere pauci dies uelut tacitis indu-
is utrinq: quete sumpta: per quos ingens uis hominu ex omnib
uulsis equisq: populis in castra uenit. haud dubitans si sense
rint romanos nocte abituros Itaq: tertia fere uigilia ad castra
oppugnanda ueniunt. Quintius sedato tumultu quem terror
subitus excuerat: cum manere intentos iussisset quietum militē mis-
sisset. hernicorum cohortem in stationem eduxit. Cornicines
tibicinesq: in equis positos canere ante uallum iubet: solicitūq:
hostem ad lucem tenere, reliquū noctis adeo tranquilla omia
in castris fuere; ut somni quoq: romanis copia esset. Vulsco ispe
cies armatorum pedutum. quos & plures esse & romanos putabāt.
fremitus hinnitusq: equoꝝ. qui & insueto equite insidente &
insuper aures agitante sonitu terrebant. intentos iubet ad hosti
um impetum tenuit. Vbi illuxit romanus integer satiatusq:
somno productus in aciem. fessum stando et uigilijs multum
primo impetu perculit. quanqm cessere magis q̄ pulsi hostes sunt.
quia a tergo erant clusi in quos post principia integris ordinibus
tutius receptus fuit. Consul ubi ad iniquum locum uentum est.
sistit aciem. milites egre teneri. clamare & poscere ut perculsis ista
re liceat. ferocius agunt equites. circumfusi ducu nitebantur se an
te signa ituros. dum cunctatur consul uirtute militum fretus.
loco parum fidens. conclamant se ituros. clamorem q: re est secu
ta. fixis in terram pilis quo leuiores arcua cuaderent cursu sube
unt. Vulsci effusi ad primum impetum missilibus telis. saxa ab
iacentia pedibus ingerit in subeuntes. turbatosq: ictibus crebris
urgent ex superiore loco. Sic prope oneratum est sinistrum roma
nis cornu: in referentibus iam gradum consul increpando simul
temeritatem simul ignauiam pudore metum excussisset. Resti
tere primo obstinatis animis. deinde ut obtinentes locum uires

ferebant. Audent ultro gradum inferre & clamore renouato
commouent aciem. Tum rursus impetu facto eruntur atq; ex-
uperant iniquitatem loci. Iam prope erat ut in summũ cliui iugũ
euaderent. cum terga hostes dedere. effusoq; cursu, pene agmine
uno fugientes sequentesq; castris incidere. Ineo pauore castra
capiuntur capiuntur. Qui uulscorum effugere potuerunt antium petũt.
Antiũ & romanus exercitus ductus, paucos circũsessum dies
deditur; nulla oppugnantium noua ui: sed quod iam inde ab
infelici pugna castrisq; amissis ceciderant animi.

EXPLICIT. LIBER. SECVNDVS: INCIPIT. LIBER. TERTIVS.

capitur antiũ

T. amelius
Q. fabius

ANTIO. CAPTO. T. AMELIVS. ET. Q. FABIVS.
cõsl. fiunt. hic erat fabius. quintius. qui unus ex
tinctis ad cremeram genti superfuerat. Iam priore
consulatu ameluis dandi agri plebi fuerat auctor.
Itaq; secundo quoq; consulatu eius et agrarii se in spem legis erec
xerant. & tribuni rem contra consules sepe tentatam adiutore
utiq; consule obtinere posse rati suscipiunt. & consul manebat
in sententia sua. Possessores & magna pars patrum tribunitijs
se iactare actionibus. principes ciuitatis et largiendo de alie-
no popularem fieri querentes totius inuidiam rei. a tribunis
in consulem auerterant. atrox certamen aderat. ni fabius cõ
silio neutri patri acerbo rem expedisset. L. quintij ductu
& auspitio agri capti priore anno aliquantum antiatis esse.
antium propinquam oportunam & in aritimam urbem colo
niam deduci posse. Ita sine querelis possessorum plebem magis
turam. ciuitatem in concordia fore. hec sententia accepta est.
trium uiros agro dando creant. Ti. quintium. A. uirginiũ.
P. furium. Iussi nomina dare qui agrum accipere uellent. fe-

cit statim ut fit fastidium copia: adeoq; pauci nomina dedere ut
ad explendum numerum colonis iussi adderentur. Cetera mul-
titudo poscere rome agrum malleq; alibi accipere. equi a. Q.
fabio. is enim eo cum exercitu uenerat. pacem petere. irritam
q; eam ipsi subita incursione in agrum latinū fecere. Quitus
seruilius in sequenti anno. is enim cum. Sp. postumio cōsule fuit
in equos missus in latino agro statiua habuit castra. Quies ne-
cessaria morbo implicitum exercitum tenuit. Extractum in
tertiū annum bellum est. Q. fabio &ti. quintio. coss. fabio ex
tra ordinem quia is auctor pacem equis dederat. ea prouīcia
data. qui haud dubia spe profectus famam nominis sui paca
turam equos. legatos in concilium gentis missis nunciare
iussit. Q. fabiū consulem dicere se exequisse pacem romā tulisse.
ab roma equis bellum afferre. eadem dextera armata quā paca
tam illis ante dederat. quorum id perfidia et periurio fiat. deos
nunc testes esse mox fore ultores. Se tamen ut cunq; sit etiam
nūc penitere sua sponte equos. q̄ pati hostilia malle. Si penitear
tutum ad receptum expertam clementiam fore. si periurio
gaudeant. dijs magistratis q̄ hostibus gesturos bellum. hec di-
cta adeo nihil mouēr quenq̄ ut legati prope uiolati sint. ex
ercitusq; in algidum aduersus romanos missus. Que ubi ro
me sunt nunciata mdignitas rei magisq̄ periculum consu-
lem alterum ab urbe exeunt. Ita duo consulares exercitus
ad hostem accessere acie instructa ut confestim dimicaret.
Sed cum forte haud multum diei superesset. unus astantiū
hostium exclamat. ostentare hoc enim romani non gerere
bellum est. in noctem iminentem aciem instruitis. longio
re luce ad id certamen quod instat nobis opus est. Crasti
no die oriente sole redite in aciem erit copia pugnandi.
ne timete. his uocibus irritatus miles in diem posterum i
castra reducitur. longuam uenire noctem ratus que morā
certamini faceret. Tum quidem corpora cibo somnoq; cu

rant. Vbi illuxit posterο die prior aliquanto constitit romana
acies. tandem & equi processere. prelium fiunt utrinq; uehemes
gister equitum suos equites ducit in utroq: agmine. quas tem
pus ipsum poscebat adhortationes erant. addebant gradum. ma
turato opus esse ut nocte ad hostes peruenire possent. Consulē
exercitumq: romanum obsideri: tertium diem iam clausos
esse. quid queq: nox aut dies ferat incertum esse. puncto sepe
temporis maximarum rerum momenta uerti. Accelera signi
fer: sequere miles. inter se quoq: gratificantes ducibus clamabāt.
Media nocte in algidum peruenium. et ut sensere iam prope hostes
fore. signa constituunt. Ibi dictator quantum nocte prospici
poterat. equo circūuectus contemplatusq: qui tractus castror
queq: forma esset. tribunis militum imperauit. ut sarcinas
in unū conici iubeant: militem cum armis ualloq: redire in
ordines suos. factisq: imperauit. tum quo fuerant ordine iuia
exercitum omnem longo agmine circundat hostium castris.
et ubi signum datum sit. clamorem omnes tollere iubet. cla
more sublato. ante se quenq: ducere fossam et iacere uallum.
edicto imperio signum secutum est. iussa miles exequitur. cla
mor hostes circumsonat. superat inde castra hostium: et in castra
consulis uenit. alibi pauorem. alibi gaudium ingens facit: Ro
mani ciuilem esse clamorem atq: auxilium adesse inter se gra
tulantes. ultro ex stationibus ac uigiliis territant hostem. Con
sul differendum negat. illo clamore non aduentum modo sig.

77

ficari, sed rem a sui ceptam. mirumq: esse ni iam exteriore parte
castra hostium oppugnentur. Itaq: arma suos capere. et se subse-
qui iubet. Nocte initium prelium est: a legionibus dictatoris
clamore significatur: ab ea quoq: parte rem in discrimine esse.
I am se ad prohibendam circumdari operam equi parabant, cū
ab interiore hoste prelio incepto, ne per media sua castra fieret
eruptio. a munimentibus ad pugnantes introrsum uersi. nactā
noctem operi dedere. pugnatumq: cum consule ad lucem est.
Luce prima iam circūuallati a dictatore erant et uix aduersus
unum exercitum pugnam sustinebant. Tum a quintiano ex
ercitu qui confestim a perfecto opere ad arma redyt inuaditur.
uallum. Hic instabat noua pugna. nihil remiserat prior. I
Tum ancipiti malo urgente a prelio ad preces uerti hinc dictato
rem hinc consulem orare ne in occasione uictoriam ponerent.
ut inermes se abire sinerent. ab consule ad dictatorem ire ius
sis ignominia incensus addidit gracchum cloelium ducem pri
cipesq: alios uinctos ad se adduci iubet. oppido corbione dece
di: sanguinis se equorum non indigere. licere abire: sed ut ex
primatur tandem confessio subactam domitamq: esse gentē.
sub iugum. abituros. tribus hastis iugum fit: humi fixis dua
bus: superq: eas transuersa una deligata. Sub hoc iugo dictator
equos misit. Castris hostium receptus plenis omnium rerum.
nudos eum emiserat: predam omnem suo tantum militi dedit.
consularem exercitum ipsumq: consulem increpant: carebis in
quit prede parte miles. ex eo hoste cui prope prede fuisti: & tu. L.
minuti donec consularem animū incipias habere legatus his
legionibus preeris. Ita se minutius abdicat consulatu: iussis
q: ad exercitum manē. Sed adeo tum imperio meliori animo
mansuete obedientes erant. ut beneficii magisq: ignominie hic
exercitus memor. et coronam auream libre pondo dictatori
decreuerit. et proficiscentem eum patronum salutauerit. I
Romea. Q. fabio pref: ur. senatus habitus. triumphantē qui

Iugum.

tium quo uenichat agmine urbem ingredi iussit. ducti ante eŏ
rum hostium duces, militaria signa prelata. secutus exercitus
preda onustus: epule instructe ducuntur fuisse ante omniū
domos. epulantesq: cum carmine triumphali et sollemnibo
cocis commessantium modo currum secuti sunt. Eo die. L. ma/
nlio tusculano approbantibus cunctis ciuitas data est. et cō/
festim se dictator magistratu abdicasset. ni comitia. M. uul/
scij falsi testis tenuissent. ea ne impedirent tribuni dictatoris
obstrut metus. Vulscius damnatus lauinuī in exilium abijt.
Quintius decimo sexto die. dictatura in sex menses accepta se ab/
dicauit. Per eos dies consul nautius ad heretum cum sabinis
egregie pugnat. ad uastatos agros ea quoq: clades accessit sa/
binis. Minutio fabius quintius successor in algidum missus.
Extremo anno agitatum de legg. a tribunis est. sed quia duo
exercitus aberant, ne quid ferretur ad populum tenuere. t
Plebs iuncta ut quinto eosdem tribunos crearet. Lupos uisos ī capi/
tolio ferunt a canibo fugatos. Ob id prodigiū lustratum capitoli
um esse. Nec eo anno gesta. sequuntur. cōss. Quintius.
Minutius. & M. oratius puluillus. cuius initio anni cum foris
otium esset & domi seditiones. idem tribuni eadem lex facie
bat. Vlteriusq uentum foret. adeo exarserant animi ni uelut
dedita opera nocturno impetu equorum corbione amissum
presidium nuntiatum esset. Senatum consules uocant. iubē
tur tribunicium scribere exercitum atq: in algidum ducere. t
Inde posito legis certamine, noua de delectu contentio orta. Vi
cebaturq: consulare imperium tribunitio auxilio cum alius
additur terror. Sabinum exercitum predatum in agros de/
scendisse romanos. inde ad urbem uenire. Is metus perculit
ut scribi militem tribuni sinerent: non sine pactione tamen.
Vt quoniam ipsi quinquennium illusi essent: paruumq: id t
plebi presidium foret. decem deinde tribuni crearentur. Ex/
pressit hoc necessitas patribus: id modo excipere ne postea eosdē

L. manlius.

Q. minutius.
M. oratius puluillus.

tribus plebis x.

M. ualerius.
Sp. uirginius

T. romelius.
C. uetturius.

lustrum.

Sp. tarpeius.
Ap. emmius.

tribunos iuderent. Tribunitia comitia ne id quoq; post bellum
ut cetera uanum esset & exemplo habita. Trigesimo sexto anno
a primis tribuni. pl. creati sunt decem. bini ex singulis classibus.
Itaq; cautum est ut postea crearentur. delectu deinde habito. Mi-
nutius contra sabinos profectus non inuenit hostem. Horatius cū
iam equi corbione interfecto presidio. ortonam etiam cepissent.
in algido pugnat: multos mortales occidit fugat hostem non ex
algido modo sed a corbione ortonaq;. corbionem etiam duxit
propter proditum presidium. Deinde. M. ualerius. Spurius
ginius. cōss. facti. domi forisq; otium fuit: annona etiam propter
aquarum intemperiem laboratum est. de auentino publicando
lata lex est. tribuni. pl. iidem refecti. Hi sequente anno. T. rome
lio. C. uetturio. coss. legem omnibus contionibus suis celebrabāt.
pudere se numeri sui ne quicq̄ aucti. sicut res eque biennio suo iace
ret: ac toto superiore lustro iacuisset. Cum maxime hec agerēt.
trepidi nuntij a tusculo ueniunt. equos in agro tusculano esse.
fecit pudorem recepti eius meritum morandi auxilij. Ambo. cos.
cum exercitu missi: hostem in sua sede in algido inueniūt. Ibi
pugnatum. supra. vii. hostium cesa: alij fugati: preda parta ignes.
eam propter inopiam erarij consules uendiderunt. inuidie tamē
res ad exercitum fuit. Ea demiq; tribunis materiam criminādi
ad plebem consules prebuit. Itaq; ergo ut magistratu abiere. Spu-
tarpeio. appio emnio consulibus dies dicta est. romelio a b. c. cal
mio ciciarone. tribuno. pl. uetturio ab. L. allieno edile plebis. Ve
q; magna patrum indignatione damnatus. Romelius decem
milibus eris. Veturius quindecim milibus. Nec hec priorum ca
lamitas consulum segniores nouos effecerat consules: et se damna
ri posse aiebant. et plebem et tribunos legem ferre non posse. Tum
abiecta lege que promulgata consenuerat. tribuni lenius agere
cum patribus. finem tandem certaminū facerent. et si plebeie leges
displicerent. At illi communiter legum latores et ex plebe et ex
patribus qui utrisq; utilia ferrent queq; equande libertatis esset

sinerent creari: rem non aspernabantur patres: daturum legem neminem nisi ex patribus aiebant. Cum delegibus conueniret. delatore tantum discreparet. missi legati athenas. Sp. postumius albus. A. manlius. P. sulpitius camerinus. missiq: inclitas leges solonis describere: et aliarum grecie ciuitatum instituta mores iuraq: noscere. Ab externis bellis quietus annus fuit: quietior insequens. P. curiatio. & S. ex quintilio. coss. perpetuo silentio tribunorum. quod primo legatorum qui athenas ierant Legumq: peregrinarum expectatio prebuit. Inde inde duo simul mala ingentia exorta. fames pestilentiaq: feda homini. feda pecori uastati agri sunt. urbs assiduis exanimata funeribus. Multe et clare lugubres domus. flamen quirinalis seruius cornelius mortuus. Augur. C. horatius pulvillus in cuius locum tum. C. uetturius co cupidius quia damnatus a plebe erat augures legere. Mortuus consul quintilius. quatuor. tr. pl. multiplici clade fedatus annus ab hoste otiū fuit. Inde coss. Ti. menenius. P. sextilius capitolinus neq: eo anno inquicq̄ belli externi fuit. domi motus orti. Jam redierant legati cum attricis legibus. eo intentius instabant tribuni ut earundem scribendarum legum initium fieret. Placeret creari decem uiros sine prouocatione: et ne quis eo anno alius magistratus esset. admisceretur ue plebi. Controuersia aliq̄du inter fuit: postremo concessum patribus modo ne lex accilia de auentino. alieq: sacrate leges abrogarentur. Trecentesimo anno alte roq̄ condita roma erat iterum mutatur forma ciuitatis a consulibus ad decemuiros: quemadmodum a regibus ante ad consules uenerat. translato imperio. minus insignis quia nō diuersa mutatio fuit. leta enim principia magistratus eius nimis luxuriauere: eo citius lapsa res est. repetitumq: duobus iuri mandaretur consulum nomen imperiumq:. decemuiri creati. Ap. claudius. Ti. genutius. P. sextilius. L. uetturius. C. iulius. A. manlius. P. sulpitius. P. curiatius. Ti. romilius. Ser. postumius. et

Missi legati athenas ad leges solonis describendas.

.pestilentia.

Tmenenius.
P. sextilius capitolinus.

x. uiri condendis legibus creati.

Claudio & genuino. qua designati consules in eum annū fue/
rant pro honore honos recidit⁹. & sextio alteri consulum
prior⁹ anni. quod eam rem collega inuito ad patres retule/
rat. hic proximi habiti legati tres/ qui athenas ierant simul
ut pro legatione tam longinqua premio honos esset & simul peri
tos legum peregrinarum ad condenda noua iura usui foret/
debant. Suppleuere ceteri numerum graues quoq: etate ele/
ctos. nouissimus suffragijs ferunt. quo minus ferociter alio/
rum sceni⁹ aduersarentur. Regimen totius magistratus pe/
nes appium erat. fauore plebis: adeoq: nouum sibi ingenui
induerat: ut plebicola repente omnisq: aure popularis capta/
tor euaderet. pro truci seuoq: in sectatore plebis. decimo die
ius populo singuli reddebant. Eo die penes unus fascesq: xii. e  prefectum
rant. collegis nouem singuli accensi apparebant. et in unica
concordia inter ipsos. qui consensus priuatis interdum utilis
esset. Summa aduersus alios equitas erat. Moderationis e/
orum argumentum exemplo unius rei notasse satis erit: cū
sine prouocatione creati essent. defosso cadauere dom apud
P. sextium patritie gentis uirum inuento. prolatoq: in contio/
nem in re iusta manifesta atq: atroci. C. iulius decemuir die
sextio dixit. & accusator ad populum extitit cuius iu/
dex legitimus erat. decessitq: ex iure suo. ut demptum de
summa iu magistratus. populi libertati adiceret. Cū prop/
tum hoc ius uelut ex oraculo incorruptum pariter ab bus/
simi infimiq: ferrent. cum legibus condendis opera dabat⁹.
ingentiq: hominum expectatione propositis x. tabulis po/
pulum ad contionem aduocauerunt/ et quod bonū. faustū
felixq: rei pu. ipsis liberisq: eorum esset. ire et legere leges p/
positas ducere. Se quantum decem hominū ingenijs prouu/
deri potuerit. omnibus summis infimisq: iura equasse. pl⁹
posse multorum ingenia consiliaq:. Versarent in animis
secum unamquanq: rem. agitarent deinde sermonibo atq:

P. sextius.
C. iulius.
x. tabule.

in medium quid in quaq: re plus minus ue esset & conferrent. E/
as leges habiturum populum r. quas consensus omniū non re/
cepisse latas magisq; tulisse uideri posset. Cum ad rumores ho/
minū de uno quoq: legum capite edito tam correcte uiderent.
centuriatis comitijs. x. tabularum leges perlatę sunt. Q. ue
nunc quoq: in hoc īmenso aliarum super alias aceruata q legū
cumulo. fons omnis publici priuatiq: est uiris. Vulgatur de/
inde rumor duas deesse tabulas quibus adiectis absoluipos/
se uelut corpus omnis romani iuris. Ea expectatio cum dies co/
mitiorum appropinquaret, desiderium decemuiros iterum
creandi fecit. Iam plebs preterq; quod consulum nomen haud
secus q; regum perosa erat. ne tribunitium quidem auxilium
cedentibus inuicem appellatione a x. iuris querebat. Postq;
uero comitia decem uiris creandis trium nundinū indicta sūt
tanta exarsit ambitio, ut primores quoq: ciuitatis. metu cre/
do ne tanti possessio imperij. uacuo ase relicto loco haud sanc
dignis pateret. prensarent homines. honorem summa ope ase ī/
pugnatum ab ea plebe cum qua contenderant, supplices pe/
tentes. dimissa iam in discrimen dignitas ea etate. hisq: hono
ribus actis stimulabat appium claudium. nescirem utrum
inter x. uiros an inter candidatos numerarer. propior in/
terdum petendo q; gerendo magistratui erat. Criminari op/
timates extollere candidatorum lenissimum. quenq: hu/
millimumq:. Ipse medius inter tribunitios duellios silicios q:
in foro uolitare per illos se plebi uendicare. donec collegę quo/
q: qui unice illi dediti fuerant ad id tempus conicere in eū ocu
los. in irantes quod sibi uellet. apparere nihil sinceri esse. profec/
to haud gratuitam in tanta superbia comitatem fore. nimiū
in ordines se ipsium cogere, et uulgari cum priuatis non tam
properantis abire magistratu q; uiam ad continuandum magi/
stratum querentis esse. propalam obuiam ire cupiditati paru
ansi obsequendo obsecundandoq: mollire impetum aggrediū/

tur. comitiorum illi habendorum quando minimus natu sit nul
nus consensu iungunt. Arsbec ea erat ut semetipse creare posset. i
quod preter tribunos plebis. et id ipsum pessimo exemplo. nemo
unq̃ fecisse. Ille enim uetq quod bene uertat. habiturum se comi
tia professus. impedimentum pro hac occasione arripuit. delectus
q: honore per contionem: duobus quintijs capitolino et cincinnato
et patruo suo. C. claudio constantissimo uiro in optimatũ cau
sa. et aliis eiusdem fastigij ciuibus nequaq̃ splendore iure pares. x.
uiros creat. Sed primus. quod haud secus factum improbant bo
ni q̃ nemo ausurum facere crediderat. Creati cum eo. M. corneli
us malugmensis M. sergius. L. minutius. Q. umbrius fabius u
bilanus. Q. petilius. Ti antonius. Merenda duilius. Sp. oppius
cornicen. M. rabuleius. Ille finis appio alienę persõne feręde fu
it. Suo iam inde uigere ingenio cepit nouosq: collegas iam prius
q̃ inirent magistratum in suos mores formare. Quotidie coibãt
remotis arbitris inde impotentibus instructi consilijs que secre
to ab aliis coquebant. iam haud dissimulando superbiam rari
aditus. colloquentibus difficiles. ad id usq̃ malas rem perduxere.
Idus tum male sollemnes in eundis magistratibus erant. In
tro igitur magistratus primum honoris diem denuntiatione ĩ
gentis terroris insignem fecere. Nam cum ita priores. x. uiri ser
uassent. ut unus fasces haberet. et hoc insigne regium in urbem su
a ciuilisq: uice per omnes iret: subito omnes cum duodenis fasci
bus prodiere. Centum uiginti lictores forum impleuerant: et cã
fascibus secures alligatas preferebant. nec aminuisse domi secu
rem cum sine prouocatione creati essent interpretabantur. de
cem regum species erat. multiplicatusq: terror non solum plebi.
sed primoribus patrum. ratis sedis causam ac principũ queri.
ut si quis memorem libertatis uocem aut in senatu aut ĩ populo
misisset: statim iurge secureisq: etiam ad ceterorum metum ex
pederentur. Nam preterq̃ quod in populo nihil erat presidij. su
blata prouocatione intercessionem quoq: consensus sustulerat.

Cum priores decem uiri appellatione collegę corrigi reddita ad se
iura tulissent. erquedam que siu iudicij iuderi possent ad populū
reiecissent. Aliquandiu equatus inter omnes terror fuit: paulati
totus uertit in plebem cepit. Abstinebatur a patribus in humiliore
libidinose crudeliterq: consulebatur. hominum non causarum
rori erant. ut apud quos gratia uim equi haberent. Iudicia do/
mi conflabant. pronuntiabant in foro. Si quis collegam appel/
lasset ab eo ad quem uenerat ita discedebat ut peniteret non pri/
oris decreto stetisse. Opinio etiam sine auctore exierat non m
presentis modo temporis cos iniuriam conspirasse. sed feduccla
destinum inter ipos iureiurando rem ne comitia haberent:
perpetuoq: x. uiratu possessum semel obtinerent imperium. Circū
spectare tum patritiorum multus plebei: et inde libertatis captare
auram: unde seruitutem timendo in eum statum rem pu. addu/
xerant: primores patrum obisse plebem nec probare que fierent.
et credere haud indignis acciderc aude ruendo ad libertatem ī
seruitutem elapsos iuuare nolle: cumulare quoq: iniurias. ut re
dio presentium. consules duo tandem. et status pristinus rerum
in desiderium ueniant. Iam processerat maior pars anni et due
tabule legum ad prioris anni decem tabulas erant adiecte. nec
quicq̄ iam supererat. sibe quicq: legis centuriatis comitiis perlate
essent: cur eo magistratu rei pu. opus esset. expectabant q̄ mox
consulibus creandis comitia ediccrentur. Id modo plebs agitabat.
quonam modo tribuniciam potestatem munimentū libertatis re
intermissam repararent. Cum interim comitiorum mentio nulla
fieri: et x. uiri qui primo tribunitios homines. quia id populare
habebatur. circum ostentauerant: plebei patritiis iuuenibus sepse
rant latera: eorum caterue tribunalia obsederant. hi ferre age/
re etiam plebem plebisq: res. cum fortuna qua quicquid cupitum
foret. potentiores essent: etiam nec tergo quidem abstinebatur.
iurgis cedi: alij securi subici: et ne gratuita crudelitas esset. bono
damnato sequi domini supplicium. hac mercede iuuentus no

dissi.

due tabule adiecte.

bilis corrupta non modo non ue obuiam iniurie: sed propalam
licentiam suam malle q̄ omnium libertatem. Idus maie ue/
nere: nullis surrogatis magistratibus priuati pro decem uiris.
neq: animis ad imperium inhibendum ūminutis. neq: ad spē;
honoris insignibus prodeunt. Id uero regnum haud dubie iu/
deri. deploratur imperpetuū libertas. nec uindex quisq̄ exi/
stit. aut futurus iudicatur. Nec ipsi solum deposuerant animo.
sed contemni cepti erant a finitimis populis. Imperiumq: ibi
esse ubi non esset libertas indignabantur. Sabini magna t
manu incursionem in agrum romanum fecere. Lateq: po/
pulati cum hominū atq: pecudum multi predas egissent. re/
cepto ad fretum quod passim uagatum erat agmine castra lo/
cant. spem in discordia romana ponentes. eam impedimentū
delectui fore. Non nuntij solum sed per urbem agrestium fuga ac
pidationem iniecit. decemuiri consultant quid opus factum
sit. destituti inter patrum et plebis odia. Addidit terrorem
insuper aliium fortuna. Equi alia ex parte castra in algido lo/
cant: depopulanturq: inde excursionibus tusculanū agrū.
Legati atusculo presidium orantes nuntiant. Is pauor perculit
x. uiros ut senatum simul duobus circunstantibus urbem bel/
lis consuleterent. Citari iubent in curiam patres. haud ignari
quanta imminere tempestas. Omnes uastati agri pe/
riculorumq: imminentium causas inse congesturos. tentatio
nem eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resiste/
rent: imperioq: inhibendo acriter in paucos preferocis animi
conatus aliorum comprimerent. Postq̄ audita uox preco/
nis in foro est. patres ad decem uiros in curiam uocantis ue/
lut noua res, quia intermiserant iam diu uocem consulendi
senatus. mirabundam plebem conuertit quidnam incidisset.
cur ex tanto interuallo rem desuetam usurparent hostibus
belloq: gratiam habendam. quod solitum quicq̄ libere ciuita
tis fieret. Circunspectare omnibus fori patribus senatorem

tarcq: usq; noscitare. Curiam inde ac solitudinem circa .x.
uiros intrari. cum ereptū imusitum contensu imperium: et
plebs quia priuatus uis non esset uocandi senatum, nō cō,
uenire patres interpretarentur. iam capiut fieri libertatem
repetentium: si sē plebs comitem senatui det: et quēadmod'
patres uocati non coeant in senatum: sic plebs abnuat dele,
ctum. hec fremunt plebei. patrum haud ferre quisq; in foro.
in urbe tam erant. indignitate rerum cesserant in agros: fu
arumq: rerum erant ānūsi: publica tantum abinuria se ānxcij
abesse ratu, quantum aceru congressuq: impotentiū domino
rum se amouissent. Postq; citati non conueniebant: demissi
circa domos apparitores: simul ad pignora capienda sciscita
dumq: nū consulto detractarent. Referunt senatum in a
gris esse. Letius id decemuiris accidit. q; si presentes detrac
tare imperium referrent. iubent acciri omēs senatumq: in diē
posterum edicunt. qui aliquanto ipsorum frequentior
conuenit. Quo facto proditam a patribus plebi libertatem
rata: quod his qui iam magistratu abissent: priuatisq: uis
abesse. tanq; uere cogentibus senatus comparuisse. Sed ma
gis obedienter uentum in curiam est: q; obnoxie dictas senté
tias accepimus. L. ualerium potitum proditum memorie
est: post relationem appij claudij primusq; ordine sententie
rogarentur: postulando ut de re. pu. liceret diceret. prohibē
tibus minaciter: x. uiris proditurum se ad plebem denun
tiantem tumultum excitasse. Nec minus ferociter. M. ho
ratium barbatum isse in certamen decem tarquinios appel
lantem: āmonentemq; ualerios et horatios ducibo pulsos re
ges. nec nominis hominem pertesum esse. quippe quo iouem ap
pellari fassit. Quo romulo conditorem urbis: deinceps q; re
ges appellatos: quod sacris etiam ut sollemne retentum sit: sup
biam uiolentiamq: tum perosos regis. que sub regibus eodē
animo in filio regis ferenda non fuerint. Quem laturum intot,

.L. ualerius potitus.

.M. horatius barbatus.

priuatis fiderent: ne uetando in curia homines libere loqui qui e/
tiam extra curiam mouerent uocem: neq; se uidere qui sibi mi/
nus priuato ad contionem populum uocare q̄ illis senatum co/
gere liceat. Vbi uellent experirentur: quanto ferocior dolor ī
libertate sua uindicanda q̄ cupiditas in iniusta dominatione essꝫ.
De bello sabino eos referre tanq̄ manus illum populo.r. bellum sit. q̄
cum his qui legum ferendarum causa creati: nihil uiris in ciuita
te reliquerint: qui comitia. qui annuos magistratus. qui uicissi/
tudinem imperitandi: quod unum exequande sit libertatis sti/
stulerint. qui priuati. fasces et regium imperium habeant. fuisse
regibus exactis patrios magistratus creatos. postea post secessio
nem plebis plebeios. cuius illi partis essent. rogitare. populares: ꝫ
Quid enim eos per populum egisse: optimates: qui anno iam prope
senatum non habuerint. tunc ita habeant ut de re pu. loqui pro
hibeant. ne nimiū in metu alieno spei ponerent. grauiora que pa/
tiantur uideri iam hominibus q̄que meminant. hec uociferanti
horatio / cum .x. uiri nec ut / nec ignoscendi modum reperirent.
nec quo euasura res esset cernerent. tum .C. claudij qui patrius
appij. .x. uiri erat oratio fuit precibus q̄ iurgio similis peroratus.
C. claudius
Per ciu fratis parentisq: cuius manes ut ciuilis potius societatis si qua
natus esset. q̄ federis nefarie ictu cum collegis meminisset. multo
id magis se illius causa orare q̄ rei pu. Quippe rem pu. si uolen/
tibus nequeat ab inimicis uis expremitur. sed ex magno certami/
ne. magnas excitari fremitus. earum euentum se horrere. Cū
aliud preterq̄ de quo retulissent .x. uiri dicere prohiberent claudi
us interpellandi uerecundia fuit. sententiam igitur pere g̃: nullū
placere. S. c.tm fieri. Omnesq: ita accipiebant, priuatos eos a clau/
dio iudicatos. multiq: ex consularibus uerbo assensi sunt. Alia se
tentia asperior in specie uim minorem aliquanto habuit. que pa/
trios coire ad prodendum inter regem uidebat. Censendo enī
quoscunq: magistratus esse qui senatum haberent iudicabāt
quos priuatos fecerat auctor nullius. S. c.n faciendi. Ita late/

tē tam causa decemuirorum. L. cornelius malugnensis. M. corne
lius. x. uiri fiater cum ex consularibus ad ultimum dicendi locū
consulto seruatus esset. simulando curam belli. fratrem colle
gasq: eius tuebatur. Quonam facto incidisset miratī se dicti
tans ut. x. uiros qui decemuiratum petissent, aut socij aut hi ma
xime oppugnarent. aut quid ita cum per tot menses uacua ci
uitate nemo uultum magistratus summe rerum presset. cōtro
uersiam fecerit. nunc demū cum hostes prope ad portas sint. ciui
les discordias serant: nisi quod in turbido minus perspicuum fo
re putent quid agant. Ceterum neminem maiore cura occupa
tus animus uerum esse preiudicium rei tante afferre sibi placere.
Deco quod ualeriusq horatiusq: qui ante idus maias. x. uiros abisse.
magistratu insimulent. belluq imineant perfectis re. pu. in tā
quillum redacta senatu disputante agi: etiam nunc ita se para
re. Ap. claudium ut comitiorum quę. x. uiris creandis decēuir
ipse habuerit: sciant sibi rationem reddendam esse. utrū in unū
annū creati sint: an donec leges quę deessent proferentur. In pre
sentia omnia preter bellum omitti placere. Cuius si falso famam
uulgatam uanaq: non nuntio solum: sed tusculanorum etiam
legatos attuliss̄e putent. speculatores mittendos censere qui cer
tius explorata referant: cuius fides et nuntius et legatis habeatur:
delectum quoq: primo tempore haberi. et. x. uiros quo cuiq: eo
rum uideatur exercitus ducere: nec rem aliam preuerti. In hāc
sententiam ut discederetur iunioresq patrum eiuncebant ferocio
resq: uterum coborti. Valeriusq horatiusq: uociferari ut de re pu.
liceret dicere. dictatos ad populum ſ in senatu per factionem
non liceat. neq: enim sibi priuatos aut in curia aut in cōtione
posse obstare. neq: se imaginarios fascibus eorum cessuros esse.
Tum appius iam prope esse ratus ut ni uiolentie eorum pari resiste
retur audacia uictum imperium esset. Non erit melius inquit
nisi de quo consulimus uocem misisse. et ad ualerium negantē

. l. cornelius malugnensis'

factio.

. Appius.

Valerius.

se priuato reticere lictorem accedere iussit. Iam quiritium fidem
implorante ualerio: acurie limine-l. cornelius complexus ap
pium. non quod simulabat consulendo diremit certamen. tac
taq: per cornelium ualerio dicendi gratia que uellet. cum liber
tas ultra uocem non excessisset. x.uiri propositum tenuere. t
Consulares quoq: acseniores a residuo tribunitie potestatis odi
o. cuius desiderium plebi multo acrius q̃ consulatus imperij re
bantur esse. prope malebant. Postmodum ipsos x.uiros uo
luntate abire magistratu q̃ inuidia eorum exurgere rursus
plebem. Si leniter ducta res sine populari strepitu ad consu
les redisset. aut bellis interpositis. aut moderatione consulum ĩ
perijsse exercendis. posse in obliuionem tribunorum plebẽ addu
ci. Silenno plebis et patrum edicitur delectus. Iuniores cũ
sine prouocatione imperium esset ad nomĩa respondent. legio
bus scriptis inter se. x. uiri comparabant. quos ut ad bellũ q̃s
piresse exercitibus oporteret. Principes inter x. uiros erãt. Qui
tius fabius. et appius claudius. Bellum domi maius q̃ foris ap
parebat. Appij uiolentiam ampliorem rati ad comprimendos
urbanos motus. In fabio minus in bono constans q̃ uanũ in
militia ingenium esse. Hunc enim uirum egregium: olim do
mi militiq: decemuiratus. collegaq: ita mutauerant ut appij
q̃ siu similis mallet esse. Huic bellum in sabinis. M. tabulcio
et Q. petilio additis collegis mandatum. M. cornelius in algidũ
missus. cum L. minutio. et Ti. antonio & cesone duellio. & L.
sergio. Sp. oppium appio claudio aduersorem ad urbem tuen
dam equo omniũ decemuirorum imperio decernũt. Nihilo
militie q̃ domi melius respu. administrata est. Illa modo ĩ du
cibus culpa quod utrobio essent quibus fecerant. alia omnis pe
nes milites noxa erat: qui ne quid ductu atq: hospitio decẽui
rorum prospere usq̃ gererentur uinci se per siuũ atq: illorũ declec
patiebantur. finis et a sabinis ad hereum: et in algido ab equis

Q. fabius.
Ap. claudius.

exercitus erant. Ab hereto per silentium noctis profugi propius
urbem inter fidenas crustumeriamq: loco edito castra cõmunie
rant, persecutis hostibus nunq̃ se equo certamine cõmittentes
natura loci aut uallo non uirtute aut armis tutabantur. Ma/
ius flagitium in algido. maior etiam clades accepta. castra quo/
q: amissa erant: exutusq: omnibus utensilibus miles. tusculũ
se fide misericordiaq: uicturus hospitum: que tamen nõ fefel
lerunt contulerat. Romam tanti erant terrores allati: ut po
sito iam decemuirali odio. patres uigilias in urbe habendas cense
rent. Omnes qui per etatem arma ferre possent custodire mem/
a. & portus stationes agere uiderent. Arma tusculum ad sup
plementum decernerent decemuirosq: ab arce tusculi digressos
in castris militem habere: castra alia a fidenis in sabinum agrũ
transferri belloq: ultro inferendo hostes deterreri a consilio ur/
bis oppugnande. Ad cladem ab hostibus acceptam. duo nefan/
da facinora decemuiri domi belloq: adiciunt. L. siccium in sa
binis per inuidiam x. uiralem tribunorum creandorũ secessi
onisq: mentiones ad uulgus militum sermonibus occultis sere
rem prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt. dat
negotium militibus quos miserant expeditionis eius comites
ut eum opportuno adorti loco interficerent. haud multũ iterfe
cere nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere. cũ
ipse prevalidus pari uiribus animo inter tot circumventus se
tutaretur. Nuntiant in castra ceteri precipitatum insidias
esse siccium egregie pugnantem. militesq: quosdam cum eo
amissos. Primo fides nuntiantibus fuit: profecta demde co/
horte ad sepeliendos eos qui ceciderant. decemuirorũ permis
su. postq̃ nullum spoliatum ibi corpus siccium q: ĩmedio iacen
tem armatumq: omnibus in eum uersis corporibus uidere.
Hostium neq: corpus ullum neq: uestigia abeuntium profec
to asius interfectum memorantes retulere corpus. Inuidieq:
plena castra erant. et romam ferri protinus siccium placebat:

.I. Siccius.

indecemuiri finuis militare et publica impensa facere maturas
sent. Sepultus ingenti militum mestitia pessima x. uirorum i
uulgus fama est. Sequitur aliud in urbe nefas alibidine
ortum: haud minus fedo euentu q̄ quod per stuprum cedēq:
lucretie: urbe regnoq: tarquinios expulerat ut non finis solum
idem x. uiris qui regibus sed causa etiam eadem imperij amittē
di esset. Appium claudium uirginis plēe stuprande libido cepit.
Pater uirginis. L. uirginius honestum ordinem in algido duce
bat, uir exempli rectī domi militeq: perinde uxor instituta
fuerat: liberi instituebantur. desponderat filiam. L. icilio tribu
nitio uiro acri et pro causa plebis experte uirtutis. Hanc uirginē
adultam forma excellentem appius amore ardens precio aciperi
pellicere adortus. postq̄ omnia pudore septa animaduerterat. ad
ad crudelem superbamq: uim animū conuertit. M. claudio
cliēti negotium dedit. ut uirginem in seruitutem assereret: neq:
neq: cederet secundum libertatem uindicias postulantibus. qd'
pater puelle abesset locum iniurie esse ratus. Virgini uenienti
in forum. ibi namq: in tabernis litterarium ludi erant: minister
decemuiri libidinis manum iniecit. seruam suam natam seruū
q: appellans esse: sequiq: se iubebat: cunctantem ui abstracture-
pauida puella stupentes ad clamorem nutricis fidem quiritiū
implorantis, fit concursus. Virginij patris. icilijq: sponsi popula
re nomen celebratur. Notos gratia eorum turbam indignitas
rei uirginij conciliat. Iam a ui tuta erat. Tum assertor nihil op?
esse multitudine concitata: aut se iure grassari non iu uocat pu
ellam in uis auctoribus qui aderant ut sequeretur ad tribunal
appij peruentum est. Notam iudici fabulam. pretor quippe a
pud ipsum auctorem argumenti peragit. Puellam domi siue
natam: furtoq: inde in domum uirginij translatam suppositā
ei esse: id se indicio compertum afferre: probaturumq: uel ip
so uirginio iudice: ad quem maior pars iniurie eius pertine
at. Interim dominū sequi ancillam equū esse. Aduocati puelle

Ap. claudius
. L. uirginius.

cum uirginiũ rei.pu. causa dixissent abesse. biduo affuturum si
nuntiatum ei sit, iniquum esse absentem deliberis dimicare. po/
stulant ut rem integram in patris aduentum differat. Lege abip̃o
lata uindicias det secundum libertatem. neu patiatur uirgine
adultam fame priusq̃ libertatis periculum adiit. Appius decre/
to prefatus quam libertati fauerit. eam ipãm legem declarare :
quam uirginij amici postulationi pretendant. Ceterum ita in ea
firmum libertati fore presidium. si nec cansis nec personis uariet.
in his enim qui asserant libertatem, quia quisq̃ lege agere pos/
sit. id ueris esse in ea que in patris manu sit. Neminem esse a/
lium cui dominus possessione cedat. Placere itaq: patrem ac/
cersiri. interea uetis siu iacturam assertorem non facere. quin
sistendã ducat puellam sũstinendamq: in aduentum eius qui pater di/
catur promittat. Aduersus iniuriam decreti cum multi magis
fremerent, q̃ quispiam unus reclamare auderet. P. numitorius
puelle auus et sponsus icilius interueniunt. datag: inter turbã
tua. non multitudo icilij maxime interuentu resisti posse ap/
pio crederet. lictor decretum esse ait: uociferantemq: icilũ sub/
mouet. Placidum quoq: ingenium: tam atrox iniuria cum
accendisset: ferro hinc tibi sũmouendus sum appi inquit: ut
tacitum ferat quod cedari uis. Virginem ego hanc sũ ductur?
uptam pudicamq: habiturus. proinde omnes collegarium q̃
q: lictores conuoca: expediri uirgas et secures iube. Non mane
bit extra domum patris sponsa icilio. Non si tribunitiũ auxi
lium et prouocationem plebis rome duas arces libertatis tuende
ademisti. Ideo in liberos quoq: nostros coniugesq: regnũ uestre
libidini datum est. Scuite in tergum et in ceruices nostras. pu
dicitia saltem in tuto sit. Huc si uis afferetur: ego presentium
quiritum pro sponsa. et uirginius militum pro unica filia omnes de/
orum hominũq: implorabimus fidem. Neq: tu istud unq̃ sine cede
nostra decretum referes. Postulo appi etiam atq: etiam consideres
quo progrediare. Virginius uiderit de filia ubi uenerit, quid agat.

Hoc tantum sciat sibi si huiusmodi cessent. conditionem filie esse quarendam. Me uindicantem sponsam in libertatem. uita ciui us deseret q̄ fides. Concitata multitudo erat. certamenq: instare uidebatur. lictores icilium circumsteterant. nec ultra minas tamen processum est. Cum appius non uirginiam defendi ab icilio. sed inquietum hominem et tribunatum etiam nūc spirantem. locum seditionis quereret diceret. non prebiturum se illi eo die materiam: sed ut iam sciret non ut petulantie siue: sed uirginio absenti patrio nomine et libertati datum uis se ea die non dicturum neq: decretum interpositurum. A M. claudio petiturum urgeret iure suo. Vindicariq: puellam in posterum diem pateretur. quod nisi pater postero die affuisset. denūciare se icilio similibusq: icilij. neq: legi siue latori rem. nec x uiro cōstaturam defore. nec se utiq: collegarum lictores conuocaturum: ad coherendos seditionis auctores. contentum se suis lictoribus fore. Cum dilatum tempus iniurie esset. secessissentq: ad uocati puelle. placuit omnium primū fratrem icilij filiumq: nutritorij impigros iuuenes pergere. Inde recta ad portam et quantum accelerari possit uirginiū acciri e castris in eo uerti puelle salutem. si postero die undecim ad tempus presto esset. Jussi pergunt: citatisq: equis: nuntium ad patrem perferunt. Cum instaret assertor puelle ut uindicaret. sponsoresq: darent atq: adipsum agi diceret. Icilius sedulo tempus terens. dum reciperent uter nuntij missi in castra manus tolleret. undiq: multitudo: et sequisq: paratum ad spondendum icilio ostenderet. Atq: ille lacrimabundus gratum est inquit: crastina die ultra operam utar: sponsorum nunc satis est. Ita uindicatur uirgo a spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus. ne ei rei causa sedisse uideretur: postq̄ omissis rebus aliis pro cura unius nemo adibat domum se recepit: collegisq: in castra scribit. ne uirginio commeatum deuit. atq: in custodiam habeāt. Improbum consilium serum ut debuit fuit. Etiam come/

Icilius.

M. claudius

atu sumpto profectus uirginius prima uigilia erat. cum postero die mane de retinendo eo ne quicq̃ litteræ redduntur. At in urbe prima luce cum ciuitas in foro expectatione erecta staret. Virginius sordidatus. filiam secum obsoleta ueste indutaz comitantibus aliquot matronis cum ingenti aduocatione in forum deducit. Circũire ibi et prensare homines cepit et non orare tolum precariam opem. sed pro debito petere. se pro liberis eorum ac coniugibus quotidie in acie stare. nec alium uirum esse in exercitu cuius strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent. quid prodesse si incolumi urbe. que capta ultima timeantur. liberis suis sint patienda. hec prope contionabundus circũibat homines. Similia hic ab icilio iactabãt. Comitatus mulierum plus tacito fletu. q̃ ulla uoce mouebat. Aduersus que omnia obstinato animo appius tanta uis amentie ueruis q̃ amoris mentem turbauerat. in tribunal ascendit. & ultro querente pauca petitore quod sibi pridie per ambitionem uis dictum non esset: priusq̃ aut ille postulatum perageret. aut uirginio respondendi daretur locus. appius interfatur. Quem decreto sermonem pretenderit. forsan aliquid uerum auctores antiqui tradiderint. quia nusq̃ illum in tanta feditate decreti ueri similem inuenio. Id quod constat nudum uidetur proponendum: decreuisse uindicias secundum seruitutem. Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit. silentium inde aliquandiu tenuit. Deinde cum M. claudius circumstantibus matronis uim ad comprehendendam uirginem. lamentabiliq: eũ mulierum comploratio excepisset. Virginius intentans se in appium manus. icilio inquit. Appi non tibi filiam despondi: et ad nuptias non ad stuprum educaui. placet pecudum ferarumq: ritu promiscue in concubitus ruere. Passuri nec hi sunt nescio. nõ spero passuros esse illos qui arma habent. Cum repelleretur assertor uirginis a globo mulierum circumstantiumq: aduocatorum silentium factum per preconem. decemuir alienato ob libidinem animo r

Virginius.

negat hesterno tantum comitio icilij violentiaq: virginij. cuius testē
populum .r. habeat. sed certis quoq: indicijs compertum sē habere. no
cte tota cetus in urbe factos esse ad mouendam seditionem. Itaq:
se haud inscium eius dimicationis cum armatis descendisse: nō
ut quenq̄ violaret. sed ut turbantes ciuitatis otium pro maiestate īpe
rij coherceret. proinde quiesse erit melius inquit. i. lictor sūmoue t̄.
bam. et da uiam domino ad prendendum mancipium. Cum hec ue
misset plenis ire. multitudo ipsa se sua sponte dimouit. desertaq: pre
da uirgine puella stabat. Tunc virginius ubi nichil usq̄ auxilij vidit. Ir
Quesso inquit appi primū ignosce patrio dolori. si quid inclemēcius
in te ius inuectus: deinde sinas hic coram virgine nutricē percō
ctari. quid hoc rei sit. ut si falso pater dictus sim. equiore animo
animo discedam. Data uenia seducit filiam ac nutricem prope
cloacine tabernas: quibus nunc nouus est nomen. Atq: ibi ab la
nio cultro arrepto. Hoc te uno quo possum ait modo filia in liberta
tem uindico. pectus deinde puelle transfigit. respectansq: ad tribu
nal. trinquit appi. tuumq: caput sanguine hoc consecro. Clamore
ad tam atrocem facinus orto excitus appius comprehendi virgi
nium iubet. Ille ferro quacunq: ibat uiam facere. donec multitu
dine etiam prosequentium tuente ad portam pertexit. Icilius
numitoriusq: exangue corpus sublatum ostentant populo. scelus
q: appij. puelle infelicem fortunam. necessitatem patris deplorāt.
Sequentes clamitant matrone: eam ne liberorum procreandorū
conditionem: ea pudicitie premia esse. Cetera q: que in tali re
muliebris dolor, quo est mestior imbecillo animo. eo miserabi
lia magis querentibus subicit. Virorum et maxime icilij uox
tota tribunitie potestatis ac prouocationis ad populū erepte
publicarumq: indignationum erat. Concitatur multitu
do partim atrocitate sceleris partim spe per occasionem repetē
de libertatis. Appius nunc uocari icilium nunc rettractantem
arripi. postremo cum locus adeundi apparitoribus non daret.
ipse cum agmine patritiorum uuienū per turbam uadens in

Interficiatur ergo

uuncula duci iubet. Jam circa icilium non sōlum multitudo. sed du
ces quoq; multitudinis erant. L. ualerius. et M. horatius. qui repul
so lictore si iure ageretur iudicare se a priuato icilium aiebant:
si uim afferre conarentur: ibi quoq; se haud impares esse. Hinc
atrox ita oritur. Valerium horatiumq; lictor. x. uiri inuadit:
franguntur a multitudine fasces. In contionem appius ascēdit.
sequuntur ualerius horatiusq;. Cos contio audit. x. uiro obstrepi
tur. Jam pro imperio ualerius discedere a priuato lictoresiubebat.
Confractis animis appius iute metuens in domum se propīquā
foro insciis aduersariis capite ob uoluto recipit. Sp. oppius ut
auxilio collegę esset in forum ex altera parte irrupit. Videt ip
sum luctum. agitatus deinde consiliis atq; ex omni parte assē
tiendo multus auctoribus trepidauerat. senatum postremo uo
cari iussit. Ea res quod magne parti patrum displicere acta x.
uirorum uidebantur. spe per senatum finiende potestatis eius.
multitudinem sedauit. Senatus nec plebem irritandam cēsu
it. et multo magis prouidendum ne quid iuuenis aduentus in
exercitu motus faceret. Itaq; missi iuniores patrum in castra.
que tum in monte uecilio erant. nuntiant. x. uiris ut omni
ope a seditione militem contineant. Vbi iuuenius maiorem
q̄ in urbe reliquerat motum excitat. Nam preterq̄ quod ag
mine prope quadringentorum hominū uenient qui ab urbe
indignitate rei accensi comites ei se dederant conspectus est:
strictum etiam telum resperstusq; ipse cruore tota in se castra cō
uertit: et toge multifariam in castris uise maioris aliquanto q̄
erat speciem urbane multitudinis fecerant. Querentibus quid
rei esset. flem dui uocem non misit. Tandem ut iam ex trepi
datione concurrentium turba constitit ac silentium fuit. ordi
ne cuncta ut gesta fuerant exposuit. Supinas deinde manus
tendens. cōmilitones appellans orabat. ne quod scelus appij et
claudij esset sibi attribuerent: neu se ut parricidam liberū ad
uersarentur: sibi uitam filie sue cariorem fuisse si liberet ac pu

L. ualerius.
M. oratius.

Appius
Sp. oppius

dhæ uiuere licitum fuisset. cum uelut seruam ad stupr̃ rapi
uideret. morte amitti meruisse ratum q̃ contumelia liberos. mi
sericordia se in speciem crudelitatis lapsum: Nec se superfu
turam filie futurum fuisse. nisi spem ulciscende mortis eius
in auxilio cõmilitonũ habuisset. Illis quoq; enim filiae. so
rores uxores cõiugesq; esse: nec cum filia sua libidinem. ap. clau
dij extinctam esse. sed quo impunior sit eo effrenatiorem
fore. aliena calamitate documentum datum illis cauende
similis iniurie. Quod ad se attinet uxorem sibi fato ere
ptam. filiam quia non ultra pudica uictura fuerit misera
sed honesta morte occubuisse. Non esse iam appij libidini
locum in domo sua: ab alia uiolentia eius eodem se animo
suum corpus uindicaturum. quo uindicauerit filie. Cete
ri sibi ac liberis suis consulerent. Hec uirginio uociferanti
succlamabat multitudo. nec illius dolori nec sue libertati
se defecturos. et ĩmixti turbe militum togati. Cum eadem
illa querendo docendoq; quando uisa q̃ audita indigniora
potuerint uideri. Simul profligatam iam rem nutriendo ro
me esse: insectatosq; qui appium prope interemptum ĩ exiliũ
abisse dicerent. perpulerunt ut ad arma conclamaretur: uelle
rentq; signa et romam proficiscerentur. decemuiri simul his
que uidebant: hisq; que acta rome audierant perturbati: ali
us in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurr̃
et leuiter agentibus responsum non redditur. Imperiũ si quis
uellet et uiros et armatos se esse respondent. Eunt agmi
ne ad urbem. et auentinũ insidunt. ut quisq; occurreret
plebem ad repetendam libertatem creandosq; tr. pl. adhortã
tes. Alia uox nulla uiolenta audita est. Senatum. sp. oppi
us habet. Nihil placet asperi agi. Quippe ab ipsis datũ locũ
seditionis esse: Mittuntur tres legati consulares. Sp. tarpeius
C. uilius. P. sulpitius qui quererentur senatus uerbis cuius us
su castra deseruissent. aut quid sibi uellent. qui armati a

uentinum obsedissent. bellocq: auerso ab hostibus patriam suã, cepissent. Non defuit quod responderetur: deerat qui daret re sponsum: nullo dum certo duce: ne satis audentibus singulis inuidiae se offerre. Id modo a multitudine conclamatum est. ut L. ualerium: et M. horatium ad se mitterent. Hisse datu ros responsum. dimissis legatis admonet milites uirginius in re non maxima paulo ante trepidatum esse: quia sine capite multitudo fuerit: responsumq: quanq̃ non ũtiliter: fortuito tamen magis consensu q̃ cõmuni consilio esse. Placere decẽ ere arí qui summe rei.pu. praessent: militariq: honore tribunos militum appellare. Cum ad eum ipsum primũ is honos defer retur. Melioribus inquit meis uestrisq: rebus reseruate ista de me iudicia. nec mihi filia in uita honorem ullum iocundum esse patitur. nec in perturbata re.pu. eos utile est praesse uobis qui proximi inuidiae sint. Si quis usus mei est nihilo minor respri uato capietur. Ita x. numero tribunos militum creant. Neq: in sabinis quieuit exercitus. Ibi quoq: auctore icilio numitoriq: secessio a.x. uiris facta est non minore motu animorum sicij ce dis memoria reuocata. q̃que noua fama de uirgine a deo fide ad libidinem petita accenderat: Icilius ubi audiuit tribunos militum in auentinis creatos ne comitiorum militarium pre rogatiua urbana comitia tribunis pl. creandis sequerentur. pri uis rerum popularium simulensq: et potestati et ipse priuusq̃ iret. ad urbem pari potestate eundem numerum ab suis creandum curat. per portam collinam intrauere urbem sub signis. mediaq: urbe agmine in auentinum pergunt. Ibi coniũcti alteri exercitui xx. tribunis militum negotium dederunt: ut ex suo duos cre arent qui summe rerum praessent. M. oppium et sextium ma nilium creant. Patres soliciti de summa rerum cum senatus quotidie esset. uirgis sepuis terunt tempus q̃ consilijs. Sicci ce des. x. uiris. et appiana libido et dedecora militie obiciebantur.

. L. ualerius.
. M. horatius.

Icilius.

M. opius.
Sex manilius.

Placebat ualerium & horatium ire in auentinum. Ipsi negabant aliꝰ
se ituros. q̄ sex. uiri deponerent insignia magistratuum: quo anno
iam ante abissent. decem uiri querentes se in ordinem cogi. non ante
q̄ prelatis legibus quarum causa creati essent. deposituros imperiuꝫ
se aiebant. per M. duilium. tr. pl. fuerat certior facta plebs conten
tionibus assiduis nihil transigi: in sacrum montem ex auentino
transit. affirmante. M. duilio non prius q̄ deseri urbem uideant.
curam in animos patrum descensuram. admonituram sacriꝰ mō
tem constantie plebis. sciturosq; sine restituta potestate redigi in cōcor
diam res nequeant. Via numentana cui tum figulensi nomen fuit.
profecti: castra in sacro monte locauere: modestiam patrum suorum
nihil uolando imitati. Secuta exercitum plebs nullo qui per etatem
ire posset retractante. prosequuntur coniuges liberiq;. Cui nam se re
linquerent in ea urbe in qua nec pudicitia ne libertas sancta esset. mi
serabiliter rogitantes. Cum uastrauere omnia insueta solitudo
fecisset. in foro preter paucos seniorum nemo esset. uocatis in senatu;
utiq; patribus desertum apparuisset forum plures iam q̄ horatius
ac ualeriꝰ uocitabantur. Quid expectabitis. p. c. n. si. x. uiri finē
pertinacie non faciunt. ruere ac deflagrare omnia passuri estis? Quod
autem istud imperium est. x. uiri quod amplexum tenetis: tecta ac
parietibus ultra ducturi estis? Non pudet lictorum uestrorum ma
iorem prope numerum in foro conspici q̄ togatorum aliorumq;? Quid
si hostes ad urbem uenient facturi estis? quid si plebs mox ubi parum
secessione moueamini armata ueniat? occasu ne urbis multis finire
imperium? atqui aut plebs non est habenda aut habendi sunt tribu
ni. pl. Nos ciuis caruerimus patricijs magistratibus q̄ illi plebeis.
Nouam inexpertamq; eam potestatem eripuere patribus nostris ne
nunc dulcedine semel capti ferant desiderium: cum presertim nec nos
temperemus imperijs quo minus illi auxilij egeant. Cum hec ex omī
parte iactarentur uictu consensit x. uiri futuros se quando ita uide
tur in potestate patrum affirmant. Id modo simul orant ac monēt

ut ipſis ab inuidia caueatur: nec ſuo ſanguine ad ſupplicia patrum plebem aſſuefaciant. Tunc ualeriuſ horatiuſq: miſſi ad plebem conditionibuſ quibuſ uideretur reuocandam componendaſq: rec. decē uiriſ quoq: ab ira et impetu multitudiniſ precauere iubentur. Profecti gaudio ingenti plebiſ accipiuntur in caſtra. Quippe liberatores haud dubie et motuſ initio et exitu rei. Ob hec aduenientibuſ gratie aſte. ſcaluuſ pro multitudine uerba facit. Idem cum de conſiliis agerentur. querentibuſ legatis que poſtulata plebi eſſent. compoſito iam ante legatorum aduentum conſilio. ea poſtulauit. ut appareret in equitate rerum pluſq̄ in armis reponi ſpei. poteſtatem enim tribunitiam prouocationemq: repetebant. que ante x. uiroſ creatoſ auxilia plebi fuerant. et ne cui fraudi eſſet conſciſſe militeſ aut plebem ad repetendam per ſeceſſionem libertatem. de x. uirorum modo ſupplicio atroci poſtulatum fuit. Credi quippe eoſ equum cenſebant. uinoſq: igni concrematuroſ minabantur. Legati ad ea que conſulti fuerint. adeo equa poſtulatiſ ut ultro uobiſ deferenda fuerint. Libertati enim ea preſidia petitiſ non licentie adimpugnandoſ alioſ. Ire uē magiſ ignoſcendum q̄ indulgendum eſt. qui crudelitatiſ odio in crudelitatē ruitiſ: & prius pene q̄ ipſi liberi ſitiſ, dominari iam in aduerſarioſ uultiſ. Nunq̄ ne quieſcet cuitaſ nra a ſupplitiſ aut patrum in plebem romanā. aut plebiſ in patres. Scuto uobiſ magiſq̄ gladio opuſ eſt. Satiſ ſuperq: humiliſ eſt qui uire equo in ciuitate uiuit. ne inferendo iniuriam nec patiendo. etiam ſi quando metuendoſ uoſ prebituri eſtiſ. cum receptiſ magiſtratibuſ legibuſq: ueſtriſ. iudicia penes uoſ erunt. de capite nō fortuniſq: tunc ut queq: cauſa erit ſtatuetiſ. nunc libertatem repeti ſatiſ eſt. faceretis ut uellent permittentibuſ cunctiſ. mox reduituroſ ſe legati rebuſ perfectiſ affirmant. Profecti cum mandata plebiſ patribuſ expoſuiſſent aliiſ. x. uiri quando quidem preter ſpem ipſorum ſupplicij ſui nulla mentio fieret haud quaq̄ abnuere. Appius truci ingenio et inuidia precipua odium in ſe aliorum, ſuo in eo metuens odio. Haud ignaro inquit ſiminet fortuna. iudeo donec arma aduerſariiſ tradantur, differri aduerſuſ noſ certamen. danduſ

Valerius.
Horatius.

Q. furius.

inuidie est sanguis. nihil ne ego quidem moror, quominus decem
uiratu abram. factum. S. c.^hum ut x. uiri se primo quoq; tempo
re magistratu abdicarent. Q. furius pontifex maximus tribu
nos plebis crearet: et ne cui fraudi esset secessio militum. tribu
norum plebisq:. hisq: senatus c.^tus perfectis dimisso senatu x. uiri
prodeunt in contionem. abdicantq: se magistratu ingenti hoim
letitia. Nuntiatur hoc plebi: legatos quicquid in urbe hoim
fuerat prosequitur. huic multitudini leta alia turba ex castis
concurrit. congratulantur libertatem concordiamq: cuitati re
stitutam. legati pro contione quod bonum faustum felixq: sit
uobis reiq: pu. redite in patriam ad penates coniuges liberosq:
uestros. Sed qua id modestia finistis. ubi nullius ager in tot usu
rerum necessario: tanteq: multitudini est uiolatus: eam mode
stiam ferte in urbem. In auentinu ite unde profecti estis. Ibi feli
ci loco ubi prima initia inchoastis libertatis ure. tribunos plebis
creabitis. presto erit pontifex maximus qui comitia habeat. In
gens assensus alacritasq: cuncta approbantium fuit. Conuer
tunt inde signa profectiq: romam certant cum obuiis gaudio. ar
mati per urbem silentio in auentinu perueniunt. Ibi extemplo
creantur tribuni pontifice maximo comitia habente tribunos pl. creauerunt. oim
primum. A. uirginium. Inde L. icilium. et P. Numitorium auu
culum uirginij auctores secessionis. Tunc c. sicinii progeniem
eius. quem primum tr. pl. creatum in sacrum montem prodidum
memorie est. & M. duilium qui tribunatum insignem ante x.
uiros creatos gesserat. nec in x. uiratibus certaminibus plebi de
fuerat. Spe magis deinde q̃ meritis electi. M. ticinius. M. pom
ponius. C Aponius. Ap. elusius oppius. Tribunatu inito. L. scilius
extemplo plebem rogauit et plebis scuit. ne cui fraudi esset secessio
a decem uiris facta. Confestim de consulibus creandis cũ pro
uocatione. M. duilius rogationem pertulit. ea omnia in pratis
flaminijs concilio plebis acta. que nunc circum flaminiu appel
lant. Per interregem deinde consules creati. L. ualerius. et M. ho

creantur tribuni

L. ualerius.
M. horatius.

ratius qui extemplo magistratum acceperunt. quorum consulatus
populatius sine ulla patrum iniuria. nec sine offensione fiunt. Quic
quid enim libertati plebis cauebatur. id sunt decedere opibus cre
debant. Omniū primum cum uelut in controuerso iure esset te
nerentur ne patres plebiscita. legem centuriatā comitijs tulere.
ut quod tr. pl. iussissent populum teneret. Qua lege tribunitijs
rogationibus telum acerrimū datum est. Aliam deinde cōsu
larem legem de prouocatione. unicum presidium libertatis decē
uirali potestate euertam non restituunt modo sed etiam in postre
mū munitūt. sanciendo nouam legem. ne quis ullum magistra
tum sine prouocatione crearet. Qui secus faxit eum ius fasq: esse
occidi. neue ea cedes capitalis noxe haberetur. et cum plebē hīc
prouocatione hinc tribunitio auxilio satis firmassent. ipsis q̄q:
tribunis. ut sacrosancti uiderentur. cuius rei propemodum mē
tia aboleuerat. relatis quibusdam ex magno interuallo cerimo
nijs renouarunt. et cum religione inuiolatos eos. tum lege etiā
fecerunt sanciendo ut qui tribunis. pl. edilibus iudicibus nocu
isset eius caput bonis sacrum esset. familia ad edem cereris. liberi
liberiq: uenūirent. hac lege uarie interpretes negant quenq̄ sacro
sanctum esse. sed cūm qui eorum cuiq̄ nocuerit id sanctum sanci
ri. Itaq: edilem prendi duciq: a maioribus magistratibus. et
quod & in non iure fiat. noceri enim ei cum hac lege non liceat.
tamen argumentum esse non haberi pro sacrosancto edilem. tri
bunos uetteres interimendo plebis cum primum potestatem eam
creauit. sacrosanctos esse. fuere qui interpretarentur eadē hac
horatia lege: consulibus quoq: et pretoribus quia eisdem auspici
is quibus consules crearentur eandem esse. Iudicem enim cōsu
lem appellari. que refellitur interpretatio: quod is temporibus
nondum consulem iudicem sed pretorem appellari mos fuerit.
he consulares leges fuere. Institutum etiam ab eisdem. cōss. ut
.S. C^ta. in edem cereris ediles plebis deferrent. que ante arbitrio cō
sulum supprimebantur utiabanturq: M. diulius deinde tri,

caput eius.

bunus. pl. plebem rogauit. plesq: sciuit. qui plebem sine tribunis reli
quisset, quiq: magistratum sine prouocatione creasset, tergo acca
pite puniretur. hec omnia ut inuitus, ita non aduersantibus pa
tricijs transacta. qua nondum in quenq̃ unum seuebatur.

Fundata deinde et potestate tribunitia et plebis libertate: tum tribuni
aggredi singulos tutum maturumq: iam rati: accusatorem primu;
uirginium et appium reum deliguntAppius.
Virginius. Cum diem appio uirginius di
xisset & appius stipatus iuuenibus patritijs in forum descendisset.
integrata ex rimplo est omnibus memoria fedissime potestatis.
cum ipsum satellitesq: eius audissent. Tum uirginius oratio inquit
pro dubijs rebus inuenta est. Itaq: neq: ego accusando apud uos e
um tempus teram. acuius crudelitate uos inet ipi armis uindica
stis. nec istum ad cetera scelera impudentiam in defendendo se adi
cere patiar. Omniũ igitur tibi appi claudi que impie nefarieq: per
biennium alia super alia et ausus gratiam facio. unius tantũ cri
minis nisi uindicet te a libertate in seruitutem contra legem uindi
as non dedisse: in uincula te duci iubebo. Nec in tribunitio auxilio
appius. nec in iudicio populi ullam spem habebat. attamen et tribu
nos appellauit: et nullo morante, arreptus a uiatore prouocco inquit.

Audita uox una iundex libertatis ex eo missa ore, quo iunditus im
per ad libertatem decerant. silentium fecit. et dum pro se quisq: de
os tandem esse & non negligere humana fremunt: & superbie cru
delitatq: & si feras non leues tamen uenire penas: prouocare qui p
uocationem sustulisset. et implorare presidium populi quam̃ia
ura populi obtruncasset. rapiq: in uincula egentem iure libertatis
qui liberum corpus in seruitutem adduxisset. Ippius appij inter
contionis murmur fidem populi. r. implorantis uox audiebatur:
maiorum merita in rem.pu. domi militeq: commemorabat. si
um infelix euge plebem romanam studium. quo equandarũ rerũ
causa cum maxima offensione patrum consulatu abusset. suas le
ges quibus manentibus lator earum in uincula ducatur. Ceterũ
sua propria bona malaq: cum cause dicende facultas data sit. tũ

Seeverturum :

se experturum. in presentia se cōmuni iure ciuitatis. ciuem romanum
die dicta postulare ut dicere liceat: ut iudicium populi. r. experiri: r
non ita inuidia se permutasse ut nihil in equitate et misericordia
ciuium suorum spei habeat. quod si in dicta causa in uincla ducā
tur. iterum se tribunos. pl. appellare. et monere ne imitentur quos
oderint. quod si tribuni eodem federe obligatos se fateantur tollen
de appellationis causa in qua conspirasse. x. uiros criminati sunt.
aut se prouocare ad populum: implorare leges de prouocatione et
consulares et tribunitias eo ipso anno latas. Quem enim prouoca
turum si hoc indemnato in dicta causa non liceat: cui plebeio et
humili presidium in legibus fore. si. ap. claudio non sit. sed docu
mento futurum. utrum nouis legibus dominatio an libertas fir
mata sit: et appellatio prouocatioq; aduersus magistratuū iniuriā
ostentata tantum inanibus litteris an uere data sit. Contra ea uir
ginius. unū ap. claudium et legum exptem et ciuilis et humani fe
deris esse aiebat. respicerent tribunal homines castellum omniū
scelerum: ubi. x. uiri ille perpetuus bonus, tergo sanguini ciuium
infestus. uirgas securesq; omnibus minitans. deorum hominumq;
contemptor. carnificibus non lictoribus stipatus. iam abrapinis
et cedibus animo ad libidinem uerso uirginem ingenuam ī oculis
populi r. uelut bello captam a complexu patris abreptam ministro
cubiculi sui cliēti dono dederit. Vbi crudeli decreto nefandisq;
uindiciis dextram patris in filiam armauerit. Vbi tollentes corpa
semianime uirginis: sponsum auuīq; in carcerem trudi. stupro in
terpellato magisq̄ cede motus: et ubi carcerem edificatum esse do
micilium plebis romane uocare sit solitus. Proinde ut ille iterū ac
sepius prouocet: sic se iterum ac sepius iudicem illi ferre, ni uindicias
a libertate in seruitutem dederit. Si ad iudicem non eat pro dāmato
in uincula duci iubet. Vt haud quaq̄ improbante, sic magno motu
animorum, cum tanti uiri supplicio, sua et plebi iam mimia libertas
uideretur in carcerem est coniectus. tribunus ei diem predixit.
Inter hec a latinis et hernicis legati gratulatum de concordia patrum

ac plebi romam uenerunt. Donumq: ob eam optimo maxīo
ioui coronam auream in capitolium tulere. parui ponderis.
prout res haud opulente erant. Colebantur religiones pie ı
magisq̄ magnifice. Iisdem auctoribus cognitum est sabi
nos equos uulscosq; summa ui bellum apparare. Ita q: parti
ri prouincias consules iussi. Horatio sabini ualerio equi uol
sciq: euenere. Cum ad ea bella delectum edixissent: fauore ple
bis non iuniores modo, sed emeriti etiam stipendiis: parsma
gna uoluntariorum ad̄anda nomina presto fuere. Eoq: non
copia modo, sed genere etiam militum ueteranis admixtis
firmior exercitus fuit. Priusq̄ urbem egrederentur: leges
decemuirales. quibus tabulis. xij. est nomen. in es incisas ī
publico proposuerunt. Sunt qui iussu tribunorum edilesq̄
eos ministerio scribant. Gauis claudius qui per otium. x.
uirorum scelera: et ante omnes fratris filij superbie infestus
regillum antiquam in patriam se contulerat. Is iam magn9
natu cum ad pericula eius deprecanda rediisset. cuius uita
fugerat sordidatus cum gentilibus clientibusq: in foro. pre
cabat singulos orabatq: ne claudie genti eam inustam macu
lam uellent. ut carcere et uinculis digni iuderentur. Virū
honoratissime imaginis futurum ad posteros. legum latorem
conditoremq: romani iuris iacere uinctum inter fures noc
turnos ac latrones. Auerterent parumper ab ira ad cognitiōē;
cogitationem animos: et potius unū tot claudijs deprecanti
bus condonarent q̄ propter unius odium multorum preces a
spernarentur. Sequoq: id generi ac nomini dare. nec cum eo
in gratiam rediisse. cuius aduerse fortune uelut succursum.
Virtute libertatem recuperatam esse. clementia concordiam or
dinum stabiliri posse. Erant quos mouerent sua magis pieta
te q̄ eius pro quo agebat causa. sed uirginius ut sibi potius mise
reretur orabat. filieq: nec gentis claudie regnum in plebē sor
te, sed necessariorum uirginij et trium tribunorum preces

C. claudius.

audirent: qui ad auxilium plebis creari ipsius plebis fidem atq:
auxilium implorarent. Iustiores he lacrume uidebantur. Itaq:
spe incisa prius q̄ predicta dies adesset. appius mortem sibi cōsci
uit. Subinde arreptus a Numitorio. Sp. oppius proximus i
udie quod in urbe fuerat cum iniuste uindicie a collega diceret.
Plus tamen facta iniuria oppio q̄ non prohibita iniudie fecit. testis
producitur quis ii et xx. enumerans stipendijs octies extra ordi
nem donatus. donaq: ea gerens. in conspectu populi scissa ueste ter
gum laceratum uirgis. ostendit. nubilium deprecans. quin si q
quam suam noxam reus dicere posset. priuatus iterum in se se
uiret. Oppius quoq: ductus in uincula est: et ante iudicij diem fi
nem ibi uite fecit. Bona claudij oppijq: tribuni publicauere. a
College eorum exilij causa solum uertentur. bona publicata sunt.
et M. claudius assertor uirginis. die dicta damnatus. ipso remit
tente uirginio ultimam penam dimissius. tibur exulatum abyt. M. claudius.
Manesq: uirginie mortue q̄ uiue feliciores per tot domos ad peten
das penas uagati. nullo relicto sonte tandem quieuerunt.
Ingens metus incesserat patres. multusq: iam ijdem tribunoru
erant qui. x. uirorum fuerant. Cum M. duilius tr. pl. insalu
briter modo, nimie potestatis et libertatis inquit nre. et penarū
ex inimicis satis est. Itaq: hoc anno nec diem dici cuiq̄ nec in
uincula duci quenq̄ sium passurus. Nam neq: uetera peccata
repeti iam obliterata placet. cum noua expiari sint. x. uiros
supplicijs: et nihil admissum uri quod uim tribunitiam desi
deret. Spondet perpetua consulum amborum in libertate uin̄
tuenda cura. Ea primum moderatio tribuni metum patribus
dempsit. eademq: auxit consulum inuidiam. quod adeo toti
plebis fuissent. ut patrum salutis libertatisq:. prior plebeio magi
stratui q̄ patritio cura fuisset. et ante inimicos sacietas penarū sua
rum cepisset. q̄ obuie ituros licentie eorum consules appareret. a
Multi erant qui mollius consultum dicerent. quod legum ab his la
tarum patres auctores fuissent. Neq: erat dubium quin turba

to rei.pu. statu tempori succubuissent. Consules rebus urbanis
compositis. fundatoq: plebis statu in prouincias diuersi abiere.

Valerius. Valerius aduersus conuinctos tam in algido exercitus equorum
uulscorumq: sustinuit consilio bellum. Quod si extemplo
fortune rem cõmisisset. haud scio an qui tum animi a x. uirorũ
in felicibus auspitijs romanis hostibusq: erat. magno detrimẽto
certamen statuerum fuerit. castris mille passuum ab hoste positis
copias continebat. Hostes medium inter bina castra spatiũ acie
constructa implebant. prouocantibus ad prelium. responsum ro
manis nemo reddebat. Tandem fessi stando. ac ne quicq̃ expec
tando certamen equi uulscaq: postq̃ concessum prope modum de
uictoria credebant. parsin hernicos. parsin latinos predatũ abe
unt. Relinquitur magis castris presidium q̃ satis uirium ad cer
tamen Quod ubi consul sensit reddidit illatum antea terrorẽ:
instructaq: acie ultro hostem lacessit. Vbi illi conscientia quid
alesset uirium detractauere pugnam. Creuit ex templo roma
nis animus: et pro uictis habebant. pauentes intra uallum. cũ per
totum diem stetissent inuicti ad certamen nocti cessere: et romani q̃
dem plem spei corpora curabant. Haud quaq̃ pari hostes animo r
nuntios passim trepidi ad reuocandos predatores passim dimit
tunt. Recurritur e proximis locis. ulteriores non inuenti. Vbi
illuxit egreditur castris romanus uallum mutaturus. ni copia
pugnandi fieret. et postq̃ multa iam dies erat. neq: mouebatur q̃q
q̃ ab hoste. iubet signa inferri consul. Motaq: acie indignatio e
quos et uulscos incessit. si nec hostes exercitus uallum potius q̃ uir
tus et arma tegerent. Igitur et ipsi efflagitatum a ducibus signũ
pugne accepere. Iamq: pars egressa portis erat. deincepsq: alij ser
uabant ordinem: in suum quisq: locum descendentes. Tum con
sul romanus prunisq̃ totis uiribus fulcta constaret hostium acies
intulit signa. Adortusq: nec omnes dum eductos: nec qui exicrãt
satis explicatis ordinibus prope fluctuantem turbam trepidan
tium huc atq: illuc circumspectantiũ se ac suos. addito turbatis

mentibus clamore atq: impetu inuadit. Retulere primo impetu
pedem hostes. deinde cum animos collegissent. et undiq: duces suc
tus ne cessisse essent. incarpatent restituitur pugna. Consul ex alte
ra parte romanos meminisse iubebat illo die primū liberos pro li
bera urbe romana pugnare. sibimet ipsis uicturos. non ut x. uiro
rum uictores premuī essent. Non appio ducerem geri: sed. coss.
ualerio ac liberatoribus populi r. orto liberatore ipso. ostenderent.
prioribus prelijs. per duces non per milites steuisse non uincerent.
Turpe esse contra ciues plus animi habuisse q̄ contra hostes. et domi
q̄ foris seruitutem magis timuisse. Vnam urginiam fuisse. cui?
pudicitie in pace periculum esset. Vnum appium ciuem periculo
se libidinis. At si fortuna belli inclinet omniū liberis atot milibus
hostium periculum fore. Nolle ominari que nec iuppiter neq;
mars pater passuri sunt. His auspicijs condite urbis accidere. t
Aeuentini sacriq; montis admonebat. ut ubi libertas parta esset pau
cis ante mensibus eo imperium illibatum referrent: ostenderentq:
eandem indolem militibus ro. post exactos x. uiros esse. que ante
creatos fuerit. nec equatis legibus ꝫminutam populi r. uirtutem
esse. Hec ubi inter signa peditum dicta dedit. aduolat deinde ad
equites. Agite iuuenes inquit prestate uirtute peditem ut honore
atq: ordine prestatis. Primo concursu pedes mouet hostem pulsū
uos ꝫmissis equis exigite e campo Non sustinebunt impetum et
nunc cunctantur magisq̄ resistunt. Concitant equos permittūt
q: in hostem pedestrem iam turbatum pugna: et perrupto ordinib⁹
elatis ad nouissimam aciem: parū libero spatio circūuentā fugā
undiq: capescentes. plerosq: a castris auertunt. preter equitāres
qui absterrent peditum acies: et consul ipse uisq: omnis belli fert.
in castra: captisq: cum ingenti cede maiore preda potitur Huius
pugne fama perlata non in urbem modo sed in sabinos ad alterū
exercitum. In urbe letitia modo celebrata est. In castris animos
militum ad emulandum decus accendit. Jam horatius cos ex
curionibus sufficiendo prelijsq: iuuenibus experiendo assuefecerat

sibi potius fidere q̄ meminisse ignominie. x. uirorum ductu ac
cepte. paruaq; certamina in summa totius profecerant spei. Nec
cessabant sabini ferocescere priore anno bene gesta lacessere at
q; instare: rogitantes quid latrocinij modo procursantesq; tere
rent tempus. et in multa predia paruaq; carperent summam uir
belli. quin illi congrederentur acie: inclinandamq; semel for
tune rem darent. Ad id quod sua sponte satis collectum aīorū
erat. indignitate etiam romani accendebantur. Iam alterum
exercitum uictorem in urbem redicturum sibi ultro per cōtu
melias hostem insultare. quando ante se situm non sit pares
hostibus fore. Vbi hec fremere militem in castris consul sensit.
contione aduocata. Quemadmodum inquit in algido res ge
sta sit arbitror uos milites audisse. qualem liberi populi exer
citum decuit esse. talis fuit: consilio college. uirtute militum
victoria parta est. Quod ad me attinet id consilij animiq; ha
bituros sum. Quod uos mihi effecturos & trahi bellum salubri
ter et mature perfici potest Si trahendum est. ego ut in dies
spes uirtusq; uestra crescat. eadem qua instituī disciplina effi
ciam. Si iam satis animi est. decerni placet. agite cū clamorē
qualem in aciem sublaturi estis. tollite hunc iudicem uolū
tatis uirtutisq; ure. Postq̄ mgnis clamor est sublatus. quod
bene uertat gesturum se illis morem: postero q; die se in aciē
deducturum affirmat. Reliquum diei apparandis armis
consumptum est. Postero die simul ut instructa romanā aciē
uiderunt sabini: et ipsi iam pridem auidi certaminis proce
dunt. Prelium fuit quale inter fidentes sibimet ambos exerci
tus: ueteris perpetueq; alterum glorie: alterum noua victoria
nuper elatum. Consilio etiam sabini uires adiuuere. Nā cū
equassent aciem, duo extra ordinem multa que in sinistrum
cornu romanorum in ipō certamine impressionem facerent
tenuere. Que ubi illatis ex transuerso signis degrauabant
prope circūuentum cornu, equites duarum legionum. cc.

fere ex equis desiliunt: cedentibusq: iam suis pronolant in primū
simul quoq: et hosti se opponunt. et equato primū periculo. pudo
re deinde animos pedituum accendunt. Verecundie erat. equitē
suo alienoq: marte pugnare: peditem ne ad pedes quidem degres
so equuti parem esse. Vadunt igitur in prelium a sua parte omis
sum: et locum ex quo cesserant repetunt. Momentoq: non resti
tuta modo pugna: sed inclinatur etiam in sabinis cornu. Eques
inter ordines peditum rectus se ad equos recepit. Transiolat
inde in partem alteram suis victorie nuntius. simul et hostes
tam pauidos. quippe fuso sue partis ualidiore cornu impetum
facit. Non aliorum eo periculo uirtus magis enituit. Consul
prouidere omnia. laudare fortes. increpare si cubi segnior pugna
esset. Castigati fortium tamen hominū operam edebant: tantū
q: hos pudor. quantum alios laudes excitabant. Reintegrato cla
more undiq: omnes cōnixi hostem auertunt. Nec deinde roma
na uis teneri potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti ad predā
relinquūt. Ibi non sociorum sicut in algido res. sed suas romanus
populationibus agrorum amissas recepit. Gemina uictoria duo
bus bifariam prelijs parta: maligne senatus in unū diem supplica
tiones consulum nomine decreuit. populus inuisus et altero die
frequens ijt. supplicatumq: est. et hec uaga popularisq: celebratio
studijs prope celebrior fuit. Consules ex composito eodem
biduo ad urbem accessere. senatumq: in campum martium e
uocauere. Vbi cum de rebus a se gestis agerent questu primores
patrum senatum inter mulieres dedita opera terroris causa ha
beri. Itaq: consules inde ne criminationi locus esset. in prata
flaminia ubi nunc edes apollinis est: iam tum appolinarem
appellabant auocauere senatum. Vbi cum ingenti patrum con
sensu negaretur triumphus. L. icilius. tr. pl. tulit ad populū
de triumpho consulum. Multis dissuasum prodeuntibus ma
xime. C. claudio uociferante: de patribus non de hostibus con
sules triumphare uelle. gratiamq: pro priuato merito in tribu

tum non pro uirtute honorem peti. Nunq̄ ante de triumpho per popu
lum actum. semper existimationem arbitriumq: eius honoris pe
nes senatum fuisse. ne regem quidem maiestatem sūmi ordinis ūmi
nuisse. Ne ita omnia tribuni potestati siue implorent. ut nullū pu
blicum consilium sinerent esse. Ita demū liberam ciuitatem fore.
ita quietas leges. si sua cuiusq: iura ordo. suam maiestatem teneat.
In eandem sententiam multa et a ceteris senioribus patrum cum
essent dicta: omnes tribus rogationem acceperunt. Tum primū sine
auctoritate senatus populi iussu triumphatum est. Hec uic
toria tribunorum. pl. prope in haud salubrem luxuriam uertit. cō
spiratione inter tribunos facta. ut iidem tribuni reficerentur: et quo
sua minus cupiditas emineret. cōss. quoq; continuarent magistratū.
consensum patrum causabantur: quo per contumeliam consulū iura
plebis labefactata essent. quid futurum nondum firmatis legibus. si
nouos tribunos per factiones suas consules adorti essent. Non enī
semper ualerios horatiosq: consules fore. qui libertati plebis suas op̄
preferrent. forte quadam uti ad tempus ut comitijs presset potissi
mum. M. duillo forte euenit: uiro prudenti. et ex continuatione ma
gistratus inuidiam īminentem cernenti. Qui cum ex ueteribus. tri.
negaret se ullius rationem habiturum pugnarentq: collega ut liber
tas tribus in suffragium mitteret. aut concederet sortem comitior
collegis habituris e lege potius comitia q̄ ex uoluntate patrum. I
necta contentione diuulsus. Consules ad subsellia accitos cum int'
rogasset quid de comitijs consularibus in animo haberent. respon
dissentq: se nouos consules creaturos auctores popularis sententie
haud populares. nactus in contionem cum his processit. Vbi cum cō
sules producti ad populum interrogatq: si eos populus romanus
memor libertatis per illos recepte domi. memor militie rerum q:
gestarum. consules uterum faceret quidnam factum essent. nihil
sententie sue mutassent. Collaudatis consulibus quod perseuera
rent ad ultimum dissimiles x. uirorum esse. comitia habuit. & quī
q: tribunis pl. creatis. cum prestudijs apte petentium noue tribuno

M. duillus

norum alij candidati tribus non explerent. concilium dimisit. Nec deinde comitiorum causam habuit. satisfactum legi aiebat. quę numero nusq̄ prefinito tribunis modo ut relinquerentur sanciret. et ab his qui creati essent cooptari collegas iuberet. Recitabatq: rogationis carmen. in quo si tribunos. pl. fecerit rogabat. si qui nos minus hodie. x. tr. pl. fecerint. utrum isti quos sibi collegas cooptassent. illi legitimi eadem lege tribuni plebis sint. ut illi quos hodie tribunos. pl. fecerunt. Diullius cum ad ultimum perseuerasset negando. xv. tribunos. pl. rem. pu. habere posse. iuncta collegarum cupiditate pariter patribus plebiq: acceptus. magistratu abiit. Noui tribuni. pl. in cooptandis collegis patrum uoluntatem fouerunt. duos etiam patricios consulares q:. Sp. tarpeium. & a. uetturium cooptauere. Consules creati. Sp. herminius. & T. uirginius ceriomontanus: nihil magnopere ad patrum aut plebis causam inclinati. Otium domi ac foris habuere. L. trebonius. tr. pl. infestus patribus quod se ab his in cooptādis tr. fraude captum proditumq: a collegis aiebat. rogationem tulit. ut q̄ plebem romanam tribunis pl. rogaret. is ius q: eo rogaret. dū x. tribunos faceret. insectandis patribus. Vnde aspero etiam indutum est cognomen tribunatum gessit. Inde M. geganius agrimis. & C. iulius. coss. facti: continere tribunorum aduersus nobilium iuuentutem ortas. sine insectatione potestatis eius conseruata maiestate patrum sedauere: plebem decreto ad bellum iuniscorum et equorum delectu sustinendo rem a seditionibus continuere. Vrbano quoq: otio foris omnia tranquilla esse affirmantes per discordias ciuiles externos extollere animos. Cura pacis concordie quoq: intestine causa fiunt. Sed alter semper ordo grauis alterius molestie erat. Quiescenti plebi a iuuenibus patrum iniurie fieri cepte. Vbi tribuni auxilio humiliori bus essent in primis patrum proderat. Deinde ne ipsi quidem ūnio lati erant. Vtiq: postremis mensibus cum et per contentiones potentiorum iniuria fieret. et ius potestatis omis aliquanto posteriore anni parte languidior ferme esset. Iamq: plebs uita in tribunatu poñe

aliquid speri si similes sicinio tribunos haberet. nomina tantum sed bien
nio habuisse Semotes contra patrum ut nimis feroces suos credere iu
uenes Ita malles si modus excedendi esset: suusq; aduersarijs superesse
animos. adeo moderatio tuende libertatis. dum equari uelle simu
lando. itaq: se quisq; extollat ut deprimat alium in difficili est.
cauendoq: ne metuant homines metuendos ultro se efficiunt. et
iniuriam a nobis repulsam tanq̄ aut facere aut pati necesse sit, ī
iungimus alijs. Titus quintius capitolinus quartum et Agrippa
furius cōss. inde facti. Nec seditionem domi nec foris bellum acce
perunt. sed imminebat utrūq;. Iam non ultra discordia ciuuī re
primi poterat. et tribunis et plebe incitata in patres. cum dies ali
cui nobilium dicta nouis semper certaminibus contionem turba
ret. Ad quarum primū strepitum uelut signo accepto arma cepere
equi ac uulsci. simulq: persuaserant his duces cupidi predarii bien
nio ante delectum indictum habere non potuisse. abnuente iam
plebe imperium. eo aduersus se non esse missum exercitum. dis
solui licentia militandi morem: nec pro cōmuni iam patria roma
esse. Quicquid iratum simulatumq: cum externis fuerit in ipos
uertit. Occecatos lupos intestina rabie opprimendi occasionē esse.
Conuictus exercitibus latinū primū agrum populati sunt. de
inde postq̄ ibi nemo uindex occurrebat. tum uero exultantibus
belli auctoribus ad menia ipa rome pabulabundi regione porte
exquiline accessere. uastationem agrorum per contumeliā urbi
ostentantes. Vnde postq̄ multi predam per se agentes. retro ad
corbionem agmine iere. Quintius. cōss. populum ad contio
nem uocauit. Ibi in hanc sententiam locutum accipio. et si mihi
nullius noxe conscius quirites sum. tamen cum pudore summo
in contionem uram̄ processi. hoc uos scire hoc posteros memorie
traditum iri. Equos et uulscos uix hernicis modo pares. tito
quintio quartum consule ad menia urbis rome impune ar
matos uenisse. Hanc ego ignominiam quanq̄ iam diu ita uinci

ıſ ſtatuſ rerum eſt: ut nihil boni diuiner animuſ. ſi huc potiſſimū
īminere anno ſciſſem. uel exilio uel morte ſi alia fuga honoriſ nō
eſſet uitaſſem. Ergo ſi uiroſ arma illa habuiſſent. quę in portiſ
fuere noſtriſ. capi roma me. coſ. potuit. Satiſ honoꝝ ſatiſſuperq;
uite erat: mori conſulem tertium oportuit. Quem tandem igna
uiſſimi hoſtium contempſere. noſ. coſ. an uoſ quiriteſ? Si culpa
in nobiſ eſt. auferte imperium indigniſ: & ſi id parum eſt. inſu
per penaſ expetite. Si in uobiſ: nemo deorum nec hominū ſit q̄
uīa puniat peccata quiriteſ. Voſmet tantum eorum penitear. Nō
illi uraī ignauiam contempſere. nec ſine uirtuti conſili ſiunt. Qui
pe totienſ fuſi fugatiq: caſtriſ exuti. agro mulctati ſub iugū miſſi.
et ſe et uoſ nouere. Diſcordia ordinum eſt uenenum urbiſ huiuſ
patrum ac plebiſ certamina dum nec nobiſ imperij. nec nobiſ li
bertatiſ eſt modus. dum tedet uoſ patritiorum. hoſ plebeiorum
magiſtratuū: ſuſtulere illi animoſ. fidem protulit. Quid uobiſ
multiſ? tribunoſ pl. concupiſtiſ. concordie cauſa conceſſimuſ. de
cēuiroſ deſideraſtiſ: creari paſſi ſumuſ. x. uirorum uoſ pertęſum
eſt: coegimuſ abire magiſtratu. Manente in eoſdem priuatoſ ira
uīa mori atq; exulari nobiliſſimoſ uiroſ honoratiſſimoſq; paſſi
ſumuſ. Tribunoſ plebiſ creare iterum uoluiſtiſ: creaſtiſ. cōſuleſ
facere uīarum partium et ſi patribuſ ſuadebamuſ iniquū patri
tium quoq; magiſtratum plebi donū fieri iudimuſ. auxiliū
tribunitium. prouocationem ad populum. ſcita plebiſ. uīa
patribuſ ſub tumulo equandarum legum noſtra iura oppreſſa
tulimuſ et ferimuſ. Qui finiſ erit diſcordiarum? et quando
unam urbem habebit: et quando cōmunem hanc eſſe patriam
licebit? Victi noſ equiore animo queſcimuſ q̄ noſ uictoreſ.
Satiſne eſt nobiſ uoſ metuendoſ eſſe: aduerſuſ noſ auentinum
capitur. aduerſuſ noſ ſacer occupatur mons. Exquiliaſ quī
dem ab hoſte prope captaſ: et ſcandentem in aggerem uix ſcu
hoſtem nemo ſubmouit. In noſ uiri. in noſ arma eſtiſ. Agite

dum ubi hic curiam circumsederitis et forum infestum feceritis. et car
cerem impleueritis principibus. hisdem istis ferocibus animis egredi
mini extra portam exquilinam aut si non hoc quidem audetis. ecmu
ris tutis agros uros. ferro igniq; uastatos. predam abigi: fumare in
censa passim tecta. At enim communis res per hec loco est prior. ager
uritur: urbs obsidetur. belli gloria penes hostes est. Quid tandē pri
uate res uire. in quo statu sint. tam unicuiq; ex agris sua damna
nuntiabuntur. Quid est tandem domi unde ea expleatis? Tribu
ni uobis amissa reddent ac restituent. Vocis uerborumq; satis quā
tum uoletis ingerent: et criminū in principes: et legum aliarū super
alias: et contionum. Sed ex illis contionibus nunq̄ urm quisq̄ forti
nator domum anctior ue redijt. At quis retulit aliquid ad comu
gem ac liberos preter odia offensiones simultates publicas priuatasq;.
a quibus semper non uirtute innocentiaq; sed auxilio tuti sitis
alieno. At hercule cum stipendia nobis consulibus non tribunis duci
bus et in castris non in foribus faciebatis: et in acie urm clamorem
hostes non in contione patres romanos horrebant preda parta. agro
ex hoste capto. plena fortunarum gloriaq; simul publice simul priua
te. triumphantes domū ad penates redibatis. Nunc oneratum ue
stris fortunis hostem abire sinitis. herete adfixi contionibus et in
foro uiuite. Sequitur uos necessitas militandi quā fugitis. grauc
erat in equos et uultis pedites proficisci: ante portas est bellum. si inde nō
pellitur. iam intra menia erit: et arcem et capitolium scandet. et
in domos uras uos prosequetur. Biennio ante senatus delectum
haberi. et duci exercitum in algidum uetitum. Sedemus desides
domi mulierum ritu inter nos altercantes presenti pacem et
cernentes ex otio illo brem multiplex bellum rediturum. his
ego grauora dictu alia esse scio. Sed me uera pro gratis loqui
et si meum ingenium non moneret necessitas cogit. Vellem equi
dem uobis placere quirites. sed multo malo uos saluos esse qua
licunq; erga me animo futuri estis. Natura hoc ita comparatū

est ut qui apud multitudinem sua causa loquitur. grauior cõsit.
cuius mens nihil preter publicum commodum uidet. nisi forte
assentatores publicos plebicolas ustos. qui uos neu armis nec in
otio sinunt. ura uos causa incitare et stimulare putatis. Concita
ti aut honori aut questui illis estis. et qua in concordia ordinũ
nullos seu sq̃ esse uident. male rei q̃ nullius turbarum ac seditionũ
duces esse uolunt. Quarum rerum si uos tedium tandem caper
potest. et patrium uõsq: antiquos mores multis pro his nouissi
mere, nulla supplicia recuso. nisi paucis diebus hos populatores
agrorum nr̃orum fusos fugatosq: castris excuero: et aperti ter̃is
menibusq: ad illorum urbes hunc belli terrorem quo nũc uos a
tteniti estis transtulero. Raro alia tribuni populares oratio ac
ceptior plebi q̃ tunc seueritissimi consulis fuit. Iuuentus quoq:
que inter tales menis detractionem militie. utilium acerrimũ aduer
sus patres habere solita erat. arma et bellum spectabat: et agrestium
fuga spoliaq: in agris et uulnerati fediora his que subiciebantur
oculis nunciantes. totam urbem ira impleuere. In senatum ubi uen
tum est. ibi uero in quintium omnes uersi ut unũ undicẽ libertatis maiestatis
romane intueri. et primores patrum dignam dicere contionem im
perio consulari: dignam tot consulatibus ante actis. dignam uita
omnium plena honorum. sepe gestorum. sepius meritorum. alios
cõss. aut per productionem dignitatis patrum plebi adulatos. aut
acerbe tuendo iura ordinis asperiorem domando multitudinem
feciss. T. quintium orationem memorem maiestatis patrium con T. quintius.
concordieq: ordinũ et temporum in primis habuisse. Orare eũ
collegamq: ut capescerent rem pu. orare tribunos ut uno animo
cum consulibus bellum ab urbe ac menibus propulsari uellent.
plebemq: obedientem in re tam trepida patribus preberent. Appel
lare tribunos communem patriam auxiliumq: eorum implora
re. Vastatis agris urbe prope oppugnata. consensu omniũ dictat9
decernitur haberiq:. Consules cum in contione pronũciassent
tempus non esse causas cognoscendi. omnes iuniores postero die

prima in campo martio adessent. cognoscendas causas eorum qui nomina non dedissent. bello perfecto se daturos tempus. pro deserto re futurum cuius non probassent causam. Omnis iuuentus affuit postero die. Cohortes sibi quoq: centuriones legerunt. Bini senatores singulis cohortibus prepositi. Hec omnia adeo matura perfecta accepimus ut signo eo ipso die a questoribus ex erario prompta delataq: in campum: quarta diei hora mota ex campo sint: exercitusq: nouus paucas cohortibus ueterum militum uoluntate sequentibus manserit ad decimum lapidem. Inseques dies hostem in conspectu dedit. castraq: ad corbionem castris sint coniuncta. Tertio die cum ira romanos illos cum totiens rebellas sent conscientia culpe ac desperatio irritarent. mota dimicandi nulla facta est. In exercitu romano cum duo consules essent potestate pari. quod salubertimum in administratione magnarum rerum est. summa imperij concedente agrippa. penes collegam erat. et prelatus ille facilitati sui mittentis se comiter respondebat: communicando consilia laudesq; et equando imparem sibi in acie

Pugna

Quintius dextrum cornu. Agrippa sinistrum tenuit. Sp. postumius albo legato datur media acies tuenda. Legatum alium. P. sulpitium equitibus preficiunt. Pedites a dextro cornu egregie pugnauere. haud sequiter resistentibus uolscis. P. sulpitius per mediam hostium aciem cum equitatu percurrit. Vnde cum eode reuerti posset ad suos primoq; hostis turbatos ordines reficeret. terga impugnare hostium satius uisum est. Momentoq: temporis in aduersam incurrendo aciem anceps terrore dissipasset hostem suo proprio prelio equites uolscorum et equorum exceptum aliquandiu tenuissent. Ibi uero sulpitius negare cunctandi tempus esse circumuentos intercluso sq: a suis uociferans. ni equestre prelium connixi omni ui perficerent. Nec fugare multum interdum satis esse. conficerent equos uiros q: ne quis reuertatur inde ad prelium aut integraret pugnam. Non posse illos resistere sibi quibus confertis peditum acies cessisset. Haud surdis auribus dicta

P. sulpitius.

Impressione una totum equitatum fudere magna ui ex equis precipitauere. ipsos equosq; spiculis confodere. Is finis pugne equestris fuit. Tunc adorti peditum aciem nuntios ad consules rei geste mittunt. ubi iam inclinabatur hostium acies. Nuntius deinde et uincentibus romanis animos auxit. et referentes gradu pertulit equos. in media primum acie iunci cepti: quia premissius equitatus turbauerat ordines. sinistrum deinde cornu a quinto. cos. pelli ceptum. In dextro plurimum laboris fuit. Ibi agrippa etate uiribusq; ferox cum omni parte pugne melius rem geri q̄ apud se uideret, accepta signa a signiferis ipse inferre. quedam iacere etiam in confertos hostes coegit. Cuius ignominie metu mutati milites in uia sere hostem. Ita equata ex omni parte uictoria est. Nuntius tum a quintio uenit: Victorem se iam ūminere hostium castris: nolle irrumpere anteq̄ sciat debellatum et in sinistro cornu esse. Si iam fudisset hostes conferet ad se signa. ut sil' omnis exercitus preda poturetur. Victor agrippa cum mutua gratulatione ad uictorem collegam castraq; hostium uenit. Ibi pauci defendentibus momentoq; fusis sine certamine ūmunitiones irrumpunt. predaq; ingenti compotem exercitum suis etiam rebus recuperatis que populatione agrorum amisse erant reducunt. +

Agrippa.

Quintius.

Triumphum nec ipsos postulasse nec delatum his a senatu accipio. Nec traditur causa spreti aut non sperati honoris. Ego quantum in tanto uterualllo temporum comicio cum ualerio atq; horatio. coss. qui preter multos et equos. sabini etiam belli perfecti gloriam peperierant. negatus triumphus a senatu esset. uerecundie fuit pro parte dimidia rerum consulibus petere triumphum: ne etiam si impetrassent, magis hominum ratio q̄ meritorum habita uideretur. Victoriam honestam ex hostibus partam. turpe domi de finibus sociorum iudicum populi deformauit. Arcini atq: ardeates de ambiguo agro cum sepe certassent. multis mutuis cladibus fessi iudicem populum r. cepere. Cum ad causam orandam uenissent: concilio populi a magistratibus dato ma

Turpe iudicium

gna contentione actum. Iamq: editus testibus cum tribus uocari et populum iure suffragium oporteret. Consurgit. P. captius de plebe magno natu. Et si licet inquit consules de re pu. dicere errare populum in hac causa non patiar Cum ut uanum cum negarent consules audiendum esse. uociferantemq: prodi publicam causam submouerj iussissent tribunos appellat. Tribuni ut fere semper reguntur a multitudine magisq̄ regunt: dedere cupide audiendi plebi utque uellet. P. captius diceret. Ibi infit annum. se tertium et octuagesimum agere: et in eo agro de quo agitur militasse. nō minorē uicesima iam stipendia merentem. Cum ad coriolos sit bellatum eorem se uetustate obliteratum. Ceterum sue memorie infixam afferre. agrum de quo ambigitur finium coriolanorum fuisse. captiq: coriolis iure belli publicum populi r. factum. Mirari se quonam modo audeatis aut cuiq: cuius agri uis nunq̄ usurpauerint. incolumi coriolana re. cum se a populo r: quem pro domino iudicē fecerint intercepturos sperent. Sibi exiguum iure tempus superesse. non potuisse se tamen inducere in animum quin quem agrū miles pro parte uirili manu cepisset. tum senex quoq: uoce qua una posset uindicaret. Magnopere se suadere populo ne intuli pudore suam ipse causam damnaret. Consulesq cum. P. captium non modo silentio. sed cum assensu etiam audiri animaduertissent: deos hominesq: testantes. flagitium ingens fieri patrum principes accersiunt. Cū his circūire tribunos. orare ne pessimum facinus peiore exemplo admitterent: iudices in suam rem litem uertendo: cum presertim etiam si fas sit curam emolumenti sui iudicis esse: nequaq̄ tantū agro intercipiendo acquiratur. quantum amittatur alienandis iniuria sociorum animis. Nam fame quidem ac fidei damna maiora esse q̄ que existimari possent. Hoc legatos referre domum hoc uulgari Hoc socios audire. hoc hostes. Quo cum dolore hos. quo cum gaudio illos: Captio ne hoc contionali seu assignatiuo putarent finitimos populos? clarum hac fere imagine. P. captiū populum r. quadruplatoris et interceptoris huius alienę persona,

P. captius.

laturum. quem enim priuate rei iudicem fecisse. ut sibi controuer
siosam adiudicaret rem. P. captium ipsum id quidem. et si pre
mortui iam sit pudoris non facturum. Hec consules. hec patres.
uociferantur. sed plus cupiditas & auctor cupiditatis. P. captius
ualet. Vocate tribus iudicauerunt agrum publicum populi r. ee.
Nec abnuitur ita fuisse si ad iudices alio situm foret Nunc haud
sane quicq bone cause leuatur dedecus iudicij. idq: non arcinis
ardeatibusq: q patribus romanis fedius atq: acerbius uisum est.
Reliquum annu quietum ab urbanis motibus et ab externis mansit.

EXPLICIT. LIBER. TERTIVS. INCIPIT. LIBER. QVARTVS.

HOS. SECVTI. M. GENVTIVS. ET. P. CVRI
atius cos. fuit annus domi foriscq: infestus. Nam
annu principio. et de connubio patrum et plebis
C. camuleius. tr. pl. rogationem promulgauit qua
contaminari sanguinem suum patres confundiq: iura gentium
rebantur. et mentio primo sensim illata a tribunis ut alterum
ex plebe consulem liceret fieri. eo processit deinde ut rogationem
nouem tribuni promulgarent. ut populo potestas esset. seu de
plebeis seu de patribus uellet consules faciendi. Id uero si fieret
non uulgari modo cum infimis. sed prorsus auferri a primori
bus ad plebem summum imperium credebant. Leti ergo audie
re patres ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati de
fecisse. et uehientes populantes extrema agri romani. et uulsos
equosq: ob communitam uerruginem fremere. ad eo uel infelix bel
lum ignominiose pacis preferebant. Sic itaq: in maius etiam accep
tus ut inter strepitum tot bellorum conticiscerent actiones tribu
nitie. delectus haberi bellum armaq: in summa apparari iubet.
si quo intentius possint q. T. quintio. cos. apparatum sit. Tum

M. genutius.
P. curiatius.

C camuleius.

C. camuleius pauca in senatu uociferatus. ne quid territando consules auerterent plebem a cura nouarum legum. nunc eos se uno delectum habituros: antea ea que promulgata a se collegisset esset. plebs sciuisset et confestim ad contionem uocauit. Eodem tempore et consul senatum in tribunū. et tribunus populum in consulem incitabat. Negabant consules iam ultra ferri posse furores tribunitios. Ventum iam ad finem esse. do plus in belli concitari quid foris. Id adeo non plebis quid patrum neq: tribunorum magis quid consulum culpa accidere. Cuius rei premium sit in ciuitate. eam maximis semper auctibus crescere sic pace bonos sic bello fieri. maximum rome premiū seditionum esse. Id et sigulis uniuersisq: semper honori fuisse. reminiscerentur quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepissent. quam liberis tradituri essent. ut quemadmodum plebs gloriari posset auctore amplioremq: esse: finem ergo non fieri nec futuram donec quid felices seditiones tam honorati seditionū auctores essent. Quas quantasq: res. C. camuleium aggressum. collusionem gentium perturbationem auspitiorum publicorum priuatorumq: afferre: Nequid sinceri neq: incontaminati sit. ut discrimine omni sublato nec se quisq nec suos nouerit. Quam enim uim aliam cōnubia promiscua habere. nisi ut ferarum properitu uulgentur concubitus plebis patrumq:. Vt qui natus sit ignoret cuius sanguinis quorum factorum sit. dimidius patrū sit. dimidius plebis. Nec secum quidem ipse concors parium iudicet. quod omnia diuina humanaq: turbentur? Iam ad cōsulatum uulgi turbatores accingi. et primo ut alter consul ex plebe fieret. id modo sermonibus tentasse. Nunc rogari ut seu ex patribus seu ex plebe uelit populus consules creet et creaturos haud dubie ex plebe seditiosissimū quenq:. Camuleios igitur ictios q: consules fore. Ne id iuppiter optimus maximus sineret. regie maiestatis imperium eo recidere. et semel mortuos potius quid ut tantum dedecoris admitti patiantur? Certū ha

bere maiores quoq: si diuinassent, concedendo omnia non mitiorē
in se plebem sed asperiorem. alia ex aliis iniquiora postulando.
cum prima impetrasset futuram. primo quamlibet dimicatio
nem subituros fuisse potiusq; ea lege sibi imponi paterentur.
quia concessum sit de tribunis. iterum concessum esse finem
non fieri posse in eadem ciuitate. tribunos plebis et patres esse.
aut hunc ordinem aut illum magistratum tollendum esse.
potuisq: sero q̄ nunq̄ obuiam eundum audatie temeritatiq: il
li. Neue impune primo discordias serentes concitent finitimā
bella: deinde aduersus ea que concitauerint armari ciuitatē
defendiq: prohibeant. et cum hostes tantum accersierint, ex
ercitus conscribi aduersus hostes non tantum patiantur. sed
audeat camuleius in senatu proloqui. semis suas leges. tanq̄
uictoris patres accipi sinant. delectum haberi prohibiturum.
Quid esse aliud q̄ minari se prodituruꝫ patriam, oppugnaturū
atq: capi passurum? quid eam uocem animorum non plebi ro
mane. sed uulsci et equi. et uehientibus allaturam? Non ne
camuleio duce se speraturos capitolium atq: arcem scandere
posse? Si patribus tribuni cum iure ac maiestate adempta
animos etiam eripuerint. consules paratos esse duces prius
aduersus scelus ciuiū q̄ aduersus hostium arma. Cum maxie
bec in senatu agerentur. camuleius pro legibus suis et aduersus
consules ita disseruit. Quantopere uos quirites contemneret
patres. q̄ indignos duceret, qui una secum urbe intra eadē meni
a uiueretis, sepe equidem et ante uideor animaduertisse. Nunc
tamen maxime, quod eo atroces in has rogationes uras coorti sunt.
Quibus aliud quid q̄ admonemus concilies nos eorum esse: et si
non easdem opes habere. eandem tamen patriam incolere. Alte
ra connubium petimus: quod finitimis externisq: dari solet. A
Nos quidem ciuitatem que plusq̄ cōnubiū est hostibus etiam nec
tis dedimus. Altera nihil noui ferimus: sed id quod populi est
reperimus atq: usurpamus: ut quibus uelit populus romanus

Oratio camulei.

honores mandet. Quid tandem est cur celum ac terras misceant? cur in me impetus modo pene in senatu sit factus. Negantes se manibus temperaturos uiolaturosq: denuncient sacrosanctam potestatem. si populo r. liberum suffragium datur: ut quibus uelit consulatum mandet. Et quare preciditur spes plebeio quoq: si dignus summo honore erit. adipiscendi summi honoris gradum et dignitatem? propter quod stare urbs hec non poterit. de imperio actum est: et perinde hoc ualet plebeius. ne consul fiat tanq seruus aut libertinum alius quis consulem futurum dicat. et quid sentitis in quanto contemptu uiuatis? Lucis huius uobis partem licet adimant? quod spiratis. quod uocem mittitis, quod formas hominum habetis indignantur. et

Quid enim sibi displicet? Ne fas aiunt esse consulem plebeium fieri. o

O hecto uos si non ad fastos non ad commentarios pontificum admittuntur. nec ea quidem scimus que omnes peregrini etiam sciunt. consulem in locum regum successisse. negant uirus aut maiestatis quicq̃m habere. quod non in regibus ante fuerit. En numq̃ creditus fando audituum esse. Numam pompiliũ non modo quidem patritiũ. sed ne ciuem quidem romanum ex sabino agro accitum. populi uirtute utrumq; rome regnasse. L. deinde tarquinium non romane modo sed ne italice quidem gentis. demarathi corinthij filium incolam a tarquiniis uirus liberis anci regem factum. Ser. tullium post hũc captiua corniculana natum. patre nullo. matre seruia. ingenii uirtute. regnũ tenuisse. Quid enim de tito tatio sabino dicam? quem ipse romulus parens urbis in societatem regni accepit? Ergo dum nullum fastiditur genus in quo eniteret uirtus. creuit imperium romanũ. Peniteat nunc uos plebeij consulis. cum maiores tri aduenas reges non fastidierint. et ne regibus quidem exactis clausa urbs fuerat peregrine uirtuti. Claudiam certe gentem p̃ reges exactos ex sabinis non in ciuitatem modo accepimus sed etiam in patritiorum numerum. ex peregrino ne patritius deinde et consul fiat ciuis romanus. si sit ex plebe precisa consulatus spes erit. Vtrum tandem non credimus fieri posse ut uir fortis ac strenu

Numa pompilius.

L. tarquinius.

Ser. tullius

T. tabinus

Romulus.

Peniteat

: ut pace :

usſ pace belloq; bonus ex plebe ſit. Nume. L. tarquinio. Ser. tullo. ſimi
lis? An ſi ſit quidem ad gubernacula rei. pu. accedere eum patiemur?
potiusq; x. uiros tetrrimis mortalium qui tum omnes ex patribus
erant. q̃ optimis regum nouus hominibus simules consules sumus
habituri. At enim nemo post reges exactos de plebe consul fuit. ¶
Quid postea. nulla ne res noua debet institui? et quod nondũ factum
est. multa enim nondum sunt facta in nouo populo. ea ne si utilia
quidem sunt fieri oportet? Pontifices. augures romulo regnante
nulli erant. a numa pompilio creati sunt. Census in ciuitate et
descriptio centuriarum classiumq; non erat. a. Ser. tullo est facta.
Consules nunq̃ fuerant. regibus exactis creati sunt. Dictatoris nec
imperium. nec nomen fuerat. apud patres esse cepit. Tribuni. pl. ¶
Ediles, questores nulli erant: institutum est ut fierent. decemuiros
legibus scribendis intra bos. x. annos et creauimus & rei. pu. sta
tuimus. Quis dubitat quin in eternum urbe condita in imẽsũ
crescente. noua imperia, sacerdotia, iura gentium hominumq; isti
tuantur? hoc ipsum ne connubium patribus cum plebe esset. nõ
x. uiri tulerunt. paucis his annis pessimo exemplo cum summa
iniuria plebis? An esse ulla maior aut insignior contumelia po
test q̃ partem ciuitatis uelut contaminatam indignam cõnubio
haberi. Quid est aliud q̃ exilium intra eadem menia. q̃ relega
onem pati: ne affinitatibus ne propinquitatibus imisceamur: ca
ueant ne societur sanguis? Quid hoc sic polluit nobilitatem ista
uestram. quam plerisq; oriundi ex albanis ex sabinis non genere
nec sanguine. sed per coadoptionem in patres habentis aut a regi
bus lecti aut post reges exactos. iussu populi? sinceram seruare
priuatis consiliis non poteratis nec ducendo ex plebe. nec uestras
filias sorores q; etiam nubere sinendo e patribus. nemo plebeius patri
tie uirgini uim afferret. patritiorum ista libido est. Nemo inuitũ
pactionem nuptialem quenq; facere coegisset. Verum enim uero
lege prohiberi et cõnubium tolli patrum ac plebis. id demũ cõtu
meliosum plebi est. Cur enim non conferris ne sit cõnubiũ diuiti

bus ac pauperibus. quod priuatorum consiliorum ubiq: semper
fiunt. ut inquam cuiq: femina conuenisset domum nuberet: ex
qua pactus esset. uir domo in matrimoniū duceret. Id uos sub
legis superbissime uincula conicitis qua durimatis societatem
ciuilem duasq: ex una ciuitate faciatis. Cur non sancitis ne
uicinus patritio sit plebeius. nec eodem itinere eat. nec idem cō
uiuiū ineat: nec in foro eodem consistat. Quid enim in re est ali
ud. si plebeiam patritius duxerit? si patritiam plebeius? quid ui
ris tandem mutatur? Nempe patrem sequuntur liberi. Nec
quod nos ex cōnubio uīro petamus quicq̄ est. preterq̄ ut homi
nū ut ciuiū numero simus. Nec uos nisi in contumeliam igno
miniamq: nrām certare uidear. quod contemnatis quicq̄ est. ¶
Deinde utrum tandem populus. an urīm sūmū imperium est. Re
gibus exactis utrum uobis dominatio an omnibus equa libertas
parta est. oportet licere populo. r. sluelit uelle legem: an ut q̄q:
rogatio promulgata erit. uos delectum propena decernatis. et
simul ego tribunus uocare tribus in suffragium cepero. tu statim
consul sacramento adiges: et in castra educes: et minaberis ple
bi. minaberis tribuno? Quid si non quantum iste mine aduer
sus plebis consensum ualerent. bis iam experti essent? Scilicet
qua nobis consultum uolebatis. certamine abstinuistis. an
ideo non est dimicatum. quod que pars firmior. eadē modestio
or fuit. Nec nunc erit certamen quirites: animos uros illi ten
tabant semper. uires non experientur. Itaq: ad bellum usta seu
falsa seu uera sint consules. parata uobis plebs est. si cōmubis red
ditis. unam hanc urbem facitis. si coalescere si ungi misceriq:
uobis priuatis necessitatibus possiunt. si spes. si aditus ad hono
res uiris strenuis et fortibus datur. si in consortio. si in societa
te rei pu. esse. si quod eque libertatis est. inuicem annuis magi
stratibus parere atq: imperare licet. Si hec impediat aliquis. fer
te sermonibus et multiplicate fama bella. Nemo est nomen
daturus. nemo arma capturus. nemo dimicaturus p superbis

dominis. cum quibus nec in re.pu. honorum nec in priuata con
nubij societas est. Cum in contionem et consules processissent. &
rec a perpetuis omnibus in altercationem uertussent. Interrogā
ti tribuno cur plebeium consulem fieri non oporteret. Vt fortas
se uere sic parum utiliter in presens certamen respondit. quod
nemo plebeus auspitia haberet. Ideoq: x. uiros connubium
diremisse. ne incerta prole auspitia turbarentur. plebs ad
id maxime indignatione exarsit. quod auspicari tanq̄ iuui
si dijs immortalibus negarentur posse. Nec ante finis contenti
onum fuit. cum et tribunum acerrimū auctorem plebs na
cta esset: et ipā cum eo pertinatia certaret. q̄ uicti tandem pa
tres. ut de connubio ferretur consensere: Ita maxime rati
contionem de plebeis consulibus. tribunos aut totam depo
situros. aut post bellum dilaturos esse. contentam interim
cōnubio plebem paratam delectu fore. Cum camuleus uic
toria de patribus: et plebis fauore ingens esset. accensi alij
tribuni ad certamen pro rogatione sua sūma ui pugnant.
et crescente in dies fama belli delectum impediunt. Cōsules
cum per senatum intercedentibus tribunis. nihil agi posset.
consilia principum domi habebant. Apparebat aut hostibo
aut ciuibus de uictoria concedendum esse. Soli ex consu
laribus. Valerius atq: horatius non interuerant consilijs. C.
claudij sententia consules armabat in tribunos. Quintio
rum cincinnatiq: et capitolini sententie abhorrebant accede.t
uolandisq: quos federe icto cum plebe sacrosanctos accepis
sent. Per hec consilia eo deducta res est. ut tribunos militum
consulari potestate promiscue ex patribus ac plebe creari sineret.
De consulibus creandis nihil mutaretur. Eoq: contenti tribuni cō
tenta plebs fuit. Comitia tribunis consulari potestate tribus
creandis indicuntur. Quibus indictis ex templo quicunq:
aliquid seditiose dixerat aut fecerat: hunc q̄ maxime tribu
nitij et prensare homines et concursare toto foro candidati ce-

Camuleus.

Valerius.
Horatius.
C claudius.

pere. Vt patritios desperatio primo incrata plebe adipiscendi hono
ris: deinde indignatio si cum his gerendus esset honos deterre
ret. Postremo coacti tamen a primoribus petere. ne cessisse pos
sessione rei.pu. iuderentur. Euentus eorum comitiorū docuit.
alios animos in contione libertatis dignitatisq;. alios secundū
deposita certamina incorrupto iudicio esse. tribunos enim oīs
patritios creauit populus: contentus eo quod ratio habita plebeio
rum esset. Hanc modestiam equitatemq; et altitudinem animi.
ubi nunc in uno inuenerit quę populi uniuersi fiunt? Anno
cccᵒ xᵉ. q̄ urbs roma condita erat. primum tribuni militum
pro consulibus magistratum ineunt. A. sempronius atratinus
L. acilius. T. celius. quorum in magistratu concordia domi
pacem etiam foris prebuit. Sunt qui propter adiectum equo
rum uulscorumq; bello et ardeatium defectioni uebiens bel
lum. quia duo consules obire simul tot bella nequirent. tribu
nos militum tres creatos dicant. sine mentione promulgate le
gis de consulibus ex plebe creandis. et imperio et insignibus cō
sularibus usos. Non tamen pro firmato iam stetit magistra
tus eius rei: quia tertio mense q̄ inierunt augurum decreto
pro inde ac uitio creati honore abiere: quod c. curiatus qui e
orum comitiis prefuerat. parum recte tabernaculum cepisset.
Legati ab ardea romam uenere: ita de iniuria querentes ut si
deprecetur ea: in fedus atq; amicitia mansuros. restituto ag⁹.
appareret. A senatu responsum est. iudicium populi a senatu
rescindi non posse. preterq̄ quod nullo nec exemplo nec iure fieret.
concordie etiam ordinum causa. si ardeates sua tempora expec
tare uellint: arbitriumq; senatui leuande iniurie sue permittāt.
fore ut post modo gaudeant se ire moderatos. Sciantq; patribus
eque cure fuisse. ne qua iniuria in eos oriretur ac ne orta diuti⁹.
na esset. Ita legati cum spem integram relaturos dixissent comi
tes dimissi. Patritij cum curuli magistratu respu. esset. coepere. &
inter regem creauere. Contentio. consulem ne an tribunum mili

tum moriatur in interregno rem dies compluresq; tenuit. Interrex
ac senatus consulum comitia. tribuni .pl. & plebeij. tribunorum
militum ut habeantur tendunt. Viceruntq; patres quia et plebs pa
triciis seu hunc seu illum delatura honorem frustra certare super
sedit: et principes plebis ea comitia malebant. quibus non habere
tur ratio sua. q̄ quibus ut indigni prereferentur. Tribuni quoq;
plebis certamen sine effectu in beneficio apud primores patriū
reliquere. T. quintius barbatus interrex consules creat. L. papi
rium mugilanum. L. sempronium atratinum. His consulib⁹
cum ardeatibus fedus renouatum est. Idq; monumenti est con
sules eos illo anno fuisse qui neq; in annalibus priscis neq; ī libris
magistratuum inueniūtur. Credo quod tribuni .mil. in initio ā
ni fuerunt: eo perinde ac si totum annū in imperio fuerint: suf
fectis his consulibus preterminsa nomina consulum. horum. lici
nius macer auctor est: et in federe ardeatino et in libris linteis ad
monete inuentis. et forte cum tot terrores a finitimis ostentati es
sent. et domi otium fuit. Hic annus seu tribunos modo seu tribu
nis suffectos consules quoq; habuit. Sequitur annus haud
dubie cōs. M. geganio macerino iterum. T. quintio capitoli
no quintum cos. Idem hic annus censure initium fuit. rei a
parua origine orte. que deinde tanto incremento aucta est. ut mo
rum disciplineq; romane. penes eam regimen senatus equitumq;
centuriis decorisq; discrimen sub ditione eius magistratus.
publicorum uis priuatorumq; uectigalia populi .r. sub nutu
atq; arbitrio essent. Ortum autem initium est rei. quod in po
pulo per multos annos incenso. neq; differri census poterat. neq;
consulibus cum tot populorum bella imminerent operae erat id ne
gotium agere. mentio illata a senatu est. rem operosam ac mi
nime consularem suo proprio magistratu egere. cui scribarum
ministerium custodieq; et tabularum causa cui arbitrium for
mule censende subiceretur. et patres quanq̄ rem paruam. tamen
quo plures patritij magistratus in re pu. essent leti accepere. id

L. papirius mugilanus.
L. sempronius atratinus.

Licinius macer.

Initium censure.

quod euenit futurum credo etiam ran .ut mox opes eorum qui
preessent .ipsi honori uis maiestatemq: adicerent .et tribuni id
quod tunc erat magis necessarium q̄ speciosi ministerij procura
tionem intuentes ne in paruis quoq: rebus ī commode aduersa
rentur haud sane tetendere. Cum a primoribus ciuitatis spre
tus honor esset: papirium semproniumq: quorum de cōsulatu
dubitabatur .ut eo magistratu parum solidum mag̃istratū ex
plerent. censu agendo populus suffragijs prefecit. censores ab re
appellati sunt. Dum hec rome geruntur. legati ab ardea ue
niunt pro ueterrima societate renouatoq: federe recenti auxiliū
prope euerse urbi implorantes. frui namq: pace optimo consilio
cum populo r. firmata per intestina arma non licuit. Quorum
causa atq: initium traditur ex certamine factionum ortum. que
fuere eruntq: pluribus populis magis exitio q̄ bella externa. q̄ fa
mes. morbi ue. q̄q: alia que in deum ira ceciderit ultima publicoꝝ
malorum uertunt. Virginem plebeij generis maxime forma no
tam petere iuuenes. alter iuuenij genere par. tutoribus fretus
qui et ipsi eiusdem corporis erant. Nobilis alter nulla re preter
q̄ forma captus. adiuuabant eum optimatiū studia per que
iam domum puelle certamen penetrauit patrum. Nobilis si
perior iudicio matris esse: que q̄ splendidissimis nuptijs iungi pu
ellam uolebat. Tutores in ea quoq: re patrum memores ad suū
tendere. Cum res peragi intra parietes nequisset. uentum in ius
est. Postulatu audito matris tutorumq: magistratus secundū
parentis arbitrium dant uis nuptiarum. Sed uis potentior fu
it. Namq: tutores inter sue partis homines de iniuria decreti pa
lam in foro contionantes. manu facta uirginem ex domo matris
rapuint. Aduersus quos infestior cohorta optimatium acies
sequitur accensum iniuria iuuenem. fit prelium atrox. pul
sa plebs nihil romane plebi similis armata ex urbe profecta.
colle quodam capto in agros optimatium cum ferro igniq: excur
siones facit. Vrbem quoq: omnis etiam exptem ante certaminis

Papirius. cōsules
Sempronius.

consulatu

factio

Aurea fabia

multitudine opificum ad spem prede aduocata obsidere parat. t
Nec ulla spes est cladesq: belli abest. uelut contacta ciuitate rabie
diuorum iuuenum: funestas nuptias ex occasu patrie petentium.
Optimates romanos ad auxilium urbis obsesse. plebs ad expu-
gnandam secum ardeam uolscos excíuere. priores uolsci duce
equo cinulio ardeam uenere. et menibus hostium uallū obiecere.
Quod ubi romam nuntiatum est extemplo. M. geganius cos. cū
exercitu profectus tribus milibus passuum ab hoste locum ca
stris cepit: precipitq: iam die curare corpora milites iubet.
Quarta deinde uigilia signa profert: ceptumq; opus a deo appropara
tum est ut sole orto uolsci firmiore se munimento a romanis
circūuallatos q̄ ase urbem uiderent. et alia parte consul muro ar
dee brachium iunxerat: qua ex oppido siu cōmeare possent. t
Vulscus imperator qui ad eam diem non cōmeatu preparato. sed ex
populatione agrorum rapto in diem frumento aluisset militem.
postq̄ septus uallo repente inops omnium rerum erat ad colloqui
um consule euocato. si soluende causa uenerit romanus. abduc
turum se inde uolscos ait. Aduersus ea consul uictis conditiōes
accipiendas esse non ferendas respondit. neq: ut uenerint ad op
pugnandos socios populi r. sub arbitrio uta abituros uolscos esse.
dedi imperatorem arma poni iubet. fatentes se uictos esse. et ip
rio parere. aliter tam abeuntibus q̄ manentibus se hostem infen
sum: uictoriam potius ex uolscis q̄ pacem infidam romam re
laturum. Vulsci exiguam spem in armis ponentes alia undiq:
abscisa cū tentassent preter cetera aduersa loco quoq; iniquo ad
pugnam. congressi iniquiore ad fugam. cum ab omī parte cede
rentur. ad preces a certamine uersi dedito imperatore. traditis
q: armis sub iugum missi. cum singulis uestimentis ignominie
cladisq: pleni dimittuntur. et cum haud procul urbe tusculo cō
sedissent uetere tusculanorum ocio inermes oppressi dederunt
penas. nox nuntiis cedis relictis. Consul romanus ardee turba
tas seditione res: principibus eius motus securi percussit. bonisq:

eorum in publicum ardeatium redactis composiuit. Dempt̄aq;
inuriam iudicij tanto beneficio populi romani ardeates crede
bant. senatui superesse aliquid ad delendum publice auaricie
monumentum iudebatur. Consul triumphans in urbem reduct-
cuulio duce uulscorum ante currum ducto. prelatisq; spoliis qui
bus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat. Eq̄
uit quod haud facile est. quintus coss. armati gloriam college
qui concordie pacisq; domesticam curam iura infimis summisq;
moderando ita tenuit ut eum et patres seuerum consulem & pleb⁹
satis communem crediderint: et aduersus tribunos auctoritate
plura q̄ certamine tenuit. Quinq; consulatus eodem tenore ge
sti: utaq; omnis consulariter acta uerendum pene ipsi magis
q̄ honores faciebant. Eo tribunorum militarium nulla mentio
his consulibus fuit. Consules creant. M. fabium uibulanū
postumium. ebutium cornicinem. fabius et ebutius. coss. quo
maiori glorie rerum domi forisq; gestarum succedere se cerne
bant. maxime autem memorabilem annū apud finitimos lo
cosq; esse. quod ardeatibus in re precipua tanta foret cura subue
tum. eo impensius ut delerent prorsus ex animis hominū infa
miam iudicij senatus consultum fecerunt ut quoniam ciuitas
ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset. colonis
eo perfidij causa aduersus uulscos scriberentur. hoc palam relatū
in tabulas ut plebem tribunosq; falleret. iudicij rescindendi cō
silium initum. Consenserant autem ut multo maiore parte
rutulorum colonorum q̄ romanorum scripta: nec ager ullus
diuideretur. nisi is qui interceptus iudicio infami erat. nec ulli
prius romano ibi q̄ omnibus rutulis diuisus esset. gleba ulla ag⁹
assignaretur. Sic ager ad ardeates redijt. Triumuiri ad colo
niam ardeam deducendam creati. Agrippa menenius. T.
cuulius siculus. M. ebutius belua qui preter minime popula
re ministerium agro assignando socius quem populus r. suum
iudicasset. cum plebem offenderent. ne primoribus quidem

patrum fatis accepti. quod nibi gratie cuiq; dederant uexationes
ad populum iam die dicta. a tribunis coloni ascripti manendo
in colonia. quam retinem integritatis institutaq; habebant uitam
re. Pax domi forisq; fuit: et hoc in sequenti anno. C. furio
pacilio et. M. papirio crasso. cōss. Ludi a. x. uiris per secessionē
plebis a patribus ex senatus consulto uoti eo anno facti sunt. ¶
Causa seditionum nequicq; a petilio quesita. qui tribunus. pl. iterum
ea ipsa denuntiando factus: neq; ut de agris diuidendis plebi re
ferrent consules ad senatum peruincere potuit. et cum magno cer
tamine obtinuissent ut consulerentur patres consulum an tribuno
rum placeret comitia haberi. Consules creari missi sunt. Iudibri
oq; erant mine tribuni denuntiantes se de delectum impediturum:
cum quietis finitimis, neq; bello neq; belli apparatu opus erat. Se
quitur hanc tranquillitatem annus. Geganio macerino. L. mene
nio lenato. cōss. multiplici clade ac periculo insignis seditionibus
fame. regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto.
Unum abfuit bellum externum: quo si aggrauate res essent: uix ope de
orum omniū resisti potuisset. Cepere a fame mala: seu aduersus an
nus frugibus fuit: seu dulcedine contionum. et urbis deserto cultu
agrorum. Nam utrumq; traditur: et patres plebem desidem: et
tribuni. pl. nunc fraudem nunc negligentiam consulum accusabāt.
postremo perpulere plebem haud aduersante senatu. ut. L. minutius
prefectus annonae crearetur. felicior in eo magistratu ad custodiā
libertatis futurus q; ad curationem ministerii sui: quanq; postremo
quoq; annone leuate: haud imeritam gratiam et gloriam tulit.
Qui multis circa finitimos populos legationibus: terra mariq; neq;
q; missis, nisi quod ex etruria haud ita multum frumenti adue
ctum est ut nullum momentum annone fecisset. et reuolutus
ad dispensationem inopie, confiteri cogendo frumentum. et uen
dere quod usui menstruo superesset. fraudandoq; parte diurni ci
bi seruitia criminando inde et obiciendo ire populi frumentari
os. acerba inquisitione aperiret magis q; leuaret inopiā. Multi

ex plebe ſpe amiſſa potiuſq̄ ut cruciarentur: trahendo animam
capitibuſ obuolutiſ ſe in tiberim precipitauerunt. Tum. Sp. me
lliuſ ex equeſtri ordine ut illiſ temporibuſ preduelſ. rem utilem
peſſimo exemplo peiore conſilio eſt aggreſſuſ. frumento namq:
ex etruria priuata pecunia per hoſpitum clientumq: miniſteri
a cœmpto. que credo ipſa reſ ad leuandam publica cura anno
nam impedimento fuerat. largitioneſ frumenti facere inſtitu
it. plebemq: hoc munere delinitam. quacunq: incederet cōſpec
tuſ. elatuſq: ſupra modum hominiſ priuati. ſecum trahere haud
dubium conſulatum ei fauore ac ſpe deſpondentem. ipſe ut
eſt humanuſ animuſ inſaciabiliſ eo quod fortuna ſpondet ad
altiora et non conceſſa tendere. et quoniam conſulatuſ quoq:
eripiendiſ inuitiſ patribuſ eſſet. de regno agitare. id unū dignū
tanto apparatu conſiliorum et certaminū quod ingens extiturā
dum eſſet premium foret. Iam comitia conſularia inſtabāt.
que reſ eum nec dum compoſitiſ maturiſ ue ſatiſ conſiliiſ op
preſſit. Conſul ſextum creatuſ. T. quintuſ capitolinuſ mini
me oportunuſ uir nouanti reſ. Collega additur ei. Agrippa
menenniuſ cui lanato erat cognomen. & l. minutiuſ prefectuſ
annone. ſeu refectuſ: ſeu quod id reſ poſceret in incertū creatuſ.
Nihil enim conſtabat niſi in libroſ iuntoſ utroq: anno relatum iter
magiſtratuſ prefecti nomen. Hic minutiuſ eandem rei pu. cu
rationem agens: quam meliuſ priuatum agendam ſuſceperat: cū
in utraq: domo genuſ idem hominum uerſaretur. rem comptā
ad ſenatum refert. tela in domum meli conferri: eumq: cōtio
nes domi habere. ac non dubia conſilia regni eſſe. tempuſ agē
de rei nondum ſtare. ceteris iam conuenuiſſe. et tribunoſ merce
de emptoſ ad prodendam libertatem: et partita ducibuſ multi
tudinis miniſteria eſſe. Seruiſ ſe pene q̄ tutum fuerit. ne cuiuſ
incerti uanīq: auctor eſſet ea deferre. Que poſtq̄ ſunt audita &
undiq: primoreſ patrum: & prioriſ anni conſuleſ increparent:
quod eaſ largitioneſ ceteriſq: plebiſ in priuata domo paſſi eſſent

fieri nouos q: conſules expectaſſent: donec a prefecto annone tãta res ad ſenatum deferretur: que conſulem non auctorem ſolum de ſideraret ſed etiam uindicem. Tum. T. quintius conſul ĩmerito increpari ait: qui conſtricti legibus de prouocatione ad dic ſoluendum imperium latis. nequaq̃ tantum uirium in magiſtratu ad eam rem pro atrocitate uindicandam quantum animi habe rent. Opus eſſe non forti ſolum uiro. ſed libero et ſoluto legum uinculis. Itaq: ſe dictatorem. L. quintium dicturum. Sibi animũ parem tante poteſtati eſſe. Approbantibus cunctis primo quintius obnuere: et quid ſibi uellent rogitare: qui ſe etate exacta tante dimicationi obicerent. deinde cum undiq: plus in illo ſenili animo. non conſilij modo ſed etiam uirtutis eſſe q̃ in omnibus alijs dicerent: laudibusq: haud ĩmeritis honorarent: et cõſul nihil remitteret: precatus tandem deos ĩmortales cincinnatus ne ſenectus ſua uitam trepidis rebus damno dedecori ue reipu. eſſet. dictator a conſule dicitur. Ipſe deinde conſul. seruiliũ ha lam magiſtrum equitum dicit. Poſtero die diſpoſitis preſidiis cum in forum deſcendiſſent. conuerſaq: in eos plebs nouitate rei ac miraculo eſſet: et melianũ atq: ipſe dux eorum in ſe ĩtentas tum tanti imperij cerneret. expertes conſiliorum regni qui tu multus quod bellum repens. aut dictatoriam maieſtatem aut quintium poſt octuageſimum annũ rectorem reipu. queriſſe rogitarent. Miſſus a dictatore seruilius magiſter equitum ad me lium. Vocat te inquit dictator. Cum pauidus ille quid nellet quereret. seruiliusq: cauſam dicendam eſſe proponeret. Crimẽ q: a minutio delatum ad ſenatum diluendum. Tunc melius re cipere ſe in cateruam ſuorum: et primũ circumſpectans turbiuer ſari. Poſtremo cum apparitor uiſſu magiſtri equitum duceret. ereptus a circumſtantibus fugiensq: fidem plebis romane implora re. et opprimi ſe conſenſu patrum dicere. quod plebi bemgne fe ciſſet. orare ut ſibi opem ultimo diſcrimine ferrent: neue anteo culos ſuos trucidari ſinerent. Hec cum uociferantem aſſecutus

hala seruilius obtruncat respersisq: cruore obtruncati stipatus
caterua patriorum iuuenum dictatori renuntiat. Vocatum ad
eum melium repulso apparitore concitantem multitudinē pena
meritam habere. Tum dictator macte uirtute inquit seruili e
sto liberata re-pu. tumultuantem deinde multitudinem incerta
estimatione facti ad contionem uocari iussit & meliū iure cesum
pronuntiauit etiam si regni discrimine insons fuerit. Q uocatus
a magistro equitum ad dictatorem non uenisset. se ad causam co
gnoscendam contedisse. qua cognita habiturum fuisse meliū simile
causefortunam. Vim parentem ne iudicio se cōmitteret ui cohercē
tum esse. Nec cum eo tanq̄ cum ciue agendum fuisse: qui natus
in libero populo inter iura legesq: ex qua urbe reges exactos sciret.
Eodemq: anno sororis regis filios et liberos consulis liberatoris patrie.
propter pachonem indicatam recipiendorum in urbe regum: a patre
securi esse percussos: Ex qua collatinū tarquinium consulem nomini
odio abdicare se magistratu atq: exulare iussum. In qua de. Sp. cassi
o post aliquot annos propter consilia inita de regno supplitiū sump
tum. In qua nuper. x. uiros. bonis. exilio. capite mulctatos ob su
perbiam regiam. In ea. Sp. meli⁹ spem regni concepit. Et quis
homo. quanq̄ nullam nobilitatem. nullos honores. nulla merita
cuiq̄ ad dominationē pandere uiam. Sed tamen claudios cassi
os consulatibus. x iuratibus sunt. maiorumq: honoribus splendo
re familiarum sustulisse animos. quod nefas fuerit. Sp. melium
cui tribunatus plebis: magis optandus q̄ sperandus fuerit. frumē
tarium dumtem bilibre farris speratse libertatem se ciuiū suorum
emisse. ciboq: obiciendo ratum uictorem finitumorum omniū
populū in seruitutem perduci posse. Vt quem senatorem concoquere
equo iure ciuitas uix posset regem ferret. Romuli conditoris a
diis orti recepti ad deos insignia atq: imperium habentem. non
pro scelere id magis q̄ pro monstro habendum. nec satis esse sangui
ne eius expiatum. nisi tecta parietesq: intraq: tantum amentie cō
ceptum esset dissiparentur. bonaq: contacta pretijs regni mercādi

publicarentur. Iubere itaq: questores uendere ea bona: atq: in publicum redigere. Domum deinde ut monumento area esset oppressę nefarie spei diui ex templo uulsit. Id equelium est appellatum L. minutius boue aurato extra portam trigeminam est donatus. ne plebe quidem inuita: quia frumentum meliano assibus in modios estimatum plebi diuisit. Hunc minutium apud quosdam auctores transisse a patribus ad plebem. Vndecimumq: tribunū. pl. cooptatum seditionem motam ex mediana cede sedasse inuenio. Ceterum nec credibile est numerum tribunorum patres augeri passos. Idq: potissimū exemplum a patricio homine introductum. nec deinde ad plebi concessum semel obtinuisse. aut certe tentasse. Sed ante omnia refellit falsum imaginis titulum. paucis ante annis lege cautum. ne tribunus collegam cooptare liceret. Quintius cecilius quintius iunius: sextius licinius tribi ex collegio tribunorum. neq: tulerant de honoribus mimuci legem. et criminari nunc minutium. nunc seruilium apud plebem. queriq: indignam necem meli non destiterant. Peruicerant igitur ut tribunorum militum potiusq̄ consulum comitia haberentur. Haud dubia quidē spe quin sex loci tot enim iam creari licebat. et plebi aliqui profitendo se ultores fore meliane cedis crearentur. Plebs quanq̄ agitata eo anno multis et uarijs motibus erat: nec plures q̄ tres tribunos consulari potestate creauit. et in his. L. quintium cincinnati filium ex cuius dictature inuidia tumultus querebatur: prelatus suffragijs. Q. mamercus emilius iur summe dignitatis: L. iulium tertiū creant. In horum magistratu fidene colonia romana ad lartem tolumnium uehientiū regem ac uehientes defecere. Mauis addit. defectionis sceleris. C fulcinium cloelium tullum. Sp. antiū. L. roscium legatos romanos causam noui consilij querentes uultu tollūq; interfecere. Leuant quidā regis facinus interfectarum prospero iactu uocem eius ambiguam ut occidi iussisse uiderentur a fidenatibus exceptam, causam mortis legatis fuisse. rem incredibilem interuentu fidenatiū nouorū sociorum consulentiū de cede, ruptu

ra ius gentium non auersum ab intentione lusus animū: nec
deinde in errorem uersum facinus. propius est fidem obstringi
fidenatium populum ne respicere spem ullam a romanis posset
conscientia tanti sceleris uoluisse. legatorum qui fidenis cesi e
erant statue publice in rostris posite sunt. Cum uehientibus
fidenatibusq; preterq̄ finitimus populis ob causam etiam tam
nefandum bellum exortis atrox dimicatio instabat. Ita
q; ad curam sūme rerum quieta plebe tribunisq; eius: nihil
controuersie fuit quin consules crearentur. M. geganius ma
cerinus tertium. & L. sergius fidenas. a bello credo quod dem
de gessit appellatus. Hic enim primus cis anienem cum rege
uehientium secundo prelio conflixit: nec incruentam uicto
riam retulit. Maior utraq; ex cuibus amissis dolor q̄ letitia
fuisse hostibus fuit. Co senatus ut intrepidis rebus dictatorem
dici mamercum emiluū iussit. Is magistrum equitum ex col
legio prioris anni quo simul tribuni militum consulari pote
state fuerant. L. quintiū cincinatum dignū parente iuuenē
dixit. Addelectum a consulibus habitum. centurionesue te
res belli pti adiecit: et numerus amissorum proxima pugna
expletus. Legatos quintium capitolinū. &. M. fabiū uibula
nū. sequi se dictator iussit. cum potestas maior tum uir quo
q: potestatis par. Hostes ex agro. r. transanienem submouere:
colleq; inter fidenas atq; anienem ceperunt. referentes castra.
Nec ante in campos digressi sunt q̄ legiones auxilio faliscorum
uenerunt. tum demū castra etruscorum pro menibus fide
narum posita. & dictator romanus haud procul inde ad
confluentis consedit in utriusq; ripis amnis: qua sequi mu
nimento poterat. uallo interposito. Postero die in aciem edu
xit. Inter hostes uarie fuerunt sententie. faliscus a domo pro
cul militiam egre patiens satisq; fidens sibi poscere pugnam.
uehienti fidenatiq; plus spei intrahendo bello esse. Tolumniusq
quanq̄ suorum magis placebant consilia ne longinquā mili

tiam patrentur falisci: postero die se pugnaturum edicat. dicta
tori ac romanis quod detractasset pugnam hostis animi accesse
re. posteroq; die militibus iam castra urbemq; se oppugnaturos
frementibus ni copia pugne fiat. Vtrimq; acies inter bina castra
in medium campi procedunt. Vehiens multitudine habundāt
qui inter dimicationem castra romana aggrederentur. post mō
tes circūmisit. Trium populorum exercitus ita stetit instructus
ut dextrum cornu uehientes: sinistrum falisci tenerent: me
dij fidenates essent. dictator dextro cornu contra falliscos: si
nistro contra uehientes capitolinus quintius intulit signa. An
te mediam aciem magister equitum processit. Parumper silē
tium et quies fuit. Nec etrusci nisi cogerentur pugnam ūturi:
et dictatore arcem romanam respectante: ut ex auguribus
simul auesperite admisse essent. ex composito tolleretur signū.
Quod simul ubi conspexit primos equites clamore sublato in
hostem emisit. Secuta peditum acies ingenti ui conflux. Nul
la parte legiones etrusce sustinuere impetum romanorum. Et
quesmaxime resistebat. Equitumq; longe fortissimus ipse
rex ab omni parte effuse sequentibus obequitans romanis tra
hebat certamen. Erat tum inter equites tribunus militum.
Aulus cornelius cossus eximia pulchritudine corporis animo ac
uiribus par: memorq; generis quod amplissimū acceptū ma
iores auctusq; reliquit posteris. Is cum ad impetum tolumnij
quacunq; se intendisset trepidantes romanas uideret turmas.
insignemq; eum regio habitu uolitantem tota acie cognouisset.
Hiccine est inquit ruptor federis humani: uiolatorq; gentium
iuris? Jam ego hanc mactatam uictimam: si modo sancti
quicq; in terris esse dij uolunt legatorum manibus dabo. Cal
caribus subditus infesta cuspide in unū fertur hostem. quē cū
ictu equo deiecisset: cōfestim et ipē hasta īmixus se in pedes excē
pit. assurgentem ibi regem umbone resupinat: repetituq; se
pius cuspide ad terram affixit. Tum exanguu detracta spolia

capuq: abſciſum uictor ſpiculo geremſ: terrore ceſi regiſ hoſtes fu
dit. Ita equitum quoq: fuſa aciem: que una fecerat. anceps certame.
Dictator legionibuſ fugatis inſtat. et ad caſtra compulſos cedit. fide
natum plurimi locorum notitia effugerem montes. Coſſus uberi
cum equitatu tranſuectus ex agro ueientano ingentem dein
de predam ad urbem. Inter prelium et ad caſtra romana pugna
tum eſt aduerſus partem copiarum a tolumnio ut antedictum
eſt ad caſtra miſſam. fabius nobilanus corona primum uallum
defendit. Intentos deinde hoſtes in uallum egreſſus dextra primi
pili cum triariis repente inuadit. Quo pauore inuecto cedes mi
nor qua pauciores erant. fuga non minus trepida q̄ in acie fuit. Om
nibus locis retro gesta dictator ſenatus conſulto miſſuq: populi i
triumphans in urbem redit. longe maximum triumphi ſpectaculum
fuit. Coſſus ſpolia opima regis interfecti gerens. Ineum milites i
carmina condita equantes cum romulo canere. ſpolia in ede iouis
feretri prope romuli ſpolia: que prima opima appellata ſola ea tem
pe state erant cum ſollemni dedicatione dono fixit. Auerteratq: in ſe
a curru dictatoris ciuium ora: et celebritatis eius diei fructum pro
pe ſolus tulerat. Dictator coronam auream libre pondo ex publi
ca pecunia populi iuſſu in capitolio iouis donum poſuit. Omnes ante
me auctores ſecutus. A. cornelium coſſ. tr. mil. ſecunda ſpolia
opima iouis feretri templo intuliſſe expoſui. Ceterum preterq̄
quod ea rite opima ſpolia haberentur que dux duci detraxit: nec
ducem nouimus niſi cuius auſpicio bellum geritur: titulus ipſe
ſpoliſſe interiptus illos meq: arguit. conſulem ea conſilium cepiſſe. i
Hec ego cum augustum ceſarem templorum omnium conditorem
aut reſtitutorem ingreſſum eidem feretri iouis quam uetuſtate
delapſam refecit. ſcripſum in thorace linteo ſcriptum legiſſe audi
uiſſem. prope ſacrilegium ratus ſum. conſilium ſpoliorum ſuorum
ceſarem ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem. qui ſi in ea
re ſit error. quod tam ueteres annales: quodq: magiſtratuum li
bri quos linteos in ede repoſitos monete macer licinius citat ide

tidem auctores septimo post decimum anno. cum tito quintio pe
no. A. cornelium cossum cos. habeant. Existimatio cōmunis oī
bus est: Nam etiam illud accedit ne tam clara pugna in eum
annū transferri posset. quod umbelle triennū ferme pestilentia
inopiaq; frugum circa. M. cornelium cos. fuit. Adeo ut quidē
annales uelut funesti nihil preter nomina consulum suggerant.
Tertius a consulatu cossi annus tribunū eum militum consulari
potestate habet. Eodem anno magistrum equitum. quo in īperi
o alteram insignem edidit pugnam equestrem: ea libera conjectu
ra est. Sed ut ego arbitror uana uersare in omnes opiniones li
cet: cum auctor pugne recentibus spoliis in sacra de positis. iouem
prope ipsum cui uota erant. romulumq; intuens. haud spernendos
falsi tituli testes se aulum cornelium cossum consulem scripserit.
Marco cornelio malugnensi. lucio papirio crasso consulibus exerci
tus in agrum uebientem ac falliscum ducti prede abacte hominū
pecorumq; hostis in agris nusq; inuentus. ne pugnandi copia fac
ta. Vrbes tamen non oppugnate: quia pestilentia populū inuasit.
et seditiones domi quesite sunt. Nec mota tamen a. Sp. melio. tr. pl.
qui fauore nominis moturum se aliquid ratus et minutio diem di
xerat. et rogationem de publicandis bonis seruilij abale tulerat. fal
sis criminibus a minutio circūuentum meliū arguens. seruilio ce
dem cuius indemnati obicient. que namora ad populum ipso au
ctore fuere. Ceterum magis uis morbi ingrauescens cure erat. ter
roresq; ac prodigia maxime quod crebris motibus terre ruere in
agris nuntiabantur tecta. Obsecratio itaq; a populo diuinis uiris
preeuntibus est facta. Pestilentior inde annus. C. iulio. iterum
& L. Virginio consulibus tantum metum uastitatis inurbe agris
q; fecit. ut non modo predandi causa. quisq; ex agro romano nō
exuet. belli ue inferendi memoria patribus aut plebi esset: sed u
ultro fidenatem. qui se primo aut oppido aut montibus aut mu
ris se tenuerant populabundi descenderunt in agrum romanū.
Deinde uebientium exercitu accito. Nam falisci perpulli ad istau

randum bellum nec clade romanorum nec ſociorum precibuſ
potuere. duo populi tranſiere amnem. atq: haud procul collu
na porta ſigna habuere. Trepidatum itaq: non agriſ magiſ
q̄ in urbe eſt. Julius conſul in aggere muriſq: explicat copiaſ.
A uirginio ſenatuſ in ede quirini conſulitur. Dictatorem dici al
lum ſerullium placet. cui priſco alij ſtructo fuiſſe cognomen
tradunt. Virginiuſ dum collegam conſuleret moratuſ permit
tente eo nocte dictatorem dixit. Iſ ſibi magiſtrum equitum
poſtumiū ebutium belum dicit. Dictator omneſ prima lu
ce extra portam collinam adeſſe iubet. Quibuſcunq: uireſ i
ſupperebant ad arma ferenda. preſto fuere. Signa ex erario
prompta feruntur ad dictatorem. que cum agerentur hoſteſ
in loca altiora conceſſere. Eo dictator infeſto agmine ſubit.
nec procul momento ſigniſ collatuſ fudit etruſcaſ legioneſ. cō
pulit inde in urbem fidenaſ ualloq: circundedit. ſed neq: ſca
liſ capi poterat urbiſ alta et munita ne in obſidione uiculla e
rat: quia frumentum non neceſſitatem modo ſatiſ. ſed copie
quoq: habunde ex ante conuecto ſufficiebat. Ita expugnā
di pariter cogendiq: ad deditionem ſpe amiſſa. Dictatorī
locuſ propter propinquitatem noctuſ ab aduerſa parte ur
biſ maxime neglecta qua ſuapte natura tutiſſima erat a
gere in arcem cuniculum inſtituit. Ipſe diuerſiſſimiſ lo
ciſ ſubeundo ad menia quadrifariam diuiſo exercitu qui
alij alijſ ſuccederent ad pugnam continenti die ac nocte pre
ſto a ſenſu operiſ hoſteſ auertebat: donec perfoſſo a caſtriſ i
monte. erecta in arcem uia eſt. Intentiſq: etruſcis ad uanaſ
a certo periculo minaſ. clamor ſuper caput hoſtile captam
urbem oſtendit. Eo anno. C. furiuſ paciluſ &. M. gega
niuſ macerinuſ cenſoreſ iuſſam publicam in campo marti
o probauerunt. Ibiq: primū cenſuſ populi eſt actuſ. Eoſ
dem. roſſ. in ſequenti anno refectoſ. Julium tertiū uirgini
um iterum. Apud. M. acrium hicinium inuenio. Valerius

antiaſ. & Q. tubero. Marcum manilium et quintū ſulpitiū
conſuleſ in eum annū edunt. Ceterum in tam diſcrepante edi
tione: et tubero et macer libroſ lintroſ auctoreſ profitentur.
Neuter tribunoſ militum eo anno fuiſſe traditum a ſcriptoribꝫ
antiquiſ diſſimulat. Licinio libroſ haud dubie ſequi lin
troſ placet. et tubero incertuſ ueri eſt. Sed inter ceteraꝫ uetu
ſtate incompta. hoc quoq; in incerto poſitum. Trepidatū in
etruria eſt. poſt fidenaſ captaſ: non uehientibuſ ſolum exter
rituſ metu ſimiliſ excidij. ſed etiam faliſciſ memoria inīti pri
mo cum huſ bellꝫ: quanq; rebellantibuſ non affuerant. Igitur
cum due ciuitateſ legatiſ circa xū populoſ miſiſſ impetraſſēt
ut ad uultur ne fanum inducerent omī etrurie concilium
uelut magno inde tumultu īminente: ſenatuſ mamercum
emiliū dictatorem iterum dici uſſit. Ab eo aureliuſ po
ſthumiuſ tubero magiſter equitum eſt dictuſ. bellumq; tāto
maiore q̄ proximo conatu apparatum eſt. q̄to pluſ erat ab
omni etruria periculi q̄ a duobuſ populiſ fuerat. ea reſ aliq̄to
expectatione omniū tranquillior fuit. Itaq; cū renuntiatū
a mercatoribuſ eſſet. negata uehientibuſ auxilia: iuſſoſq;
ſuo conſilio bellum inītum ſuiſ uiribuſ exequi: nec aduer
ſarum rerum quere ſocioſ: cum quibuſ ſpem integram cō
municari non ſint. Tum dictator ne quicq̄ creatuſ eſſet.
materia querende bello gloriе adempta: in pace aliquid
operiſ edere. quod monumentum eſſet dictature cupienſ.
cenſuram minuere parat: ſeu nimiam poteſtatem ratuſ: ſeu
non tam magnitudine honoriſ q̄ diuturnitatiſ offenſuſ. Cō
tione itaq; aduocata rem pu. foriſ gerendam non ait: tuta
omnia preſtanda deoſ immortaleſ ſuſcepiſſe. Se quod ītra
muroſ agendum eſſet. libertati populi r: conſulturum. Ma
ximam autem eiuſ cuſtodiam. ſi magna imperia diuturr
na non eſſent: et temporiſ moduſ imponeretur: quibuſ iu
riſ imponi non poſſet. alioſ magiſtratuſ annuoſ eſſe: quīquē

nalem censuram grauem esse. Hisdem per tot annos magna parte
mte obnoxios uiuere. se legem laturum ne plusq; annua ac seme
stris censura esset. Consensu ingenti populi legem postero die p
tulit. et ut re ipsa inquit sciatis quirites. q; mihi diuturna non
placent imperia dictatura me abdico. Deposito suo magistratu:
modo aliorum magistratu imposito fine alteri cum gratulati
one ac fauore ingenti populi domū est reductus. Censores e
gre passi mamercum quod magistratum populi romani minu
isset. tribu mouerunt: triplicatoq; censu erarium fecerunt. Quā
rem ipsum ingenti animo tulisse ferunt: causam ignominie po
tius intuentem q; ignominiam. Primores patrum quanq; dimi
nutum censure ius noluissent: exemplo acerbitatis censorie offē
sos. quippe cum se quisq; diutius ac sepius subiectum censori
bus fore cerneret q; censuram gustaturum. Populi certe tanta in
dignatio coorta dicitur ut uix a censoribus nullius auctorita
te preterq; ipsius mamerci deterreri quiuerit. Tribum. pl. assi
duis contionibus prohibendo comitia cum res prope ad interre
gnum producta esset. euicere tandem ut tribuni. mil. cōsulari
potestate crearentur. Victorie premium quod petebatur: ut ple
beius crearetur nullus fuit. Omnes patritij creati sunt. M. fa
bius ubilanus. M. folius. L. sergius fidenas. Pestilentia eo an
no aliarum rerum otium prebuit. Edes appollini pro ualitudi
ne populi uota est. Multa diuini iuris placande ex libris deum
re. auertendeq; a populo pestis causa fecere. Magna tamen cla
des in urbe agrisq; promiscue hominū pecorumq; pernine accep
ta. famem cultores agrorum timentes. in etruriam promptissimum
q; agrum et cumas. postremo in siciliam quoq; frumenti causa
misere. In sequenti anno consularium comitiorum mentio nul
la habita est. tribuni militum consulari potestate omnes patritij
creati sunt. L. pinnarius mamercus. L. furius medullinus. Sp.
postumius albus eo anno uis morbi leuata. neq; a penuria frume
ti qua ante prouisum erat periculum fuit. Concilia ad mouen

. da bella. in uulscorum :

da bella in uulscorum equorumq: consilijsse et in etruria ad fanum
uulturne agitata. Ibi prolate in annū rel. decretoq: cautum neq̄d
ante concilium fieret: ne quicq̄ uchiente populo queretur eandem
qua fidene delete sunt imminere uebis fortunam. Interim ro
me principes plebisciam diu nequicq̄ imminentes spei maioris bo
noris, dum foris otium esset. cetus indicere in domos tribunorum
pl. ibi secreta consilia agitare. Queri se a plebe a deo spretos ut cum
per tot annos tribuni militum consulari potestate creentur. nulli un
q̄ plebeio ad eum honorem aditus fuerit. Multum promuisse sui
os maiores qui cauerint, ne cui patritio plebei magistratus pateret.
x haud dubiū aut patrinos habendos esse. tr. plebis. a deo se sinis etiam sordere.
nec a plebe minus q̄ a patribus contemni. Alij purgare plebem: cul
pam in patres uertere. eorum ambitione artibusq: fieri ut obseptū
plebi sit ad honorem iter. Si plebi respirare ab eorum mixtis pre
cibus minisq: liceat memorem eam suorum inituram suffragia
esse: et parto auxilio imperium quoq: asciturum. Placet tollende
ambitionis causa tribunos legem promulgare. ne cui album uesti
mentum addere petitionis liceret causa. Parua nunc res et nix serio
agenda uideri possit. que tunc ingentu certamine patres ac plebem
accendit. Vicere tamen ut tribuni legem proferrent. Apparebatq:
irritatis animis plebem ad eos studia inclinaturam que libera esset.
S. c. tū factum est ut consularia comitia haberentur. tumultus cau
sa fuit: quem ab equis et uulscis latini atq: hernici nuntiauerant.
T ritus quinctius lucij. fi. cincinnatus. eidem et peno cognomen additur.
a. CN. uulusmento. coss. facti. Nec ultra terror belli est dilatus.
legi sacra: que maxima apud eos uis cogende militie erat. delec
tu habito. utrinq: ualidi exercitus in algido conuenere. Ibiq: seor
sum uulsci equiq: castra cōmunuere. Intentiorq: q̄ unq̄ ante mu
nendi exercendiq: militem cura ducibus erat. Eo plus nuntij ter
roris romam attulere. Senatui dictatorem dici placuit: quia et si
epe uicti populi. maiore tamen conatu q̄ alias rebellauerant: et
aliquantum romane iuuentutis morbo absumptum erat. Ante

omnia priuata consulum discordia que inter ipsos erat et certami
na in consilijs omnibus terrebant. Sunt qui male pugnatum a
consulibus in algido auctores sint. eamq; causam dictatoris crea
ndi fuisse. Illud satis constat ad alia discordes in uno aduersꝰ
patrum uoluntatem consensisse. ne dicerent dictatorem. Cū alia
alijs terribiliora afferrentur. nec in auctoritate senatus consules
essent. L. seruilius priscus sūmis honoribus egregie usus. Vos
inquit tribuni pl. quoniam ad extrema uentum est. senatus ap
pellat ut in tanto discrimine rei pu. dictatorem dicere consules
potestate iurā cogatis. Qua uoce audita occasionem oblatam rati tri
buni augende potestatis secedunt: precꝰ collegio pronūtiant pla
cere. consules senatui dicto audientes esse. si aduersus consensū
amplissimi ordinis ultra tendant. in uinculā se duci cōsulturos.
Consules a tribunis q̄ a senatu uinci maluerunt. proditū a patribꝰ
summi imperij ius. datumq; sub uigum tribunitie potestatis cōsu
latum memorantes. Siquidem cogi aliquid pro potestate a tribu
no consules. et quo quid ulterius priuato timendum foret: in uin
cula etiam duci possent. Sors ut dictatorem diceret. Nam ne id qui
dem inter collegas conuenerat. T. quinctio euenit. Is aulum po
stumiū. tuburtum socium suum: seueritatis imperij uirum dicta
torem dixit. Ab eo. L. uilius magister equitum est dictus. simul
educitur et uestitium: neq; aliud tota urbe agi q̄ bellum apparari:
Cognito uacantium militie munere post bellum differtur. Ita du
bij quoq; inclinant ad nomina danda: et hernicis latinisq; mili
tes imperati. Vtrinq; obnixe obeditum dictatori est. Hec omnia
celeritate ingenti acta. relictoq;. CN. mlio consule ad presidiū
urbis: et lucio mlio magistro equitum ad subita belli ministeria:
ne qua res qua equisset in castris moraretur. dictator precūte.
A. cornelio pontifice maximo: ludos magnos tumultus causa nouit.
profectusq; ab urbe diuiso cum quinctio. cos. exercitu ad ho
stes peruenit. Sicut bina castra hostium paruo inter se spatio di
stantia uiderant: ipsi quoq; mille ferme passus ab hoste. dictator

tuſculo: conſul lauinio : propiorem locum caſtruſ cepere. Ita
quatuor exercituſ eodem momenta: planitiem in medio nō puſ
modo ex curſionibuſ ad prelia: ſed uel ad explicandaſ utrinq;
acieſ ſatiſ patentem habebant. Nec ex quo caſtruſ caſtra collata
ſunt ceſſatum alicubiſ preliū eſt: facile patiente dictatore cō
ferendo uiresſ: ſpem uniuerſe uictorie tentando paulatim cuī
tu certaminū ſuoſ precipere. Ita q; hoſteſ nulla in prelio uiſto
relicta ſpe noctu adorti caſtra conſuliſrem in caſum ancipi
tiſ euentuſ cōmittunt. Clamor ſubito ortuſ non conſuliſ mo
do uigilesſ exercitum deinde omnem: ſed dictatorem quoq;
ex ſomno excuut. Vbi pīta operesſ egebant. conſul nec animo
defecit nec conſilio. Parſ militum portarum ſtationesſ firmāt:
parſ corona uallum cingunt. In alteriſ apud dictatorem ca
ſtreſ quo minuſ tumultuſ eſt. eo pluſ animaduertitur quid
opuſ ſit facto. Miſſo ex templo ad caſtra ſubſidio. cui. Sp. po
ſtumiuſ legatuſ preficitur. Ipſe parte copiarum paruo circui
tu locum maxime ſecretum a tumultu petit: Vnde nec exopi
nato aduerſum hoſtem inuadat. Q. ſulpitium legatū prefec
caſtreſ. M. fabio legato aſſignat equiteſ. nec ante lucem moue
re uult manū. Inter nocturnoſ tumultuſ moderato difficileſ
omnia que uel aliuſ imperator prudens et impiger in talire pre
ciperet agereq; precipit ordine atq; agit. Illud eximiū cōſiliū
animiq; ſpecimen: et ne utiq; uulgate laudiſ quod ultro ad op
pugnanda caſtra hoſtium unde maiore examine profectoſ ex
ploratum fuerat. M. geganiū cum cohortibuſ delectiſmi
ſit. Qui poſtq; intentoſ hominesſ in euentum periculi alieni p
ſe incautoſ neglectuſ uigiliiſ ſtationibuſq; eſt adortuſ. pruſ
pene cepit caſtra q; oppugnari hoſteſ ſatiſ ſciret. Inde ſimo
ut conuenerat datum ſignū. Vbi conſpectum a dictatore
exclamat caſtra hoſtium capta: nuntiariq; paſſim uult: et
iam luceſcebat. omniaq; ſub oculiſ erant: et fabiuſ cum equi
tatu impetum dederat. et conſul eruptionem e caſtriſ itrepi

dosiam hostes fecerat. dictator autem parte altera subsidia et secundam aciem adortus circumagenti ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti undiq; obiecerat uictorem peditem equitemq;. Circūuenti iam in medio ad unū omnes penas rebellionis dedissent. ni nec tuis messius ex uulseis nobilior uir factis q̄ genere iam ordem uoluentes suos increpans clara uoce: hic prebuuri inquit uos telis hostium estis indefensi multis? Quid igit arma habetis? aut quid ultro bellum intulistis? in otio tumultuo si in bello segnes? quid hic stantibus spei est: an deum aliquem protecturum uos rapturumq: hinc putatis? ferro uia facienda est. q̄ progressum uideritis agite. qui uisuri domos. parentes. coniuges liberos estis. ite mecum: non murus nec uallum. sed armati armatis obstant. Virtute parent necessitate: que ultimum ac maximum telum est. superiores estis. hec locutum exequentes dicta reintegrato clamore secuti dant impressionem qua postumius albus cohortes obiecerat. et mouerunt uictorem: donec dictator pedem iā referentibus suis aduenit. eoq: omne prelium uersum est. Unus uero messio fortuna hostium inuitatur. Multa utrinq: uulnera: multa passim cedes est. Iam ne ducem quidem romani incruenti pugnant. Unus postumius rectus saxo perfracto capite acie excessit. Non dictatorem humerus uulneratus: non fabium propeafixum equo femur: non brachium abscisum consulem ex tam ancipiti prelio sumouit. Messium impetus per structos cedebo stes cum globo fortissimorum iuuenū extulit ad castra uulsos que nondum captaerant. eodem omnis acies inclinatur. Consul effusos usq: ad uallum persecutus. ipsa castra uallumq: aggreditur. Eodem et dictator alia parte copias admouet. Non segnior oppugnatio est q̄ pugna fuerat. Consulem signū quoq: intra uallum iecisse ferunt. quo militem acrius subirent. repetendoq: signo, prima impressio est facta. et dictator prerupto uallo iam in castra prelium intulerat. Tum abici passim arma et dedi hostes cepti. castrisq: et hic capus hostes preter senatores or

uenūdati sunt. preda parsim cognoscentibus laninis atq: hernicis redita. partem sub hasta dictator uendidit. prepositoq; cōsule castris ipse triumphans inuectus urbem dictatura se abdicauit. Egregie dictature tristem memoriam faciunt qui filiū ab aulo postumio. quod occasione bene pugnandi captus. in inssu discessserit presidio uictorem securi percussum tradunt. Nec libet credere. et licet in uariis opinionibus & argumento est quod ipse ria manliana et postumiana appellata sint. que qui prior auctor tam seuu exempli foret occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit Imperioso quoq: manlio cognomen inditum. Postumius nulla tristi nota est insignitus. CN. tullius. cos. eodē appollinis absente collega sine sorte dedicauit. Egre eam rem passus quinctius: cum dimisso exercitu urbem redisset. ne quicq̄ in senatu est conquestus. insigni magnis rebus anno additur. nihil tum ad rem romanam pertinere uisum quod carthaginensesi tanu hostes futuri. tum primum per seditiones siculorum ad partis alterius auxilium in siciliam exercitum traiecere. Agitatum īurbe a tribunis pl. ut tribuni mil. consulari potestate crearentur. nec i obtineri potuit. Consules fiunt. L. papirius crassus. L. iulius. r
Equorum legati fedus a senatu cum petissent. et pro federe deditio ostentaretur indutias annorum octo impetrauerunt. Vulsoy res super acceptam in algido cladem pertinaci certamine inter pacis belliq: auctores in urgia et seditiones uersa. undiq: otium fuit romanis. Legem de mulctarum estimatione per gratiam populo cum a tribunis patari consules unius ex collegio proditione excepissent. ipsi preoccupauerunt ferre. consules. L. sergius fidenas iterum. hostilius lucretius tricipitinus. Nihil dignum dictu his consulibus actum. Secuti eos cos. A. cornelius cossus. T. quinctius penus iterum. Vehientes excursionem īagrū romanum fecerunt. fama fuit quosdam ex fidenatium iuuentute participes eius populationis fuisse. Cognitoq: eius rei. L. sergio. et. Q. seruilio et mamerco emilio permissa quidam ostiam te

legan, quod cur per eos dies a fidenis abfuissent. parum cōstabat.
Collonorum additus numerus, agerq: his bello uteremptorū
assignatus. Siccitate eo anno plurimū laboratum est: nec ce
lestes modo defuerunt aque: sed terra quoq: ingenito humore
egens sua ad perennes sufficit amnes. Defectus alibi aquay,
circa aridas fontes riuosq. stragem sitis pecorum morientium
dedit. Scabie alia absumpta. uulgatiq: contactu in homines
morbi et primo in agrestes ingruerunt. seruitiaq: urbs deinde
impletur. Nec corpora modo affecta tabe. sed animos quoq: mul'
tiplex religio et pleraq: externa inuasit. nouos ritus sacrificā di
uaticinando inferentibus in domos quibus questus erant. capti
superstitione animi: donec publicus iam pudor ad primores
ciuitatis peruenit: cernentes in omnibus uicis sacellisq: peregri
na atq: insolita piacula peruenit: cernentes in omnibus datis inde
negotium edilibus ut animaduerterent: ne qui" romani diis" nisi
patrio quo alio more q̄ patrio colerentur. Ire aduersus uehentes
in sequentem annū per. Q. seruilium ahalam. L. papirium mugi
lanū consules delate sunt. Tunc quoq: ne confestim indiceret"
bellum neue exercitus mitteretur religio obstitit. feciales prius
mittendos ad res repetendas censuere. Cum uehientibus nu
per acie dimicatum ad nomentum et ad fidenas fuerat. Indu
tiq: inde non pax facta: quarum et dies exierat. et ante diē
rebellauerunt. Missi tamen feciales: nec eorum. cum more
patrum iurati repeterent res. uerba sunt audita. Controuersia
inde fuit utrum populi iussu indiceretur bellum: an satis esset
senatus consultum. peruicere tribuni denuntiando impedi
tos se delectum. ut quinctius consul de bello ad populum fer
ret. omnes centuriae iussere. in eo quoq: plebs superior fuit. quod
tenuit ne coss. in proximū annū crearentur. Tribuni militum
consulari potestate quatuor creati sunt. T. quinctius penus ex
consulatu. C. furius. M. posthumius. A. cornelius cossus. Ex
his cossus prefuit urbi. tres delecti habito profecti sunt uehios:

documentoq: fuere q̄plurium imperium bello inutile esset tendē
do ad sua quisq: consulia. cum aliud alij uiderentur: aperuerūt
ad occasionem locum hosti. Incerta nanq: acie, signū alijs dari
receptui alijs eam iubentibus innasere oportune uehientes ca
stra propinqua. turbatos ac terga dantes cepere. Plus traq: ignomi
nie q̄ cladis est acceptum. Mesta ciuitas fuit tunc insueta. o
disse tribunos: poscere dictatorem: in eo uerti spes ciuitatis: et
cum ibi quoq: religio obstaret. ne non posset nisi a consule dici
dictator. Augures consulti eam religionem exemere. A. corne
lius dictatorem. M. emilium dixit: et ipse abeo magister equi
tum est dictus: adeo fortuna ciuitatis uirtute uicta equit: quod
nihil censoria animaduersio effecit: quo minus regimen rerū
ex notata undique domo peterentur. Vehientes secunda re elati
missis circum etrurie populos legatis iactando. tres duces roma
nos a se uno prelio fusos. cum tamen nullam publici consilij so
cietatem mouissent: uoluntarios undiq: ad spem prede ascu
erunt. Vnu fidenatum populo rebellare placuerunt: et tanq̄
nisi a scelere bellum oriri nefas esset: sicut legatorum ante
a ita tum nouorum colonorum cede imbutis animis uehienti
bus sese coniūgunt. Consulere inde principes duorum popu lo
rum. uehios an fidenas sedem belli caperent. fidene uise oportu
niores. Itaq: traiecto tiberi uehientes fidenas transtulerunt
bellum. Rome terror ingens erat. Accitoq: exercitu a uehi
is hostibus positis ad fidenas eoq: ipo ob rem male gestam pul
so castra locantur ante portam collinam: et in muris armati
dispositi et iustitium in foro. tabernecq: clause fuerunt. omnia
castris q̄ urbi similiora. Tum trepidam ciuitatem preconibus
per uicos missis dictator contione aduocata incepauit. quod
animos ex tam leuibus momentis fortune suspensos gereret.
ut parua iactura, acceptaq: ipa non uirtute hostium nec igna
uia romani exercitus. sed discordia imperatorū uehientē ho
stem sexies uictum pertimescant. fidenasq: prope sepius cap

tas q̄ oppugnatas: eosdem et romanos et hostes esse qui per tot secu
la fuerint. eosdem animos easdem corporis uires eadem arma ge
rere. Sequeq; eundem dictatorem. M. emiliū esse. qui ante uebi
entium fidenatumq; aduentus faliscas ad nomentum exercitu
fuderit. & magistrum equitum. A. cornelium eundem tacitem
fore qui priore bello tribunus militum laute tolumpnio rege ue
ientium in conspectu duorum exercituum occiso. spolia opima
iouis ferentri templo intulerit. Proinde memores secum triūphos
secum spolia. secum uictoriam esse. cum hostibus scelus legato
rum contra ius gentium interfectorum eedem in pace fidenati
um colonorum inducias ruptas septimam infelicem defectionē
arma caperent. Simul castra castris conuixissent. satis confi
dere nec sceleratissimis hostibus diuturnum ex ignominia exer
citus romani gaudium foret. et populum r. intellecturū quāto
melius de re. pu. meriti sint. qui se dictatorem tertium dixerīt.
q̄ eos qui ob ereptum censure regniū. labem secunde dictature
sue imposuerint. Votis deinde nuncupatis profectus. mille et
d. passus extra fidenas castra locat. dextra montibus. leua tiberi
amne septus. T. quintiū penū legatum occupare montes iubet.
id iugum capere occultum quod a tergo hostibus foret. Ipse postē
ro die cum etrusca plenis animorum ac pristini dici meliore occa
sione q̄ pugna in acie processissent. cunctatus parumper dū specu
latores referrent. Vbi iunctum cum iugum propinquū
arci fidenarum signa profert: peditumq; aciem instructam. ple
no gradu in hostem inducit. Magistro equitum precipit. ne in
ussu pugnam incipiat. se cum opus sit equestri auxilio signum
daturum. Tum ut memor regie pugne. memor opimi doni. ro
muliq; acionis ferentri rem gereret. legionem impetu ingenti cōfli
gunt. Romanus odio accensus impiū fidenatem. predonē uebi
entem: ruptorem induciarum cruentos legatorum nefanda cede.
respersos sanguine colonorum suorum perfidos socios imbelles
hostes compellans factis simul dictisq; odium explet. Concusse

rat primo statim congressu hostem cum repente pauefactis fidenas portis nouus erumpit acies. inaudita ante id tempus inusitataq; I gnibus armata ingens multitudo facibusq; ardentibus tota col lucens uelut fanatico instincta cursu in hostem ruit: formaq; iso lite pugne romanos parumper exterruit. Tum dictator magro equitum equitibusq;. tum ex montibus quincto accito preluī tens ipse in sinistro cornu quod incendio similius q̄ prelio terri tum cesserat flāmis accurrit. Claraq; uoce fumo ne uicta inquit uel ut examen apum loco ūro exacti mermí cedetis hosti: nō ferro extinguitis ignes: non facies has ipsas pro se quisq; si igne non telis pugnandum est erepta ultro inferetis: Agite nominis romani ac uirtutis patrum ūreq; memores: uertite incendiū hoc in hostium urbem: et siuis flāmis delete fidenas quas uestris beneficijs placare non potuistis. legatorum hoc uos uestrorum colonorumq; sāguis uastiq; fines monent. Ad imperium dictatoris mota cuncta aci es: facies partim emisse excipiuntur: partim ui eripiuntur: Vtra q; acies armatur igne. Magister equitum et ipe nouat pugnam equestrem. frenis ut detrahant equis imperat: et ipse princeps calcaribus subditis cuectus effreno equo in medios ignes infertur. et alij concitatu equi libero cursu ferunt equitem in hostem: puluis datus mixtusq; fumo lucem ex oculis uirorum equorūq; aufert. E aque multum terruerat species nihil terruit equos. Ruine igitur similem stragem equis quacunq; peruaserat dedit. Clamor deīn accidit nouus. qui cum utramq; mirabundam in se aciem uertisset. D ictator exclamat. quantum legatum et suos a tergo hostem ador tos. ipse reintegrato clamore infert a cruis signa. Cum due acies. duo diuersa prelia circūuentos etruscos et a fronte et a tergo urge rent. neq; in castra retro neq; in montes unde nouus se hostis obie cerat. iter fuge esset. et equitem passim liberi frenis dispulissent e qui uehuntium maxima pars tiberim effusi petunt. fidenatūm qui supersunt ad urbem fidenas tendunt. Tufert pauidos fuga in medi am eedem. obtruncantur in ripis. alios in aquam compulsos. gur

gi tes ſtruunt. cuam pernoſ nandi laſſitudo et uulnera et pauor degrauāt.
pauci e multis tranant. Alterum agmen ferur per caſtra in urbem.
eodem et romanos ſequentes impetus rapit. quantum maxime et
cum eo digreſſos modo de montibus. recentiſſimum ad laborem
militem quia ultimo prelio aduenerat. Hi poſtq̄ mixti hoſtibus
portam intrauere in muros inuadunt: ſuiſq: capti oppidi ſignum
ex muris tollunt. Quod ubi dictator conſpexit. iam enim et ipe
in deſerta hoſtium caſtra penetrauerat. cupientem militem diſcur
rere ad predam ſpe inrecta maioris in urbe prede ad portam ducit:
receptuiſq: intra muros in arcem quo ruere fugientium turbam ui
debat pergit. Nec minor cedes in urbe q̄ in prelio fuit. donec abie
ctis armis nichil preter uitam petentes dictatori dediuntur: urbs ca
ſtraq: diripiuntur. Poſtero die ſingulis captiuis ab equite ad cen tu
rionem ſorte deductis. et quorum eximia uirtus fuerat bonis, a
liis ſub corona uenditis. exercitum uictorem opulentumq: preda
triumphans dictator romam reduxit. uiſſoq: magiſtro equitum
abdicare magiſtratu: ipſe deinde abdicat. die ſexto decimo red
dito in pace imperio: quod in bello trepiduſq: rebus acceperat.

Claſſibus quoq: ad ſidenas pugnatum. cum uchientibus quidā an
nalis refertur. rem eque difficilem atq: incredibilem. nec nūc lato
ſatis ad hoc anne: et tum aliquanto ira a ueteribus accepimus arcti
ore. Niſi in traiectu forte fluminis prohibendo aliquarum na
uiū concurſum in maius ut fit celebrantes nanalis uictorie ua
num titulum appetuere. Inſequens annus tribunos milita
res conſulari poteſtate habuit. A. ſempronium tuditanum. L. eq̄
tium cincinnatum. L. furium medullinū. L. horatiū barbatum.
Vehientibus annorum .xx. indutie date: et equis triennij. cum
plurium annorum petiſſent et a ſeditionibus urbanis otium fuit.
Annū inſequentem. neq: bello foris neq: domi ſeditione inſignem
neq: ludi bello uoti celebrem. et tribunorum militum apparatus.
et finitimorum concurſus fecere. Tribuni militum conſulari po
teſtate creant. Claudius craſſus. Sp. nautius rutilus. T. ſergius.

fidenas. Seruius tullius. Spectaculum comitate etiam hospitum
ad quod publico consensu uenerant. aduenis gratius fuit. Post lu
dos contiones seditiose tribunorum .pl. fuerunt obiurgantium
multitudinem .quod admiratione eorum quos coluissent stupens
in eterno se ipsa teneret seruitio .et non modo ad spem consulatus
in partem reuocandam aspirare non auderet. sed ne in tribunis
quidem militum creandis quod cōmunia essent comitia patrum
ac plebis siu ac suorum meminisset. desinerent ergo mirari cur
nemo de commodis plebis ageret. eo impendi laborem et periculum
unde emolumentum atq: honos speretur. Nihil non aggressuros
homines. si magna conatus magna premia proponantur. Vt quid
enim aliquis tu .pl. uat cecus in certamina periculo ingenti fru
ctu nullo: ex quibus pro certo habeat patres aduersus quos ten
deret bello inexpiabili se persecuturos: apud plebem pro qua dimi
cauerit nihilo se honoratiorem fore: neq: sperandum neq: postulan
dum esse magnos animos nisi magnis honoribus fieri .neminem
se plebeium contemptiurum .ubi contemni desissent. Experiendā
rem denique in uno aut altero esse, sit ne aliquis plebeius ferendo ma
gno honori .portento simile: miraculoq: sit aliquem fortem ac stre
nuum existere ortum explebe. Summa ui expugnatum esse. ut
tribuni militum consulari potestate ex plebe crearentur. petisse uiros
domi militiaeq: spectatos primis annis. insignitos. repulsos risisse
patribus fuisse .desisse .postremo prebere ad contumeliam os. nec
se tudere cur non lex quoq: abrogetur .qua id non liceat quod nūq
futurum sit .minorem quippe ruborem fore in uiris iniquitate
quasi per indignitatem ipsorum pretereantur. Huius generis o
rationes cum assensu audite incitauere quosdā ad petendū tribu
natum militum .Alium alia de commodis plebis laturum se in
magistratu profitentem .agri publici diuidendi coloniarumq: de
ducendarum ostentata spes .et uectigali possessoribus agrorum
imposito in stipendium militum erogandi eius. Captum deinde
tempus a tribunis militum quo per discessum hominū ab urbe.

cum patres clandestina denūtiatione reuocari ad diem certā essent
senatus consultus fieret absentibus tribunis. pl. ut quoniā uolscos
in hernicorum agros predatum exisse fama esset. ad rem inspicen
dam tribuni militum proficiscerentur. consulariaq: comitia habrē
tur. Profecti appium claudium filium decemuiri prefectum urbis
reliquerunt impigrum iuuenem. etiam inde ab incunabulis imbu
tum odio tribunorum plebisq:. Tribunis plebis nec absentibus his
qui senatus consultum fecerant. nec cum appio transacta re quod cō
tenderent fuit. Creati coss. sunt. C. sempronius atratinus. L.
fabius uibulanus: peregrina res. sed memorie digna traditur eo anno
facta. Vulturnū etruscorum urbem que nunc capua est a samnitī
bus captam. Capuamq: ab duce eorum capio uel quod propius uero
a campestri est agro appellatam. Cepere autem prius bello fatigatis e
truscis in societatem urbis agrorumq: accepti. deinde festo die gra
ues sumno epulisq: incolas uicerere noui coloni nocturna cede ador
ti. His rebus actis consules hi quos diximus idibus decembr ma
gistratum accepere. iam non solum qui ad id missi erant retulerē.
imminere uolscum bellum. sed legati quoq: ab latinis et hernicis
nuntiabant. non ante uolscos nec ducibus legendis nec exercitu scri
bendo intentiores fuisse. Vulgo fremere. aut in perpetuū arma bel
lumq: oblituoni danda uigumq: accipiendum. aut his cū quibus
de imperio certetur: nec uirtute nec patientia nec disciplina rei mi
litaris cedendum esse. haud uana attulere. sed nec perinde patres
moti sunt. & C. sempronius cui ea prouincia sorte euenit. tanq̄ cō
stantissime rei fortune fidens quod uictoris populi exercitum ad
uersus uictos duceret omnia temere ac neglegenter egit: a deo ut
discipline romane pl⁹ ī uolsco exercitu. q̄ in romano esset. Ergo
fortuna ut sepe aliās uirtutem est secuta. Primo prelio quod a
sempronio incaute inconsulteq: commissum est. non subsidijs
firmata acie. non equite apte locato concursum est. Clamor in
dicium primum fuit qua res inclinatura esset: excitatior crebri
orq: ab hoste sublatus a romanis dissonus. impar. sequius sepe ite

ratus incerto pauore prodidit pauorem animorum. eo ferocior illatus hostis urgere scutis micare gladiis. Altera ex parte micant circunspectantibus galee et incerti trepidant: applicantq: se turbe.
Signa nunc retinentia deseruntur: ab ante signa uis nunc inter suos manipulos recipiuntur. Nondum fuga certa. nondum uic toria erat. tegi magis romanus q̄ pugnare. Vulsci inferre signa. urgere aciem. plus cedis hostium uidere: q̄ fugr. iam in omnib⁹ locis ceditur: ne quicq̄ sempronio cos. oburgante. atq: hortante.
Nihil nec imperium nec maiestas ualebat. dataq: mox terga hostibus forent. m. Sex. tempanius decurio equitum. labenteriā re presenti animo subueniisset. Quum cum magna uoce exclamasset ut equites qui salutem rem.pu. uellent esse ex equis desilirēt.
Omnū turmarum equitibus uelut ad consulis imperiū motis. nisi hec inquit armata cohors sistat impetum hostium actum de ipso est. sequamini pro uexillo cuspidem meam. ostendite romanis uulscisq: neq: equitibus uobis ullos equites. nec peditibus esse peditis paret. Cum clamore comprobata adhortatio esset. uadit alte cuspidem gerens. quacunq: unceduntui uiam faciūt. eo se inferunt obiectis parmis ubi suorum plurimū laborem uident. restituunt omnibus locis pugnam. in que eos impetus tulit. Nec dubium erat quin si tam pauci simul obire omnia possent. terga daturi hostes fuerunt. et cum iam parte nulla sustinerentur. dat signum uulscius imperator ut parmatis noue cohorti hostiū locus detur. donec impetu illatu a suis excludantur. Quod ubi est factum intercluси equites nec prorumpere eadem que transierant posse ibi maxime confertis hostibus quacunq: fecerant. et consul legiones q: romane: cum quod regimen modo omīs exercitus fuerat. nusq̄ uiderent. ne tot fortissimos uiros intercluсos oppriumeret hostis. tendunt in quencūq: casum. diuersi uolsci hinc consulem ac legiones sustinere: altera fronte instare. tempano atq: equitibus. qui cum spe conati essent nequissent perrūpere ad suos. tumulo quodam occupato in orbem se tutabantur.

nequaq̃ inulta: nec pugne finis ante noctem fuit. Consul quoq: a
nuscq̃ remisso certamine. dum quicq̃ superfuit lucis hostem te
nuit. Nox incertos diremit. Tantusq: ab imprudenti cuẽtu
utraq: castra tenuit pauor ut relictus sauciis et magna parte
impedimentorum. ambo pro uictis exercitus se in montes reci
perent proximos. Tumultus tamen circunsessus ultra mediam
noctem est. Quod cum circunsedentibus nuntiatũ esset
castra deserta esse. uictos rati suos et ipsi qua quenq: in tenebs
pauor tulit fugerunt. Tempaniis metu insidiarum suos ad
lucem tenuit. digressus deinde ipse cum paucis speculanti cum
a sauciis hostibus scisscitando comperisset castra uolscorũ deser
ta esse, letus ab tumulo suos reuocat. et in castra romana pene
trat. Vbi cum uasta deserta q; omnia atq: eandem quam ap.d
hostes fecditatem inuenisset. pruisq̃ uolscos cognitus error redu
ceret. quibus poterat sauciis ductis secum. ignarus quam regi
onem consul petisset. ad urbem proximis montibus pergit. Iã
eo fama pugne aduerse. castrorumq: desertorum perlata erat:
et ante omnia deplorati erant milites. non priuato magis qm̃
publico luctu. fabiusq: consul terrore ubi quicq: inerto. statuo
nem ante portas agebat. Cum equites procul uisi non sine ter
rore a dubiis qui nam essent. mox cogniti tantam ex metu le
titiam fecere ut clamor urbem peruaderet gratulantium sal
uos uictoresq: reduxisse equites: et ex mestis paulo ante domib
que complorauerant suos procurreretur in uias: passimq: ma
tres ac coniuges oblite pre gaudio decoris, obuiam agminu oc
curreretent, in suos quisq: simul corpore atq: animo uix pre gau
dio compotes effuse. Tribunis pl. qui M. postumio et. T. quĩ
tio duces dixerant quod ad uesperum eorum opera male pugna
tum esset: occasio usa est per recensendum sempronij. cos. re
nouande in cos inuidie. Itaq: aduocata contione cum prodi
tam uictoriam rem pu. esse ab ducibus. proditum deinde quia il
lis impune fuerit in inuisa consule exercitum: traditos ad

cedem fortissimos equites, deserta fede castra uociferati essent:
C. iulius unus ex tribunis tempanium equitem uocari iussit. coram
q: ea. Sex tempani inquit quero de te arbitraris. nec T. sempro
nium cos. aut in tempore pugnam iniisse. aut firmasse subsidi
is aciem aut ullo bonis consiliis finem tum officio? et tu ne ipse
uictus legionibus romanis tuo consilio equitem ad pedes dedu
xeris restitueris q: pugnam? exclusos deinde ab acie nra tibi at
q: equitibus nris aut consul ipse subuenerit aut miserit presidium?
postero denic: die ec qui presidij usq; habuerit? an tu cohors q: in
castra uirtute prorumperitis? et quem in castris cos. et exercitum
inueneritis. an deserta castra relictos saucios milites. hec pro u
tute tua fideq: qua una res pu. hoc bello stetit, dicenda sunt ti
bi hodie: denic: ubi T. sempronius. ubi legiones nre sint. deser
tus sis. an deseruerit consulem exercitumq:? uicti denic: sim?
an uicerimus? Aduersus hec tempanio oratio incompta fuis
se dicatur. Ceterum militaris et grauis. non sine uana laudi
bus. non crimine alieno leta. Quanta prudentia rei bellice
in T. sempronio esset. non militis de imperatore existimanoz
esse sed populi r. fuisse. cum eum comitijs consulem legeret. Itaq;
ne ab se imperatoria consilia neu consulares artes exquirerent:
que pensiranda quoq; magnis animis atq: ingentijs essent. Se
quod uiderit referre posse. Vidisse autem se primus q̄ ab acie iter
cluderetur consulem in prima acie pugnantem: adhortante
inter signa romana: telaq: hostium uersantem. postea se a con
spectu suorum ablatum. extrepitu tamen et clamore sensisse
usq: ad nostrum extractum certamen. nec ad tumultum quem
ipse temuerat pre multitudine hostium credere prorumpi po
tuisse. exercitus ubi esset se nescire. arbitrari uelut ipse in re
trepida loci presidio se suosq: sit tutatus. sic consulem seruandi
exercitus causa loca tutiora castris cepisse. Nec militum r
melioresq: esse credere q̄ populi r. fortunam. nostrumq: omna.
errores mutui implesse. precantemq: deinde ne se fessum labo

re ac uulneribus tenerent cum ingenti laude nō uirtutis magūq̄
moderationis dimissum. Dum hec agerentur iam consul i
tua lauicana ad fanum quietis erat. co missa plaustra uinctaq:
alia ab urbe exercitum affectum prelio ac uia nocturna excepere.
paulopost in urbem est ingressus. cos. non ase magis eruxe amo
uens culpam q̄ tempanium meritis laudibus ferens. Meste ci
uitati et abre male gesta et irata ducibus. M. postumius reus ob
iectus qui tribunus mil. pro. cos. ad uebios fuerat. decem milib
eris grauis damnatur. T. quinctium collegam eius quia et i uol
scis consul auspitio dictatoris postumij tuberti et ad fidenas le
gatus dictatoris alterius. M. emilij res prospere gesserat. totam i
culpam eius in predamnatum culpam transferentem omnes tri
bus absoluerunt. profuisse ei cincinati patris memoria dicitur
uenerabilis uiri. et exacte iam etatis capitolinus quinctius sup
pliciter orant ne se breui reliquo uite spatio tam tristem uitium
ferre ad cincinatum paterentur. Plebs tribunos pl. absentes. Sex.
tempanium. A. sellium. et Antistium et spurillium ferat. quos et
pro centurionibus sibi prefecerant tempanio auctore equites. sena
tus cum odio sempronij consulare nomen offenderet tribunos mil.
consulari potestate creari uisum. Creati sunt. L. manlius capi
tolinus. Q. antonius merenda. L. papirius mugilanus. Prin
cipio statim anni. L. hortensius tr. pl. T. sempronio. cos. annu pri
orie diem dixit. quem cum quatuor colleg uispectante populo
r. orarent ne imperatorem suum innoxiū in quo nihil preter for
tunam reprehendi posset uexaret, egit hortensius patu. tentatūem
eam credens esse perseuerantie sue. Nec precibus tribunoriū que
in speciem modo iactentur. sed auxilio confidere reum. Itaq: i
modo ad eum conuersus, ubi illi patricij spiritus ubi subnixus
et fidens innocentie animus esset querebat, sub tribunitia umb
consularem uirum delituisse: Modo ad collegas: Vos autem si
reum perago quid actum est: an ereptum uis populo. et euersu
ri tribunitiam potestatem? Cum illi et de sempronio et de omī

bus summam populi r. potestatem esse dicerent. nec se iudicium
populi tollere: aut uelle aut posse: sed si precesue pro imperatore
qui sibi parentis esset loco non ualuissent se uestem cum eo mutatu
ros. Tum hortensius non iudebit inquit plebs r. sordidatos tri
bunos suos. T. sempronius nihil moror: quoniam hoc est impe
rio consecutus. ut tam carus esset multitudi: nec pietas magis tri
bunorum q̄ hortensij. Tam placabile ad iustas preces ingenium
pariter plebi ptribusq: gratius fuit. Non diutius fortuna equi
indulsit: qui ambiguam uictoriam pro sua amplexi fuerant. a
proximo anno cum. M. fabio imbulano. T. quinctio capitolino
filio capitolini consulis. ductu fabij. cui sorte ea prouincia obue
nerat nihil dignum memoratu actum. Cum trepidam tantū
ostendissent aciem equi turpi fuga funduntur. haud magno
consulis decore. itaq: triumphus negatur. Ceterum ob sempro
niane cladis leuandam ignominiam. ut ouans urbem intraret
concessum est. Quemadmodum bellum minore q̄ timuerant a
dimicatione erat perfectum. sic in urbe ex tranquillo nec opina
ta moles discordiarum inter plebem ac patres exorta est. Cepta
a duplicando numero questorum. quam rem preter duos urbanos
questores. duo qui consulibus ad ministeria belli presto essent. a cō
sulibus relatam. cum et patres summa ope approbassent: consulibus
tribuni. pl. certamen intulēr: ut pars questorum. nam ad id tēpus
patricij creati erant ex plebe fieret. Aduersus quam actionem
primo et consules et patres summa ope adnisi sunt. concedendo de
inde ut quemadmodum in tribunis consulari potestate creandis
usi sunt eque in questoribus liberum esset arbitrium populi cū parū
proficerent totam rem de augendo questorum numero omittunt.
Excipiunt obmissam tribuni. alieq: subinde. inter quas et agrarie le
ges. seditiose actiones existunt. Propter quos metus. cum senatus
consules q̄ tribunos creari mallet. neq: posset per seditiones tribu
nas senatus consultum fieri rec. pu. a consulibus ad interregnum.
neq: idipsum. nam coire patricios tribum prohibebant. sine certami

ne in gentu rediit. Cum parsmaior insequentis anni per nouos tri
bunos pl. et aliquod interregni certaminibus extracta esset. modo
prohibentibus tribunis patritios coire ad prodendum interregem
interpellantibus ne senatus consultum de comitijs consularibus
faceret. Postremo l. papirius mugillanus. prodidit interrex, ca
stigando nunc patres nunc tribunos pl. desertam omissamq; ab
omnibus rem. pu. deorum prouidentia curaq: exceptam memora
bat uehementibus indutijs et cunctatione equorum stare Vnde
si quid instrepat terroris sine patritio magistratu placere rē. pu.
opprimi. non exercitum non ducem scribendo exercitui esse: an
bello intestino. bellum externum propulsaturos: quesiin unum
conueniant, urx deorum opibus, quin obtruatur romana res, re
sistu posse quin illi remittendo de summa quisq: uiris mediis dis
copularent concordiam: patres patiendo tribunos militū. pro cō
sulibus fieri. Tr. pl. non intercedendo quominus quatuor que
stores promiscue de plebe ac patribus libero suffragio populi fierēt.

Tribunitia primū comitia sunt habita. Creati tribuni consulari po
testate omnes patritij. l. quinctius cincinnatus tertio. Sex. furius
medullinus iterum. M. manlius. A. sempronius atratinus. hoc
tribuno comitia questorum habente. petentibusq: inter aliquot
plebeios filio antistij tribuni pl. et fratre alterius tribuni pl. Sex pe
tilij, nec potestas nec suffragatio horum ualuit. quin quorum patres
auosq: consules fuderant. cos nobilitate preferrent. fuere omnes
tribuni pl. ante omnes penlius antistiusq: qui repulsa suorum
accensi quidnam id rei esset quod non suis beneficijs non patrum
muneribus. non denuq: usurpandi libidine. cum liceat quod ante
non licuerit. si non tribunū militarem ne questorem quidē quē
q̄ ex plebe factum. non ualuisse patrus pro filio fratris pro fratre
preces. tribunorum. pl. sacrosancte potestatis ad auxiliū liber
tatis create fraudem profecto in re esse. et. A. sempronium in co
mitijs plus artis adhibuisse q̄ fidei. cuius iniuria queri suos ho
nore delectos. Itaq: cum ipsium et innocentia tutum et magi

stratu in quo tunc erat. impetus fieri non posset flexere turat in T.
sempronium patruelem atratini. Eiq: obignominiā multa belli
aduersore collega. M. camuleio diem dixere. Subinde ab eisdē
tribunis mentio in senatu de agris diuidendis illata est. Cui ac
tioni semper accerrime. T. sempronius restiterat. ratus id qd
erat. aut deposita causa leuiorem futurum apud patres reum:
aut perseuerantem sub iudicij tempus plebem offensurum. ad
uersi inuidie obiecta malunt et sui nocere cause q̄ publice deesse.
stetitq: in eadem sententia. ne qua largitio cessura in trib̄ grām
tribunorum fieret. nec tum agrum plebi sed sibi inuidiam q̄ri.
se quicq: subiturum eam tempestatem forti animo. nec senatui
tantu se ciuem aut quemq̄ alium debere esse. ut in parendo r
uni malum publicum fiat. Nihilo demissiore animo cū dies
uenit causa ipsa ipse pro se dicta. ne quicq̄ omnia experius pa
bus ut mitigarent plebem. xv. milibus eris grauis damnatur.
Eodem anno postumia uirgo uestalis de incestu causam dixit
crimine innoxia. ob suspitionem propter cultum ameniorem
ingeniiq: liberius q̄ uirginem decet. parum abhorrens famā
ampliatam. deinde absolutam pro collegij sententia. Pontifex
maximus abstinere iocis coliq: sancte potius q̄ scite iussit. Eo
dem anno a campanis cume quas greci tum urbem tenebant
capiuntur. Insequens annus tribunos militum consula
ri potestate habuit. Agrippam ueneniū lanatum. P. lucrecii
tricipitinū. Sp. nautium. A mussi felicitate populi r. periculo
potius ingenti q̄ clade insignis. Seruicia urbem ut incenderet
distantibus locis coniurarunt. populoq: ad opem passim feren
dam tectis intento ut arcem capitoliumq: occuparent arma
ti. Auertit nefanda consilia iuppiter. iudiciq: duorum compre
hensi fontes penas dederē. Iudicibus dena milia grauis eris que
tum diuite habebantur ex erario numerata et libertas premiū
fuit. Bellum inde ab equis reparari ceptum et nouos hostes
Latinos consilia cum ueteribus iungere haud incerti ani

toribus romam est delatum. Equorum tam uelut aduersaris arma
assueuerat ciuitas. Iaucos legati missi. cum responsa inde retu
lissent dubia. quibus nec tunc bellum parari nec diuturnā pacē
fore appareret. Tusculanis negotium datum aduerterent animos
ne quid noui tumultus lauicis oriretur. Ad insequentis anni tri
bunos mil. consulari potestate imito magistratu legati a tusculo ue
nerunt. L. sergium fidenatem. M. papirium mugillanum.
C. seruilium prisci filium. quo dictatore fidene capte fuerant. ¶
Nuntiabant legati lauicanos arma cepisse: & cum equorum exerci
tu depopulatos agrum tusculanum in algido castra posuisse. Tum
lauicanis bellum indictum. factoq; senatus consulto ut duo ex tri
bunis ab bellum proficiscerentur. Vnus rebus rome curaret. Certamē
subito inter tribunos exortum. se quisq: belli ducem potiorem ferre.
curam urbis ut ingratam ignobilemq: aspernari. Cum parum de
corum inter collegas certamen mirabundi patres conspicerent.
Q. seruilius. quando nec ordinis cuiusquam nec rei pu. est
uerecundia patria maiestas altercationem istam dirimet: filius
meus extra sortem urbi preerit. bellum utinam qui appetunt
consideratius concordiusq: q̄ capiunt gerant. Id dictum balbi
ri non ex toto passim populo placuit. decem tribus sorte duc
te sunt. ex his scriptos iuniores duo tribuni ad bellū duxere.
Cepta inter eos in urbe certamina: cupiditate eadem imperij ¶
multo impensius in castris accendi. nihil remisse idem pro sen
tentia pugnare. sua consilia uelle. sua imperia sola rata esse: cō
temnere inuicem. et contemni: donec castigantibus legatis
tandem ita comparatum est: ut alterius diebus summā impe
rij haberent. Q̄ ue cum allata romam essent. dicitur. Q.
seruilius etate et usu doctus. precatus a dijs immortalibus. ne di
scordia tribunorum damnosior rei. pu. esset q̄ ad uebios fuis
set. et uelut haud dubia clade imminente instituisse filio ut mi
lites scriberet. et arma pararet. Nec falsus uates fuit. Nam di
e tu lucij. cuius dies imperij erat. loco inquo sub hostium castris

in que simulato

in que ſimulato metu receperat ſe hoſtiſ ad uallum. cum ſpeſ na
na expugnandi caſtra eo rem traxiſſet. repentino impetu equo
rum per ſupinam uallem fuſi ſunt. multiq; in ruina maiore q̃
fuga oppreſſi obtruncatiq; ſunt. caſtraq; eo die eqte retenta. Po
ſtero die circunfuſiſ iam magna ex parte hoſtibuſ per aduerſa
portam deferuntur. ducesq; legatiq;: et quod circa roboriſ de ex
ercitu fuit: tuſculum petiere. palati alij per agroſ paſſim multiſ
tumentibuſ maioriſ q̃ accepta erat cladiſ nũtij romam contẽdẽ.
Minuſ trepidationiſ fuit. quod euentuſ tumori hominũ congruens
fuerat: et quod ſubſidia que reſpicerent in re trepida preparaue
rant. Ab tribuno.mil.uulſiq; eiuſdem per minoreſ magiſtratuſ
ſedato in urbe tumultu: ſpeculatoreſ propere miſſi. nuntiauere
tuſculi ducem exercitumq; eſſe: hoſtem caſtra loco non mouiſſe: &
quod plurimũ animorum fecit. dictator ex ſenatuſ conſulto.
Q. ſeruiliuſ priſciuſ iur cuiuſ prouidentia in re.pu. cum multiſ alijſ
tempeſtatibuſ ante experta ciuitaſ. tum eucntu cuiſ belli quod
uni certamen tribunorum ſuſpectum ante rem male geſtam
fuerat. Magiſtro equitum creato a quo ipſo tribuno.mil. dicta
tor erat ductuſ filio ſuo ut tradidere quidam: Nam alij haa
lam ſeruilium magiſtrum equitum eo anno fuiſſe ſcribunt. no
uo exercitu profectuſ ad bellum, accitiſ qui tuſculi erant duo r
milia paſſuum ab hoſte locum caſtriſ cepit. tranſierat ex re bene
geſta ſuperbia negligentiaq; ad equoſ que in romaniſ ducibuſ
fuerat. Itaq; primo ſtatim prelio. cum dictator equitatu ĩmiſſo
anteſignaṇoſ hoſtium turbaſſet legionũ inde ſigna inferri pro
pere uiſſiſſet. ſignĩferum unũ ex ſuiſ cunctantem occidit. tan
tuſ ardor ad dimicandum fuit. Impetum equi non tulerũt.
Victiq; acie cum fuga effuſa petiſſent caſtra breuiore tempore et
certamine minor caſtrorum oppugnatio fuit: q̃ prelium fuerat.
Captiſ direptiſq; caſtriſ cum predam dictator militi conceſſiſſet,
ſecutiq; fugentem ex caſtriſ hoſtem equites renũtiaſſent omneſ
lauicanoſ uictoſ. magnam partem equorum lauicoſ cõfugiſſe

postero die ad lauicos ductus exercitus: oppidumq: corona circundatum scalis captum ac direptum est. Dictator exercitu uictore romam reducto die octauo q̄ creatus erat magistratu se abdicauit: et oportune senatus priusq̄ agrarie seditiones mentione illata de agro lauicano diuidendo fierent. cē siuit frequens coloniam lauicos deducendam. coloni aburbe mille et quingenti. missi bina iugera acceper. Captis lauicis ac deinde tribunis mil. consulari potestate agrippa menenio lanato &. L. seruilio structo. &. P. lucretio tricipitino. iterum omnibus his &. Sp. rutilio crasso. & insequente anno. A. sempronio atratino tertium et duobus iterum. M. papirio mugilano. &. Sp. nautio rutilio biennio tranquille extreme tes discordia domi ex agrarijs legibus fuit. Turbatores uulgi erant. Sp. mecilius quarto. et mecilius tertio. tribuni. pl. ambo absentes creati: & cum rogationem promulgassent, ut ager ex hostibus captus uiritim diuideretur. magneq: partis nobilium eo plebiscito publicarentur fortune: nec enim ferme quicq̄ agri ut in urbe alieno solo posita. non armis partum erat. ni quod uenisset. assignatum ue pubice esset. preterq̄ quod plebs habebat. Atrox plebi patribusq: prepositum certamen uidebat. Nec tribuni. mil. nunc in senatu: nunc in consilijs priuatis principum cogendis uiam consilij inueniebant. Tum ap. claudius nepos eius qui decēuir legibus scribendis fuerat. minimus natu ex concilio dicatur dixisse. uetuisse ac familiare consilium domo afferre. proauū enim suum. Ap. claudium ostendisse patribus uiam unam. dissoluende tribunitie potestatis. per collegarum intercessionem. facile homines nouos auctoritate principum. de sententia deduci: si temporum interdum potuis q̄ maiestatis memor adhiberetur oratio. pro fortuna illis animos esse. Vbi uidebant collegas principes agende rei gratiam omnem ad plebē preoccupasse: nec locum in eam relictum sibi. haud grauate ac clinaturos se ad causam senatus, per quam uniuerso ordini a

cum primoribus se patrum conciliet. Approbantibus cunctis:
et ante omnes. Q. Ceruilio prisco, quod non degenerasset ab stir-
pe claudiana collaudante iuuenem negotium datur: ut quos quis
q; posset ex collegio tribunorum ad intercessionem pelliceret.
Misso senatu prensantur a principibus tribuni suadendo pollicen-
doq; gratum id singulis priuatim. gratum uniuerso senatui fo-
re. sex ad intercessionem comparauere. Posteroq; die cum ex com-
posito relatum ad senatum esset. de seditione quam meculusq;
largitione pessimi exempli concurrent ee orationes a primoribus
patrum habue sunt ut pro se quisq; iam hoc consilium sibi suppe-
tere diceret: nec se ullam opem cernere aliam usq; preterq; tribu
nitio auxilio in cuius potestatis fidem curriuentam rem. pu. tāq;
priuatam inopem confugere. preclarum ipsis potestatiq; esse non
aduexandum senatum. discordiamq; ordinum mouendam.
plus in tribunatu uirium esse. q; ad resistendum improbis col-
legis. fremitus deinde uniuersi senatus ortus. cum ex omnibus
partibus curie tribuni appellarentur. tum silentio facto. ij qui
preparati erant. gratia principum quam rogationem a colle-
gis promulgatam senatus censeat dissoluende rei. pu. esse. et
se inter cessuros ostendunt. Gratie intercessoribus a senatu
acte. latores rogationis contione aduocata proditores plebis
commodorum ac seruos consularium appellantes. aliaq; truc
i oōne in collegas inuecti actionem deposuere. Duo bella in-
sequens annus habuisset. quo. P. cornelius cossus. C. Valerius
potitus. quinctius cincinatus. M. fabius uibulanus tribuni
mil. consulari potestate fuer. nu uehiens bellum religio princi
pum distulisset. Quorum agros tiberis super ripas effusus
maxime ruinis uillarum uastauit. Simul equos triennij an-
te accepta clades prohibuit uolanis sue genus populo presidiū
ferre. excursiones inde in continem agrum lauicanū facte e-
rant nouisq; colonis bellum illatum. Quam noxam cum se
consensu omnium equorum defensuros speraissent deseru a.

siue ne memorabili quidem bello per obsidionem. leuemq; unã
pugnam et oppidum et finẽs amisere. Tentatum a. l. decio tri
buno. pl. ut rogationem ferret. qua uolaꝰ quoq; sicut lauicoꝰ colo
nu mitterentur per intercessionem collegarum qui nullum plebisci
tum nisi ex auctoritate senatus passuroꝰ se ferri ostenderunt di
scussum est. Volsci in sequenti anno recepti, equi coloniaq; eo de
ducta. nouis uribus oppidum firmauẽr. Tribunis militum
rome consulari potestate. C. cornelio cosso. L. ualerio potito.
Q. fabio uibulano iterum. M. postumio regilensi. Hoc bellum
aduersus equoꝰ permissum est. praue mentis homini. qui ta
men magis uictoriam q̃ bellum ostendit. Nam exercitu impi
gre scripto. ducto q; ad uolaꝰ cum leuibus prelijs equorum ani
moꝰ fregisset: postremo in oppidum irrupit. deinde ab hostibus
in emeꝰ bellum auertit. et cum inter oppugnationem predã multi
tus foꝛe ediuisset capto oppido fidem mutauit. Eam magis addu
cor ut credam ire cantãm exercitum fuisse: q̃ quod in urbe nuper di
repta. coloniaq; noua. minus predicatione tribuni prede fuerit.
Auxit eam iram postq̃ a collegis accersitus propter seditiones tri
bunitias in urbem reuertitur. Audita uox eius in contione i
stolida ac prope uecorꝰ. qua. M. sextio. tr. pl. legem agrariam
ferenti, simul uolaꝰ quoq; ut mitterentur coloꝛ laturum se di
centi dignoꝰ enim esse qui armis cepissent eorum urbem agrũ
q; uolanum esse. Malum quidem militibus meis inquit mi qui
euerunt. quod auditum non contionem magis q̃ mox patres of
fendit. et tribunus. pl. uir acer nec in facundis nactus inter ad
uersarioꝰ superbum ingenuũ immodicamq; linguam quam irrita
do agitando q; in eaꝰ impelleret uoceꝰ que inuidie non ipsi tantũ
sed cause atq; uniuerso ordini essent. neminem ex collegio tribu
norum. mil. sepiusq̃ postumiũ in disceptationem trahebat. Tum
uero secundum tam seuũ atq; inhumanũ dictum. Auditis in
quit quiritesꝰ sicut seruis malum minantem militibus. tamẽ
hec belua dignior uobis tanto honore uidebitur, q̃ qui uoꝰ urbe

agriſq: donatoſ in coloniaſ mittunt. qui ſedem ſenectuti ure
proſpiciunt: qui pro uriſ commodiſ aduerſiſ tam crudeleſ ſu
perboſq; aduerſarioſ depugnant. incipite deinde mirari. cur
pauciam ſuſcipiant cauſam uram: quidnam a uobiſ ſperet:
an honoreſ quoſ aduerſariiſ uriſ potuiſq; populi. propugnatori
buſ datur: Ingemuiſtiſ modo nocentiſ audita. Quid ut refe
rt: iam ſi ſuffragium detur. hunc qui malum uobiſ minatur.
hiſ qui agroſ ſedeſq: ac fortunaſ uraſ ſtabilire uolunt preferetis.
Perlata hec uox poſtumij ad militeſ multo in caſtriſ maiorem in
dignationem mouit: prede ne interceptorem. fraudatoremq: e
tiam malum minari militibuſ. Itaq: cum fremituſ aperte eſſet.
& queſtor. P. ſextiuſ eadem uiolentia coherceri ſeditionem putare
poſſe. qua mota erat. miſſo ad uociferantem quendam militeſ licto
re: cum inde clamor et turgium oriretur. ſaxo ictuſ turba excee
dit. Inſuper increpante qui uulnerauerat. habere queſtoreſ quod
imperator eſſet militibuſ minatuſ. Ad hunc tumultum acciuſ
poſtumiuſ aſperiora omnia fecit. acerbiſ queſtionibuſ. crudelib⁹
ſupplicijſ. Poſtremo cum modum ire nullum faceret. ad uociferā
cionem eorum quoſ necari ſub craſſe uiſerat concurſu facto ipſe
ad interpellantiſ penam uecorſ de tribunali decurrit. Ibi cum
ſubmouenteſ paſſim lictoreſ centurioneſq: uexarent turbam. eo
indignatio erupit. ut tribunuſ militum ab exercitu ſuo lapidib⁹
cooperiretur. Quod tam atrox facinuſ poſtq̄ eſt romam nūtiatū
tribuniſ militum de morte collegę per ſenatum queſtioneſ de
cernentibuſ. tribuni. pl. intercedebant. ſed ea contentio ex certa
mine alio pendebat. quod cura meſſerat patreſ ne metu queſti
onum plebi irata. tribunoſ mil. ex plebe crearet. tendebantq: ſū
ma ope ut conſuleſ crearentur cum. S. conſultum fieri. tr. pl.
non paterentur. et ijdem intercederent conſularibuſ comitijſ.
reſ ad interregnum rediit. Victoria deinde penes patreſ fuit.
Q. fabio uibulano interrege comitia habente. coſſ. creati ſunt. C.
corneliuſ coſſuſ. furuſ medullinuſ. His conſulibuſ pricipio

anni senatus consultum factum est ut de questione postumi
ane cedus tribuni quoq: primo tempore ad plebem ferrent. r
plebsq: preficeret questioni quos uellet. A plebe consensu popu
li consulibus mandatur: qui summa moderatione ac leuitate
per paucorum supplicium quos sibumet ipsos consciisse mortē
satis creditum est: transacta re nequiuere tamen consequi ut
non egerrime id plebs ferret. Jacere tam diu irritas sanctiones
que de suis commodis ferrentur. cum interim de sanguine et r
supplicio suo latam legem confestim exercerent: et iam tantam
uim habere. Aptissimum tempus erat uindicandis seditionib
delimmentum animis uolani agri diuisionem obici quo fac
to minuissent desiderium agrarie legis; que possessio per in
iuriam agro publico patres pellebat. Tunc hec ipsa indignitas an
gebat animos non in retinendis modo publicis agris quos ut te
neret pertinacem nobilitatem esse sed ne uacuū quidem agrū
nuper ex hostibus captum plebi diuidere: mox paucis inter cete
ra futurum prede. Eodem anno aduersus uulscos populantes
hernicorum fines ducte a furio. cos. legiones cum hostem ibi r
non inuenissent: ferentinū quo magna multitudo uulscorum
se contulerat cepere. Minus prede q̄ sperauerant fuit: quod uul
sca postq̄ spes tuendi exigua erat sublatis rebus noctē oppidum
reliquere. Postero die prope desertum capitur. hernici ipsi
ager dono datus. Annū modestia tribunorum quietum exc
cepit. tribunus pl. lucilius. Q. fabio ambusto. c. furio pacilo.
cos. is cum principio statum annu uelut pensium nominis fami
liaq: seditionem agrariis legibus promulgandis cieret pestilēta
coorta minacior tamen q̄ pruciosior: cogitationes hominum
a foro certaminibusq: publicis ad domum curamq: corporū
nutriendorum auertit. Minusq: eam damnosam fuisse q̄ seditio
fuerit creduntur. defuncta ciuitate plurimorum morbis per pau
cis funeribus pestilentem inopia frugum annū neglecto cultu
agrorum ut plerunq: fit accepit. M. papirio atratino. C. nautio

rutilio. coss. iam fame ꝙ pestilentia tristior erat. in dimissis cu
ca omnes populos legatis. qui etruscum mare. quiq; tiberim ac
colunt ad frumentum mercandum antione foret subuentum.
Superbe a samnitibus qui capuam habebant cumasq; legati prohi
biti commercio sunt. Contra ea benigne ab siculorum tyrannis
aduitu maximos commeatus summo etrurie studio tiberis ad
uex. Solicitudinem in ciuitate egra consules experti sunt: cū
in legationes non plus singulis senatoribus inuehientes coacti
sunt binos equites adjicere. preterq; a morbo annuo nanq: nihil
eo biennio intestini externi ue incommodi fuit. At ubi he
solicitudines discessere: omnia quibus ciuitas turbari erat so
luta. domi discordia foris bellum exortum. M. emilio. vale
rio potito. coss. bellum equi parabant. Vulsis quanq; non pu
blico consilio capescentibus arma: uoluntarijs mercede secutis
militiam. Ad quorum famam hostium. iam enim in latinum
hernicumq: transcenderant agrum: delectum habentem vale
rium. coss. M. nevius. tr. pl. legis agrarie lator cum impediret auxi
lioq; tribuni nemo inuitus sacramento diceret. repente nuntiat.
arcem carventanam ab hostibus occupatam esse. Cognomini
a. accepta cum apud patres invidie. M. nevio fuit: tum cete
ris tribunis. iam ante preparatis intercessoribus legis agrarie
prebuit iustiorem causam resistendi college. Itaq: cum res diu
ducta per altercationem esset. consulibus deos hominesq: testā
tibus. si quicquid ab hostibus cladis ignominieq; aut iam accep
tum esset aut immineret culpam penes. M. nevium esse qui delectū
impediret. M. nevio contra vociferante: si iniusti dominii pos
sessione agri publici cederent. se moram delectui non facere. a
decreto interposito novem tribuni sustulerunt certamen: promū
tiauerunt; ex collegij sententia. C. valerio. cos. se damnū ali
amq: coherctionem aduersus intercessionem college delectus
causa detrectantibus militiam inhibenti auxilio futuros esse.
hoc decreto cos. armatus cum paucis appellantibus tribunum.

142/h

collum torsisset mem ceteri sacramento dixere. Ductus exercitus
ad caruentanam arcem quanq̃ inuisus infestusq: consuli erat ꝛ
impigre primo statim aduentu: deiectis qui in presidio erant ar
cem recepit. predatores ex presidio per negligentiam delapsi occa
sionem aperuere ad inuadendum: prede ex assiduis populatio
nibus quod omnia in locum tutum congesta erant. fuit aliquātū
uenditum sub hasta. Consul in erarium redigere questores iussit.
tum predicans participem predefore exercituum cum militiam
non abnuisset. Auctę inde plebis ac militū in consulem ire. Ita
q: cum exsenatus consulto urbem ouans introuet. alternis in con
diti uersus militaris licentia iactati, quibus consul uicerpitus. ꝛ
M. neuij celebre nomen laudibus fuit. cum ad omnem mentionem
tribuni fauor circumstantis populi plaususq: et assensu cū uocib⁹
multum certaret. plusq: ea res quam prope solemnis militū lasci
uia in consulem, cure patribus iniecit: et tanq̃ haud dubius inter
tribunos. mil. honos. M. neuij si peteret consularibus comitijs est
exclusus. Creati. cos. C. cornelius cossus. L. furius medullinus ite⁹.
Non alias egrius plebs tulit tribunitia comitia sibi non commissa. Cū
dolorem questorijs comitijs simul ostendit. et ultra est. tunc primū
plebeis questoribus creatis. ita ut in quatuor creandis tum patricio.
C. fabio ambusto relinquerentur loci: tres plebeij, quinctius silinus. ꝛ
P. pupius clarissimarum familiarum iuuenibus preferrentur. Auctо
res fuisse tam liberi populo suffragij uelhoc accipio ex familia infestis
sima patribus. trec in eum annū tribunos. pl. creatos. Hij militarū
magnarumq: rerum molem auidissimo a deo populo ostentantes
cum affirmassent nihil se moturos sine questorijs quidem comitijs
que sola promiscua plebi patribusq: reliquisset senatus. satis animi
populo esset, ad id quod tamdiu uellent: et per leges liceret. Prōgenti
itaq: uictoria id fuit plebi. questuramq: eam non honoris ipsius fi
nem estimabant. sed patefactus ad consulatum ac triumphos lo
cus nouis hominibus uidebatur. Patres contra non pro cōmunica
tis sed pro amissis honoribus fremere. negare si ea ita sint liberos tol

lendos esse. Q~ui pulsi maiorū loco cernentesq: alios in possessi
onem dignitatis tue/ salij flamines q: nusq~ alio q~ ad sacrificandū
pro populo sine imperijs ac potestatibus relinquantur. Irritatis u
triusq: partis animis: cum et spiritus plebs sumpsisset et tres ad
populare causam celeberrimi nominis haberet duces: patres
omnia questorijs comitijs, ubi utrumq: plebi liceret. similia fore
cernentes tendere ad consulum comitia que nondum promiscua
essent. Ialij contra tribunos mil. creandos dicerent. et tandē ali
quando impetiendos plebi honores. sed nulla erat consularis actio.
quam impediendo id quod petebant exprimerent. Cum mira oppor
tunitate uulscos et equos predatum extra fines in agrum latinū
hernicumq: affertur. Ad quod bellum ubi ex senatus consulto cō
sules habere delectum occepunt. obstare tunc emixe tribuni. sibi
plebiq: eam fortunam oblatam memorantes. tres erant. et omnes
acerrimi uiri generosiq: ut inter plebeios duo singuli singulos si
bi coss. asseruandos desumūt: assidua opera uni contionibus
data: nunc detinenda. nunc concienda plebs. nec delectum con
sules nec comitia que perturbant tribuni expediebant. Inclinante
deinde se fortuna ad causam plebis nuntij uenūt arcem caru
entanam delapsis ad predam militibus qui in presidio erant: eōs
interfectis paucis custodibus arcis inuasisse. Alios recurrentes in
arcem alios palantes in agris cesos. Eā aduersa curatu res mites
tribunitie actioni adiecit. Ne quicq~ enim tentati ut tum denu
q: desistrerent impediendo bello: postq~ non cessere nec publice
tempestas. nec sine inuidie periculum. ut senatus consultū fiat
de tribunis mil. creandis certo tamen pacto ne eius ratio habere
tur qui eo anno. tr.pl. esset: neue quis reficeretur in annū tribu
nus. pl. haud dubie ialios denotante senatu: quos merito dem
seditiosi tribunatus petere consularium insimulabant. Tum de
lectus haberi bellumq: omniū ordinum consensu apparari cep
tum. Consules an ambo profecti sint ad arcem caruentanam.
an alter ad comitia habenda substiterit incertum diuersi auctō

ref faciunt. Illa pro certo habenda in quibus non dissentiunt. ab
arce caruentana cum duci ne quicq̃ oppugnata esset recessum:
uerrugínem in uulscos eodem exercitu receptum: populationesq;
et predas in equis et in uulsco agro ingentes factas. Rome
sicut plebis uictoria fuit in eo: ut qui mallent comitia haberent.
ita euentu comitiorum patres uicere Nanq; tribuni mil. cõsu
lari potestate contra spem omniũ tres patritij creati sunt. C. iuli
us tullus. P. cornelius cossus. c. sergius haala. Artem adhibi
tam ferunt a patritijs. cuius eos uilij insimulabant. quod turbã
indignorum candidatorum intermiscendo dignis tedio sordi
um in quibusdam insignium populum a plebeis auertissent. Vol
scos deinde et equos. seu caruentana arx retenta in spem. seu
uerrugine amissum presidium aduram cum impulisset. fama
affertur summa ui ad bellum cohortos: caput rerum armatos
esse. eorum legatos utriusq; gentis populos circũisse. castigãtes
q; ignauiam quod abditi intra muros populabundos in agris
uagari romanos. priore anno: et opprimi uerrugínis presidi
um passi essent. Jam non exercitus modo armatos: sed colonias
etiam in suos fines mitti: nec ipsos modo romanos sua dimis
sa habere. sed ferentinum etiam de se captum hernicis donasse. A
dhec cum inflãmarentur animi ut ad quosq; uentum erat nu
merus iuniorum conscribebatur. ita omniũ populorum uuuẽ
tus antium contracta. ibi castris positis hostem operiebãtur.
Que ubi tumultu maiore etiam q̃ res erat nuntiantur roma
senatus ex templo quod in rebus trepidis ultimum consilium
erat dictatorem dici uultit. quam rem egre passos. uhũ. cornc
líumq; ferunt. magnoq; certamine animorum rem actam.
Cum primores patrum. ne quicq̃ conquestu: non esse in auctori
tate senatus tribunos mil. postremo etiam tribunos pl. appella
rent. et consules quoq; ab ea potestate uim super tali re inhi
bitam referrent: tribu pl. seu discordia patrum nihil esse in
his auxilij dicerent. quibus non ciuium non denuq; hominũ

numero essent. Si quando promiscui honores cōmunicata
resp. esset. tum se animaduersuros ne qua superbia magist.
tuū irrita senatus consulta essent. Interim patritij soluti legū
magistratuum q: uerecundia. per se quoq; tribunitiā potestatē
agerent. Hec contentio minime idoneo tempore. cum tantū
belli in manibus esset occupauerat cogitationes hominū: donec
ubi duu alterni cuiusq: cornelius q: cum ad id bellum satis ido
nei ipsi duces essent. non esse equum mandatum sibi a populo
eripi honorem dissereuere. Tum babala seruilius tr. militū.
ta cuisse se tam diu aut. non quia incertus sententie fuerit. quē
enim bonum ciuem secernere sua a publicis consilia: sed qui
a maluerit collegas sua sponte cedere auctoritati senatus q̄m
tribunitiam potestatem aduersus se implorari paterentur. ¶
Tum quoq: si res sineret libenter se datorum tempus his fuisse ad
receptum nimis pertinacis sententie. sed cum belli necessitates
non expectent humana consilia: potiorem sibi collegarū gratia
rem. pu. fore: et si maneat in sententia senatus dictatorem ¶
nocte proxima dicturum: ac si quis intercedat senatus cōsul
ti auctoritate se fore contentum. Quo facto cum haud. ī
meritam laudem gratiamq: apud omnes tulisset. dictatore
P. cornelio dicto. ipse ab eo magister equitum creatus est. Ex
emplo fuit. collegas cumq: intuentibus q̄ gratia atq: bono⁹
oportuniora interdum non cupientibus essent. Bellum
haud memorabile fuit. Vno atq: eo facili prelio cesi ad an
tiū hostes. uictor exercitus depopulatus agrum uulscum. ca.
stellum ad lacum folcinū ui expugnatum: atq: in eo tria milia
hominū capta. Ceterum uulsci intra menia compulsi nec de
fendentibus agros. dictator bello ita gesto ut tantum non defu
isse fortune uideretur felicitate q̄ gloria maior in urbem re
diit: magistratuq: se abdicauit. Tribuni mil mentione nulla
comitiorum consularium habita credo ob iram dictatoris,
creati. tribunorum militum comitia edixer. tum uero grauí

or cura patribus incessit. Quippe cum prodi causam a suis cerne
rent. Itaq: sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candi
datos: omnium etiam dignorum tedium fecerant. sic tum primo
ribus patrum splendore gratiaq: ad petendum preparatis omnia
loca obtinuere: ne cui plebeio aditus esset. quatuor creati sunt. i
omnes iam sunch honore. L. furius medullinus. C. ualerius po
titus. CN. fabius ambustus. C. seruilius ahala. Hic refectus
continuato honore. cum ob alias uirtutes. tum ob recentem fauo
rem unica moderatione partium. Eo anno quia iam tempus i
diuiarum cum uehienti populo exierat. per legatos fecialesq: rei
repti cepte. Quibus uenientibus ad finem legatio uehientium
obuiam fiunt: petere ne priusq ipsi senatum romanum adisserent.
uehios iretur. Ab senatu impetratum. quia discordia intestina
laborarent uehientes. ne res ab hys repeteretur. tantum absunt
ut ex incommodo alieno sua occasio petatur. et in uulscos accep
ta clades amisso uerrugine presidio. Vbi tantum in tempore fu
it momenti. ut cum precantibus opem militibus qui ibi a uulsci
obsidebantur. succurri si maturatum esset potuisset. ad id uene
rit exercitus subsidio missus: ut arcenti cede palati ad predan
dum hostes opprimerentur. tardatus causa in senatu magis
fuit q in tribunis. qui qua summa ui restare nuntiabantur:
parum cogitauerunt nulla uirtute superari humanarum uiri
um modum. fortissimi milites. non tamen nec uicti post mor
tem multi fuere. In sequenti anno. P. & CN. cornelius cossus
cum fabio ambusto. L. ualerio potito tribunis militum consu
lari potestate. uehiens bellum ortum ob superbum responsum
uehientium. Qui legatis senatus repetentibus rei. ni facerent
propere, urbe finibusq: daturos penas. quas lars tolumnius de
disset respondeu uulsit. Id patres egre passi. decreuere ut tribu
nis mil. de bello indicendo uehientibus primo quoq: die ad popu
lum ferrent. Quod ubi primo promulgatum est. fremere uul
tus nondum debellatum cum uulscis esse: modo duo presidia ex

cidione occisa cum periculo retinerī: nullum annū esse quo nō aci
e dimicetur: et tanq̄ non penitreat laboris nouum bellum cum fi
nitimo populo et potentissimo parari qui omnem ciuitatem sit i
concitaturus. hec sua sponte agitata tribuni pl. insuper accen
dunt. Maximum bellum patribus cum plebe esse dictitant. I
Eam de industria nexandam militia trucidandamq: hosti obici.
eam procul urbe haberi atq: allegari. ne domi per otium memor li
bertatis colonia rumq: aut agri publici: aut suffragij libere ferē
di consilia agitet. pensantesq: ueteranos stipendia cuiusq: ac i
uulnera et cicatrices numerabant. quid iam integri esset. in cor
pore ad noua uulnera accipienda: quid superesset sanguinis. quid
dari pro re.pu. posset rogitantes. hec cum in sermonibus contionib
q: interdum agitantes auertissent plebem a bello suscipiendo. pro
fertur tempus ferende legis quam subiectam inuidie antiqua
ri apparebat. Interim tribunos militum in uolscum agrum
ducere exercitum placuit. C. cornelius unus rome relictus. i
Trec tribuni postq̄ nullo loco castra uolscorum esse: nec comissuros
se prelio apparuit: tripartito ad deuastandos fines discesserūt.
Valerius antium petit: cornelius egiras. quacunq: incesserē late
populati sunt agros tectaq: ut deterrerent uolscos. fabius quod
maxime perbatur ad anxur oppugnandum sine ulla populati
one accessit. Anxur fuit que nunc terracene sunt. Vrbs prona
in paludem: ab ea parte fabius oppugnationem ostendit. Cur
cūmisse quattuor cohortes: cum. c. seruilio abala. cum īmīnē
tem urbi collem cepissent. ex loco altiore qua nullum erat pre
sidium ingenti clamore ac tumultu menia inuadere. Ad quē
tumultum obstupefacti qui aduersus fabium urbem infimam
tuebantur. locum dedere scalas admouendi plenaq: hostiū ci
ta erant: et īmīnus diu cedes pariter fugientium ac resistentiū
armatorum atq: inermiū fuit. Cogebantur itaq: uicti. quia
cedentibus nihil spei erat pugnam inire: cum pronū tuatū re
pente nequis preter armatus uiolaretur. reliquam omem mł

nitudinem uoluntariam exuit armis. quorum ad duo milia & q̃ingenti uiui capiuntur: a cetera preda fabius militem abstinuit donec college uenirent. ab illis quoq; exercitibus captum arcem dictitans esse. qui ceteros milites a presidio euocauissent. qui ubi uenier̃ oppidum uetere fortuna opulẽtum tres diripuere exercitus. Eaq; primũ benignitas imperatorum plebem patribus conciliauit. Additum deinde omnium maxime tempestino principum in multitudinem munere ut ante mentionem ullam plebis tribunorum nedeceret senatus: ut stipendium miles de publico acciperet. cum ante id tempus de suo quisq; functus eo munere esset. Nihil acceptum unq̃ a plebe tanto gaudio traditur. Concursum itaq; ad curiam esse: precatasq; exeuntium manus et patres uere appellatos. Effectum esse patribus ut nemo pro tam munifica patria, donec quicq̃ uirium superesset corpori aut sanguini suo parceret. cum comoditas uinceret rem familiarem. tem acquiescere eo tempore quo corpus addictum atq; operatũ rei-pu esset. tum quod ultro sibi oblatum esset. non a tribunis pl. unq̃ agitatum esset. non suis sermonibus efflagitatum. id efficiebat multiplex gaudium cumulationemq; gratiam rei. Tribuni pl. comunis ordinum letitie concordieq; soli expertes. negare tam id letum patribus uniuersis: nec prosperum fore q̃ ipsi crederent. Consilium propriprima melius fuisse q̃ usu apparuerunt. Vnde enim eam pecuniam confici posse nisi tributo indicto: ex alieno igitur alios largitos. Neq; enim si ceteri ferant. passiuos eos quibus iam emerita stipendia essent. meliore conditione alios militare q̃ ipsi militassent. & eosdem in sua stipendia impensas fecisse et in aliorum facere. his uocibus mouerunt partem plebis. Postremo inducto iam tributo edixerunt etiam tribum auxilio se futuros. si quis in militare stipendium tributum non contulisset. Patres bene ceptam rem perseueranter tueri. Conferre ipsi primi. et quia nondũ argentũ

ſignarum erat. et graue plauſtrũ quidam ad erarium conue
hentes. ſpectoſam etiam collationem faciebant. Cum ſenatus
ſumma fide et cenſum contuliſſet. primores plebis nobilium
amici ex compoſito conferre incipiunt. Quos cum et a patri
bus collaudari et a militari etate tanq̃ bonos ciues conſpici
uulgus hominum uidit. repente ſpreto tribunitio auxilio certa
men conferendi eſt ortum. Et lege perlata de indicendo ue
hientibus bello. exercitum magna ex parte uoluntariũ nouẽ
tribuni. mil. conſulari potestate uehios duxer̃. fuere autẽ tri
buni. T. quinctius capitolinus. Q. quintius cincinatus. C. iu
lius tullus iterum. A. manlius. L. furius medullinus tertium.
C. emilius mamercus. ab his primum circumſessi vehij ſunt. Sub
cuius initium obſidionis cum etruſcorum concilium ad fanũ
uolturne frequenter haberetur. parum conſtitit. bello ne
publico gentis uniuerse tuendi uehientes essent. Ea oppugna
tio segnior in ſequenti anno fuit. parte tribunorum exercitus
q: ad uulſcium aduocata bellum. Tribunos mil. conſulari pote
state is annus habuit. C. ualerium potitum tertium. M. ſergi
um fidenatem. P. cornelium maluginensem. C. cornelius coſ
ſum. C. fabium ambustum. Sp. nautium rutilium iterũ.
Cum uulſcis inter ferentinũ atq: ecetram ſignis collatis dimi
catum. romanis ſecunda fortuna pugne fuit. Artena inde
uulſcorum oppidum a tribunis obſideri cepta. inde inter
eruptionem tentatam compulſo in urbem hoſte occaſio data
est romanis erumpendi. preterq̃ arcem cetera capta. In arcem
munitam natura globus armatorum conceſſit. Infra arcem
ceſi captiq: multi mortales. Arx deinde obſidebatur. nec aut
ui capi poterat quia pro ſpatio ſatis preſidij habebat: aut ſpem
dabat deditionis. omni publico frumento prius q̃ urbs capere
tur in arcem conuecto. Tedioq: receſſum inde fuit. ni ſeruus
arcem romanis prodidiſſet. ab eo militer per locum arduum
accepti cepere. A quibus cum cuſtodes trucidarentur. cetera

multitudo repentino pauore oppressa in deditionem uenit. di
ruta. et arce cum urbe arcana reducte legiones ex uulscis omnisq;
uis romana uehios conuersa est. proditoru preter libertatem du
arum familiarum bona in premium data. Seruus romanus
nocitatus. Sunt qui artemam uebientium non uulscorum fuis
se credunt: prelet eroiem quod eusdem nominis urbs inter ce
tera atq; uehios fuit. sed eam regesromani deleuere. certe quoq;
non uehientium fuerat. Altera hoc nomine eodem in uulsco agro
fuit: cuius excudium est dictum.

T. LIVII. HISTORIAR. LIBER QVARTVS. EXPLICIT. ICIPIT. QVITVS.

PACE. ALIBI. PARTA. ROMANI. VEHII. QB.
in armis erant tanta ira odioq; ut uicinis finē adef
se appareret. Comitia utriusq; populi longe diu
tia ratione facta sunt. Romani auxere tribuno
rum mil. consulari potestate numerum octo. quot nunq; antea creati.
M. emilius mamercus iterum. L. ualerius potitus tertium. Appius i
claudius crassus. M. quintilius uarus. M. iulius tullus publius
M. posthumius. M. furius camillus. M. posthumius albinus. Vehientes
contra tedio annue ambitionis que interdum discordiarum cau
sa erat regem creauere. Offendit ea res populorum etruric aios
non maiore odio regni q; ipsius regis. grauis iam et antea genti fu
erat opibus superbiaq; : quia sollemnia ludorum quos intermissi
nefas est. uiolenter duremisset. tum ob iram repulse. quod suffra
gio. xii. populorum alius sacerdos ea prelatus esset. arruncet quo
rum magna pars ipsius serui erant: ex medio ludicro repente ab
duxit. Gens itaq; ante omnes alias eo magis deuota religioni
bus. quod excelleret arte colendi eas. auxilium uehientibus nega
dum donec sub rege essent decreuit. Cuius decreti suppressa est

fama uehisſ propter metum regiſ qui a quo tale quid dictum refer
retur pro ſeditionis cum principe non uani ſermonis auctore ha
bebat. Romanis etſi quiete res ex etruria nuntiabantur. tamē
quia omnibus conciliſ eam rem agitari afferebatur, ita muniebant
ut anciputia munimenta eſſent: alia in urbem et contra oppidano
rum eruptiones uerſa: aliis frons in etruriam ſpectans auxiliiſq; r
qua forte inde uenirent obſtruebatur. Cum ſpes maior imperia
toribus romanis in obſidione q̄ in oppugnatione eſſet: hiberna
cula etiam res nouas militi.to. edificari cepta. conſiliumq; erat,
hiemando continuare bellum. Quod poſtq̄ tribunis pl. iam di
u nullam nouandi rei cauſam inuenientibus. romam eſt allatū
in contionem proſiliunt: ſolicitant plebis animos: hoc illud eſſe
dictitantes: quod era militibus ſint conſtituta: nec ſe fefelliſſe id
donum inimicorum ueneno illitum fore. Veniſſe libertatē plebis.
remotam in perpetuū et ablegatam ab urbe. et a re.pu. iuuentutē.
Jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere. ac domos ac res
inuiſere ſuas. Quam putarent continuate militie cauſam eſſe
nullam profecto aliam inuenturos q̄ ne quid per frequentiā iuue
tum eorum in quibus iure omnes plebis eſſent. agi de cōmodis
eorum poſſet. Vexari preterea et ſubigi multo acriuſ q̄ uchē
tes. Quippe illos hiemem ſub tectis ſuis agere. egregiſ muris ci
tuq: naturali urbem tutantes. Militem romanum in opere ac
labore nimbis pruniſq: obrutum ſub pellibus durare. Ne hie
mis quidem ſpatio. que omniū bellorum terra mariq: ſit quies
arma deponentem. Hoc neq: regis neq: ante tribunitiam poteſta
tem creatam ſuperbos illos conſules. neq: triſte dictatoriſ impe
rium. neq: importunos decemuros inuexiſſe ſeruitutis, ut per
hiemem perennē militiam facerent: quo tribuni.mil. in plebe
romana regnum exercerent. Quid nam illi conſules dictato
res ue facturi eſſent. qui proconſularem imaginem tam ſeuam
ac trucem fecerint? ſed id accidere haud īmerito. Non fuiſſe
ne in octo quidem tribunis militum. locum ulli plebeio. Antea

trima loca cum contentione summa patritios explere solitos: t
nunc iam octo iuges ad imperia obtinenda ire. et nem turba
quidem herere plebeium quenq; qui si nihil aliud admoneat
collegas, liberos et cunes eorum non seruos militare. quos hie
me saltem in domos ac tecta reduci oporteat: et aliquo tempo
re anni parentes liberosq; ac coniuges inuisere: ac usurpare
libertatem et creare magistratus. hec taliaq; uociferantes adu
sarium haud imparem nacti sunt: Appium claudium relic
tum a collegis ad tribunitias seditiones comprimendas: uix
imbutum iam a iuuenta certaminibus plebis. Quem auctо
rem aliquot annis ante fuisse memoratum est per collegarū
intercessionem tribunitie potestatis dissoluende. Is tum iam
non promptus ingenio tantum sed usu etiam exercitatus ta
lem orationem habuit Si unq; dubitatum est quirites
utrum tribuni pl. ura an sua causa seditionum semper auctо
res fuerint, id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo. et le
tor cum tandem longi erroris uobis finem factum esse. tū q̄d
secundus potissimū rebus urbis hic error est sublatus: et uobis et
propter uos rei pu gratulor. An est quisq; qui dubiter nullis
iniuriis uestris si que forte aliquando fuer. unq; eque q; inime
re patrum in plebem. cum ea militantibus constituta sint. tri
bunos pl offensos ac concitatos esse? Quid illos aliud, aut tū
timuisse creditis aut hodie turbare uelle. nisi concordiam ordi
nū? quam dissoluende maxime tribunitie potestatis ventum
esse. hi hercule tanq; artifices improbi opus quecunt. qui et sepe
egri aliquid in re pu. esse uolunt: ut sit ad cuius curationem a
uobis adhibeantur. Vtrum enim defenditis an impugnatis a
plebem? Vtrum militantium aduersarij estis, an causam agitis:
nisi forte hoc dicitis. quicquid patres faciunt displicet. siue illud
pro plebe siue contra plebem est. et quemadmodum cum seruis
suis uetant domini quicq; rei cum alienis hominibus esse, pariter
q: in hic beneficio ac maleficio abstineri equū censent sic uos iterdi

Sic

ctus patribus commertia plebis ne nos comitate ac munificentia
nostra prouocemus plebem: nec plebs nobis dicto audiens atq;
obediens sit. Quanto tandem si quicq̃m in uobis non dico cru
delis sed humani esset. faucre uos magis et quantum in uobis esset,
indulgere potius comitati patrum atq; obsequio plebis oportu
it: Quae si perpetua concordia sit. quis non spondere ausit. ma
ximum hoc imperium inter finitimos breui futurum esse. ar
q; ego. q̃ hoc consilium collegarum meorum quo abducere inte
cta re a uchis exercitum noluer̃ non utile solum sed etiam ne
cessarium fuerit. postea dissecam. Nunc de ipsa conditione di
cere militantium libet. Quam orationem non apud uos solum
sed etiam in castris si habeatur ipso exercitu dissentiente equa;
arbitror uideri posse. in qua si mihi ipse nihil quod dicerem i
mentem uenire posset. aduersariorum certe orationibus cõten
tus essem. Negabant nuper danda esse era militibus quia nũq̃
data essent. Quonãmodo igitur nũc indignari possunt. quibo
aliquid noui adiectum cõmodi sit eis laborem etiam nouum
pro portione iungi: Nusq̃ nec opera sine emolumento nec e
molumentum ferme sine impensa opera est. Labor uoluptasq; dis
simillima natura. societate quadam inter se naturaliter sunt
uncta. Moleste antea ferebat miles se suo sumptu operam rei pu.
praebere. Gaudebat idem partem anni agrum se suũ colere: quere
re unde domu militeq; se ac suos tueri posset. gaudet nunc fructu
sibi rem. pu. esse et lenis stipendium accipit. Equo igitur animo
patiatur se ab domo. ab re familiari cui grauis impensa non est
paulo diutius abesse. An si ad calculos cum res pu. uocet. nõ meri
to dicat: annua era habes annuam operam ede: An equũ censes
militia semestri solidum te stipendium accipere: Inuitus in hac
parte orationis motor quirites. Sic enim agere debent qui mer
cenario milite utuntur. At nos tanq̃ cum ciuibus agere uolum?
agiq; tanq̃ cum patria nobiscum equum censemus. Aut non su
scipi bellum oportuit: aut geri pro dignitate populi r. et perfici

q̃ primū oportet. periclitetur autem si urgemus obsessos. si non ante
abscedimus q̃ spē nr̄e finem capti sub iugū impositurum. Si hercule
nulla alia causa ipsa indignitas pertinaciam imponere debuit.
Decem quondam annos urbs oppugnata est ob unam mulierem
ab universa grecia. q̃ procul ab domo quot terras quot maria
distans? nobis intra muros simū. lapidem in conspectu prope urbis
nr̄e annuā oppugnationem perferre piget. scilicet quia leuis cau
sa belli est: nec satis quicq̃ iusti doloris est. quod nos ad persecu
tandum stimulet. Septies rebellauer̄: in pace nūq̃ fidi fuerunt.
agros nr̄os milies depopulati sunt. tidenates deficere a nobis coegē
runt. colonos nr̄os ibi intercecerunt. auctores fuere contra ius gen
tium cedis impie legatorum nr̄orum. etruriam omnem aduer
sum nos concitare voluerunt. hodie quoq; id moliuntur. res repe
tentes legatos nr̄os haud procul abfuit quin violarent. Cum his
molliter et per dilationes bellum gerī oportet. Si nos tam iustum
odium nihil mouet. ne illa quidem ora uos moueant? operibus i
gentibus septa urbs est: quibus intra muros coherceatur hostis. a
grum non colunt. et culta uastata sunt bello. Si reducimus exer
citum. quis est qui dubitet illos non a cupiditate solum ulciscēdi
sed etiam ex necessitate impositā ex alieno predandi cum sua ami
serint agrum nr̄m inuasuros? Non differimus iquiur bellū iusto
consilio sed ultra fines nr̄os accipimus. Quid illud quod proprie
ad milites pertinet? quibus bona tribuni .pl. tum stipendium extor
quere voluerunt: nunc consultum repente volunt: uallum fossāq;
ingentis utranq; rem operis per tantum spatium duxerunt. Castel
la primo pauca. postea exercitu aucto creberrima fecer̄. munitio
nes non in urbem modo sed in etruriam etiam spectantes. si qua
auxilia unde veniant opposuere. Quid turres quid uineas instrui
nesq; et alium oppugnandarum urbium apparatum loquar? Cū
tantum laboris exhaustum sit. et ad finem iam operis tandem
peruentum. relinquenda nec hec censetis ut ad cetatem rursus
nouus de integro his instruendis exūdetur labor? Quanto est

: minus opera :

minus opera tueri facta et instare ac persequerare defungiq: cura:
breuis enim profecto res est, si uno tempore peragitur: nec ipsi
per intermissiones has uicissim laq: lentiorem spem nrām facim?
loquor de operis et de temporis iactura: quid periculi quod dif
ferendo bello admus: nū obliuisci non hec tam crebra ciuitie cō
silia de mittendis uehios auxilijs patiuntur:/ Vt nunc res se ha
bet uati sunt. oderunt. negant se missuros. quantum in illis est ca
pere uehios licet. Quis est qui spondeat. eundem si differtur bellū
animū nostra fore:/ cum si laxamentum dederis maior frequētior
q: legato iura sit. cum id quod nunc offendit etruscos nec creatus
uehijs mutari spatio interposito possit: uel consensu ciuitatis ut
eo reconciliet etrurie animos: uel ipsius uoluntate regis: qui ob
stare regnum suum saluti ciuiū nolit:/ Videre quot res q̄ inutiles
sequantur illam uiam consilij: iactura operum tanto labore fac
torum. imminens uastatio finiū nrōrum. Etruscum bellum pro
uehiente concitatum. Hec sunt tribuni consilia ira non hercule
dissimilia: ac si quis egro qui curari se fortiter passus extimplo cō
ualescere possit. cibi gratia presentis aut potionis. longinquū & for
sitan insanabilem morbum efficiat. Si medius fidius ad hoc bel
lum nihil pertineret ad disciplinam certe militie. plurimū interes
sat insuescere militem nr̄m nō solum parta uictoria frui sed si e
tiam res lentior sit pati tedium: et q̄uis cere spei exitum expecta
re: et si non sit estate confectum bellum hiemem operiri: nec sicut
estiuas aues statim autumno tecta ac recessum circūspicere. ob
secro uos uenandi studium ac uoluptas hominem per niues ac pru
inas in montes siluasq: rapit. belli necessitatibus eam patientiam
non adhibebimus. quam lusus ac uoluptas elicere solet:/ A deo ne
effeminata corpora militum nrōrum esse putamus. a deo molles
animos ut unam hiemem durare in castris. abesse ab domo non
possint:/ ut tan q̄ nauale bellum tempestatibus captandis. et ob
seruando tempore anni gerantur. non estus non frigora pati pos
sint:/ Erubescant profecto si quis eis hec obiciat. contendantq:

et animis et corporibus suis iuuenilem patientiam inesse. et se iu
xta hieme atq: estate bella gerere posse: nec se patrocinijs molli
ri atq: mertie mandasse tribunis: et meminisse hanc ipam po
testatem non in umbra nec in tectis maiores suos creasse. hec ur
tute militum mrorum hec romano nomine sunt digna nō uehi
os tantum nec hoc bellum intueri quod instat, sed famam et ad
alia bella et ad ceteros populos in posterum querere. An mediocre
discrimen opinionis secuturum ex hac re putatis: utrum tandē
finitimi populum r. eum esse putent: cuius si qua urbs primum
illum breuissimi temporis sustinuerit impetum. nihil deinde ti
meat. an hic sit terror nominis nri ut exercitum romanū non
tedium longinque oppugnationis. non uis hiemis ab urbe circū
sessa semel amouere possit: nec finem ullum aliī belli q̄ uictori
am nouerit. nec impetu potius bella q̄ perseuerentia gerat: que
in omni quidem genere militie. maxime tamen in obsidendis ur
bibus necessaria est. Quarum pleraq: munitionibus ac natu
rali situ inexpugnabiles: fame sitiq: tempus ipsum uincat atq;
expugnat: sicut uehios expugnabit. nisi auxilio hostibus tri
buni. pl. fuerint: et rome inuenerint presidia uehientes: que
ne quicq̄ metuunt querunt. An est quicq̄ quod uehientibus
optatum eque contingere possit. q̄ ut sedentibus primum
urbs romana: deinde uelut ex contagione castra impleantur:
A hercule apud hostes tanta modestia est. ut non obsidionis tedio
non denique regni quicq̄ apud eos nouatum sit: non negata au
xilia ab etruscis irritauerint animos. Morietur enim ex tēplo
quicunq: erit seditionis auctor. nec cuiq̄ ea dicere licebit que
apud uos impune dicuntur: fustuarium meretur qui signa
relinquit, aut presidio decedit. Auctores signa relinquendi
et deserendi castra non uni aut alteri milui. sed uniuersis ex
ercitibus palam in contione audiuntur. Adeo quicquid tribu
nus. pl. loquitur & si prodende patrie dissoluendeq: rei. pu. est.
assuescitur quidem audire: et dulcedine potestatis eius capti. q̄

lubet sub ea scelera latere sinitis. Reliquum est ut quebicuocife
rantur eadem in castris et apud milites agant. et exercatus corrū
pant: ducibusq; parere non patiantur. Quoniam ea demū rome
libertas est. non senatum non magistratus, non leges nō mores
maiorum non instituta patrum non disciplinam uereri mili
tie. Par iam erat in contionibus appius tribunis. pl. cū
subito unde minime quis crederet accepta calamitas apud ue
bios et superiorem appium in causa: et concordiam ordinū:
maioremq; ardorem ad obsidendos pertinacius uebios fecit.
Nam cum agger promotus ad urbem uineeq; tantum non iam
iungere menibus essent. dum opera interdiu fiunt intentiusq;
nocte custodiuntur. patefacta repente porta ingens multitudo
facibus maxime armata ignes conuecit: boreq; momento simul
aggerem ac uineas tam longi temporis opus incendium hausit:
multiq; ibi mortales ne quicq̄ opem ferentes ferro igniq; absūpti
sunt. Quod ubi romam est nuntiatum metum omnibus: se
natui curam metumq; iniecit. Neq; enim uero sustineri nec iu
be sedino nec in castris posset. & tribuni pl. uidut ase iuste rei
pu. insultarent. Cum repente quibus census equester erat. equi pu
blici non erant assignati: consilio prius inter se habito. senatum
adeunt: factaq; dicendi potestate: equis se suis stipendia facturos
promittunt. Quibus cum amplissimis uerbis gratie a senatu
acte essent: famaq; ea forum atq; urbem peruasisset, subito ad
curiam concursus fit plebis. pedestris ordinis se aiunt: nunc
esse: operamq; rei pu. extra ordinem pollicери seu uebios. seu quo
alio ducere uelint. Si uebios ducti sint negant se inde prius q̄
capta urbe hostium redituros esse. Tum uero iam superfundenti
se letitie uix temperatum est. Non enim sicut equites dato magi
stratibus negotio laudari iussi neq; aut in curiam uocati quibꝰ
responsum daretur. aut limine curie continebatur senatus: sed
se quisq; ex superiori loco ad multitudinem in comitio stantem:
uoce manibusq; significare publicam letitiam: beatam urbem uo

manam et inuictam et eternam illa concordia dicere. laudare eq̄
tes laudare plebem. diem ipsum laudibus ferre. inuictam esse fate
ri comitatem benignitatemq; senatus. Certatum patribus plebiq:
manauere gaudio lacrime. Donec reuocatus in curiam patribus
senatus consultum factum est. ut tribuni militares contione ad
uocata peditibus equitibusq: gratias agerent. memorem pietatis e
orum erga patriam dicerent senatum fore. placere autem omnib
his uoluntariam extra ordinem professis militiam era prodesse. &
equiti certus numerus eris est assignatus. tum primū equo meren
equites cepēr. Voluntarius ductus exercitus uehios. non amissa
modo restituit opera: sed noua etiam instituit. Ab urbe cōmeatus i
tentiore q̄ antea subuehi cura: ne quid tam benemerito exercitui ad
usum deesset. Insequens annus tribunos militum consulari po
testate habuit. C. seruilium abalam tertium. Q. seruilium. P. vir
ginium. Q. sulpitium. A. manlium iterum. M. sergium sulpitiū
iterum. his tribunis. dum cura omniū in uehiens bellum uertita
est. neglectum annexi presidium uagationibus militum. et multos
mercatores multo receptando proditus repente portarium custodibus
oppressum est. Minus militum perit: quia preter equos. bxarum
in medium omnes per agros uicinasq: urbes negotiabantur. Nec ue
hus melius res gesta quod tunc caput oim curarum publicarum
erat. Nam et duces romani plus inter se uarium q̄ aduersus hostē
animi habuere: et auctum est bellum aduentu repentino capena
tium atq: faliscorum. bi duo etrurie populi. quia proximi regi
one erant. deuictus uehijs bello quoq: romano se proximos forte
credentes. falisca propria etiam causa infesti. quod fidenam bello
se iam antea ūmiscuerant per legatos ultro citroq: missos iuuen
tando inter se obligati cum exercitibus nec opinato ad uehios ac
cessere. forte ea regione. qua. M. sergius. tr. mil. preerat castra ador
ti sunt: ingentemq: terrorem intulere. quia etruriam omnem
excitam sedibus magna mole adesse romani credidere. Eadē
opinio uehientes in urbe contrauit. Ita ancipiti prelio castra ro

mana oppugnabantur. Concurſantesq: cum huc atq: illuc ſig
na transferrent: nec uehientem ſanc cohibere intra munitionec.
nec ſuuſ munimentuſ arcere uim ac tueri ſe ab exteriore poterāt
hoſte. Vna ſpes erat. ſi ex maioribuſ caſtris ſubueniretur: ut di
uerſe legionec. alie aduerſus capenatem ac faliſcum. alie contra
eruptionem oppidanorum pugnarent. Sed caſtruſ preerat nír
giniuſ priuatum ſergio inuiſiuſ infeſtuſq:. Is cum pleraq: caſtella
oppugnata munitionec ſuperaſſet. utrinq: inuehi hoſtem nūtiare
tur. in armuſ militeſ tenuit. ſi opuſ foret auxilio collegam dicti
tanc ad ſe miſſurum. huiuſ arrogantiam pertinacia alteriuſ e
quabat: qui ne quam opem ab inimico uideretur petiſſe iunctab
hoſte q̄ uincere per ciuem maluit. diu in medio ceſi militeſ. po
ſtremo deſertuſ munitionibuſ perpauci in maiora caſtra. pauſi
maxima atq: ipſe ſergiuſ romam pertendet. Vbi cum omneſ
culpam in collegam inclinaret. accitu uirginiū ex caſtriſ. iterca
preeſſe legatoſ placuit. Acta deinde in ſenatu res eſt. certatūq:
inter collegaſ maledictiſ. pauci rei pu. multi huic atq: illi ut q̄ſq:
ſtudium priuatum aut gratia occupauerat adſunt. Primo
res patrum ſine culpa ſine infelicitate imperatorum tam igno
miniosa cladeſ accepta eſſet: cenſuere non expectandū iuſtum
tempuſ comitiorum: ſed ex templo nouoſ tribunoſ mil. creādoſ
eſſe: qui. kl. octobr. magiſtratum acciperent. In quam ſenten
tiam cum pedibuſ iretur: ceteri tribuni mil. nihil contradixere.
At enim uero ſergiuſ uirginiuſq: propter quoſ penitere magiſtratuum
ciuſ anni ſenatum apparebat. primo deprecari ignominiam. dein
de intercedere ſenatuſ conſulto. negare ſe ante iduſ decembr. ſol
lemnem in eunduſ magiſtratibuſ diem. honore abituroſ eſſe. Iter
hec tribuni pl. cum in concordia ordinum. ſecunduſq: rebuſ ci
uitatiſ inuitis ſilentium tenuiſſent. ferocet repente minari tribu
niſ mil. niſi in auctoritate ſenatuſ eſſent ſe in uincla eoſ ducturoſ
ſuroſ eſſe. Tum. c. ſcriuliuſ abala tribunuſ mil. Quod ad uoſ at
tinet tribuni pl. minaſq: uīrāſ ne ego libenter experiar. q̄ nonpluſ

in hiſ unus q̄ in uobiſ animi eſt. Sed nefaſ eſt tendere aduerſus
auctoritatem ſenatuſ. proinde et uoſ deſinite inter uŕa certamia
locum iniurie querere: et colege aut facient quod cenſet ſenatuſ
aut ſi pertina ciuſ tendent dictatorem ex templo dicam, qui eoſ
abire magiſtratu cogat. Hec cum omniū aſſenſu comprobata o
ratio eſſet. gauderentq; patres ſine tribunitie poteſtatis tem
pore. inuentam eſſe aliam uim maiorem ad coercendoſ magiſtra
tuſ: uicti conſenſu omniū: comitia tribunorum mil. habuere:
qui. kł. octobr. magiſtratum acciperent. ſeq; ante eam diem
magiſtratu abdicauere. lucio. ualerio potito quartum. M. furio
camillo iterum. M. emilio mamerco tertium. C. cornelio coſſo
iterum. C. fabio ambuſto. L. ulio tullio. tribunuſ mil. conſulari
poteſtate. multa domi militieq; geſta: Nam et bellum multip
lex fuit. eodem tempore ad uchioſ et ad capenam et ad faleri
oſ et in uolſciſ ut anxur ab hoſtibuſ recuperaretur: et rome ſimł
delectu. ſimul tributo conferendo laboratum eſt: et de tribu
nuſ. pl. coptandiſ contentio fuit: et haud paruum motum duo
uidtia eorum. qui paulo ante conſulari poteſtate fuerant exc
cauere. Omniū primū tribunuſ. mil. fiut delectum haberi. nec
uniores modo conſcripti: ſed ſeniores etiam coacti nomina da
re. ut urbiſ cuſtodiam agerent. Quantum autem augebatur
militum numeruſ. tanto maiore pecunia in ſtipendium opuſ e
rat. eaq; tributo conferebatur. inuitiſ conferentibuſ qui domi
remanebant: quia uentibuſ urbem opera quoq; militari labo
randum ſeruiendumq; rei pu. erat. Hec per ſe grauia indigni
oraq; ut uiderentur; tribuni pl. ſedituoſiſ contionibuſ faciebāt.
I deo era militibo conſtituta eſſe arguendo. ut plebiſ partem mi
litia. partem tributo conficerent. Vnum bellum in annū tam
tertium trahi. et conſulto male geri ut diutiuſ gerant. Quatu
or deinde bella uno delectu exercituſ ſcriptoſ. et pueroſ quoq;
ac ſeneſ extractoſ. iam non eſtatiſ aut hiemiſ diſcrimen eſſe: ne
ulla unq̄ quieſ miſere plebi ſit: quę uę etiam uectigaliſ ad ulti

mum facta sit: ut cum confecta labore uulneribus postremo e-
tate corpora tenuerunt; incultaq: omnia diutino dominorum
desiderio domi inuenerint, tributum ex affecta re familiari
pendant. eraq: militaria uelut fenore accepta multiplicia rei-
pu. reddant. Inter delectum tributumq; et occupatos ani-
mos maiorum rerum curis, comitijs tribunorum .pl. numerus
expleri nequiuit. pugnatum inde in loca uacua ut patrum coop
tarentur. Postq̃ obtineri non poterat: tamen labefactande legis
tribunitie causa effectum est ut cooptarentur tribuni .pl. c. lu
cretius. & M. acutius. haud dubie patrunorum opibus. forte fa
tulit ut eo anno tribunus .pl. M. treboniꝰ esset. qui nomini ac
familie debitum prestare iuderetur. trebonie legis patrocinium.
I Si quod pertinent patres quidam primo incepto repulsi tamen cũ
tribunos .mil. expugnasset̃ uociferant legem treboniam sublatã
et cooptatos tribunos .pl. non suffragijs populi sed imperio patri
cium. et eo deuoluirem ut aut patrum aut patrunorum ar
sede habendi tribuni .pl. sint: eripi sacratas leges. extorqueri
tribunitiam potestatem. Id fraude patrunorum scelere ac p
ditione collegarum factum arguere. Cum arderent ĩuidia
non patres modo sed etiam tribuni .pl. cooptati pariter et q̃
cooptauerant. Tum ex collegio tribunorum .pl. P. metilius.
M. minutius. trepidi rerum suarum in sergium. Virginiumq:
prioris anni tribunos militares incurrunt: in eos a se tam plebis
inuidiamq: die dicta auertunt. Quibus delectus. quibus
tributum. quibus diutina militia longinquitasq: belli sit gra
uis: qui clade accepta ad uchios doleant. qui amissis liberis.
fratribus, propinquis affinibus lugubres domos habeant. +
his publici priuatiq: doloris exequendi: uis potestatemq: ex
duobus noxijs capitibus datam a se memorant. Omniũ nanq:
malorum in sergio uirginioq; causas esse: nec id accusatorem
magis arguere q̃ fatere reos: qui noxij ambo alter in alterũ
causam conferat: fugam sergij uirginius: sergius proditionẽ

uncarpant Vuginij. Quorum a deo incredibilem amentiam
fuisse, ut multo uerisimilius sit, composito eam rem et cōmu
ni fraude patrinorum actam ab his. et priuus datum locum
uehientibus ad incendenda opera belli trahendi causa. et nūc
proditum exercitum. tradita falisca castra romana. Omnia
fieri ut consenescat ad uehios romana iuuentus. ne de agris.
ne de alijs commodus plebis ferre ad populum tribuni. freqū
tiaq: urbana celebrare actiones. et resistere conspirationi pa
trituorum possint. prius diuum iam de reis et a senatu: et a po
pulo.r. et ab ipsorum collegis factum esse. Nam et senatus con
sulto eos a re.pu. remotos esse. et recusantes abdicare se magistra
tu dictatoris metu a collegis cohercitos esse. et populum.r. tri
bunos creasse: qui non idibus decembr̄. die sollemni. sed exte
plo kl'. octobr̄ magistratum acciperent: quia stare diutius rei
pu. his manentibus in magistratu non posset. et tamen eos tot
iudicijs confossos predamnatosq: uenire ad populi iudicium:
et extimare defunctos se esse. satisq: penarum deduxe quod du
obus mensibus catius priuati facti sint. neq: intelligere nocēdi
sibi diutius. tum potestatem creptam esse: non penam imp̄ratā.
Quippe et collegis abrogatum imperium. qui certe nihil deliq̄
sent. Illos repeterent animos quiritis. quos recenti clade acce
pta habuissent. cum fugam trepidam. plenū uulnerum ac
pauoris incidentem portis exercitum uiderint. Non fortu
nam aut quenquam deorum. sed hos duces accusantem procer
to se habere neminem in contione stare. qui illo die. non caput.
domum. fortunasq: L. Vuginij ac M. Sergij sit execratus detesta
tusq:. Minime conuenire quibus uatos quisq: deos precatus sit.
in his sua potestate cum liceat et oporteat non uti. Nunq̄ deos
ipsos admouere nocentibus manus. satius esse si occasione ulcisce
di lesos. arment. His orationibus incitata plebs. denus mulcto
ris grauis reos condemnat. Ne quicq̄ Sergio martium cōmunē
bellu. fortunamq: accusante. Vuginio deprecante. ne infelicior

domi q̃ militie eſſet. In boſ uerſa ira populi. cooptationiſ tribu
norum fraudiſq: contra legem treboniam facte memoriam ob
ſcuram fecit. Vic forci tribuni ut preſentem mercedem iudi
cij plebei haberet. Legem agrariam promulgant. tributumq:
conferri prohibent: cum tot exercitibuſ ſtipendio opuſ eſſet. reſq:
militia ira proſpere gereretur ut nullo bello ueniretur ad excuſ
ſu. Nanq: uchuſ caſtra que amiſſa erant. recuperata caſtrisq pre
ſidijſq: firmantur. Preerant tribuni mil. M. emiliuſ & Q. fabiuſ.
A. M. furio in faliſcoſ. & M. cornelio incapeſſate agro. hoſtes nulli
extra menia. inuenti: prede acte: incendijſq: uillarum ac fru
gum uaſtati finiſ. oppida oppugnata nec obſeſſa ſunt. At in
uolſcoſ depopulato agro annus ne quicq̃ oppugnarium: loco alto
ſitum et poſtq̃ uiſ urbs erat uallo foſſaq: obſideri ceptum. Vale
rio potito uolſca prouincia euenerat. Hoc ſtatu militarium rerum
ſedino interſtina maiore mole coorta q̃ bella tractabantur. et cum
tributum conferri per tribunoſ non poſſet. nec ſtipendium popu
lo mitteretur. craq: militaria flagitaret miles: haud procul erat
inter hoſ ira plebiſ in patreſ. cum tribuni pl. nunc illud tempus
eſſe dicerent ſtabiliende libertatiſ: & aſcripti uirginijſq: ad plebi
oſ uiroſ fortiſ ac ſtrenuoſ tranſferendi ſui honoriſ. Non tñ
ultra proceſſum eſt q̃ ut unuſ ex plebe conſulpandi uiriſ cauſa. t
P. lucinius calnus tribunuſ mil. conſulari poteſtate crearetur. Ce
teri patritij creati. P. manilius et P. titinius. P. meduſ. L. furius
medullinuſ. L. popilius uolſcus. Ipſa plebeſ mirabatur ſe tantam
rem obtinuiſſe: non ſi modo qui creatuſ erat. uir nullus ante hono
ribuſ uſus. uetuſ tantum ſenator et etate iam grauis. Nec ſatis cõ
ſtat cur primus ac potiſſimuſ ad nouum delibandum honorem
ſit habitus. Alij. CN. cornelij fratris qui tribunuſ mil pri ore anno
fuerat: triplexq: ſtipendium equitibuſ dederat gratia. extracti
ad tantum honorem credunt. Alij orationem ipſius tempeſtiua
de concordia ordinum patribuſq: plebiq: gratam habuiſſe. Hac
uictoria comitiorum exultantes tribuni pl. quod maxime rem

pu. impediebat. de tributo remisit. At collatum obedienter mittium
ad exercitum est. Anxit in multos breui receptum est. neglectus di
efesto custodijt urbis. Insignis annus hieme gelida acnu
uosa fuit. a deo ut uie clause tiberis innauigabilis fuerit. Annona
ex ante connecta copia nihil mutauit. & quia P. licinius ut cepe
rat haud tumultuose magistratum maiore gaudio pl. q̄ indigna
tione patrum ita etiam gessisset. dulcedo inuasit proximis comi
tijs tribunos mil. plebeios creandi. Vnus. M. ueturius ex patritijs
candidatus locum tenuit. Plebeios alios tribunos mil. consulari po
testate: omnes fere centurie duxere. M. popinium. CN. diuium.
Valeronem publicium. M. genutium. L. attilium. Tristem hie
mem siue ex intemperie celi. raptim mutatione in contrariū fcā:
siue alia de causa grauis pestilensq; omnibus animalibus estas ex
cepit: Cuius insanabili pernitie: quando nec causa nec finis cer
nebatur. libri sibilini ex senatus consulto aditi sunt. duūuiri sa
cris faciundis. lectisternio tum primū in urbe romana facto. p
dies octo apollinem latonamq: et dianam herculem mercuriūq:
et neptunū. tribusq; amplissime tum apparari potuit. stratis lec
tis placauere. Priuatim quoq: id sacrum celebratum est: tota urbe
patentibus ianuis. promiscuoq: usu rerum omniū in propatulo posito
notos ignotosq: passim aduenas in hospitium ducebant. et cum
inimicis quoq: benigne ac comiter sermones habitos: uinctis quoq:
tibus temperatum. Vinctis quoq: dempta in eos dies uincula: religi
oni deinde fuisse. quibus eam opem tulissent uinciri. Interim ad
uehios terror multiplex fuit: tribus in unū bellis collatis. Namq:
eodem quo antea modo, certa munimenta cum repente capenates
falisciq; subsidio uenissent. aduersus tres exercitus anceps pre
lio pugnatum est. Ante omnia admonuit memoria damnationis
sergij ac Virginij. Itaq: maioribus castris unde antea cessatum
fuerat. breui spatio circumductis copie capenates in nullum roma
nū uersos a tergo aggrediuntur. Inde pugna cepta. et falisci in
tulit terrorem trepidantesq: eruptio ex castris oportune facta

auertit: repulsos deinde insecuti, uictores ingentem ediderunt ce
dem. Nec ita multo post iam palantes uelut forte oblati popula
tores capenatis agri reliquias pugne absumpsere: et uehientium re
fugientes in urbem. multi ante portas cesi dum pre metu ne simul
romanus irrumperet obiectis foribus extremos suorum excluse
re. Nec eo anno acta: & iam comitia tribunorum mil. aderant.
Quorum prope maior patribusq; belli cura erat. Quippe non com
municatum modo cum plebe sed prope amissum cernentibus sū
mū imperium. Itaq; clarissimis uiris ex composito preparatis ad
petendum: quos pretereundi uerecundiam crederent fore: nihi
lominus perinde ac si omnes candidati essent cuncta experiē
tes non homines modo sed deos etiam excipiebant: in religionē
uertentes comitia biennio habita: priore anno intollerandam
hiemem prodigijsq: diuinis similem coortam: proximo non
modo prodigia: sed iam euentus. pestilentiamq: agris urbiq; il
latam: haud dubia ira deum: quos pestis cuius arcende causa
placandos esse in libris fatalibus inuentum sit, comitijsque fie
rent, indignum dijs uisum honores uulgari: discriminaq; gentiū
confundi. preterq; maiestate petentium. religione etiam attoniti
homines. patritios omnes. partem omnem honoratissimū quēq;
tribunos. mil. consulari potestate creauere. L. ualerium potitum.
Q. ualerium maximū. M. furium camillum iterum. L. furiū me
dullinū tertium. Q. seruilium fidenatem iterum. Q. sulpitiuz
camerinū his tribunis, ad uchios nihil admodum memorabile ac
tum est. tota uis in populationibus fuit. Duo summi imperatores.
petitus a faleriis. camillus a capena predas ingentes egere, nulla in
columi relicta re cui ferro aut igni noceri posset. Prodigia inter
multa nūtiata. quorum pleraq: et quia singuli auctores erant
parum credita spretaq: et quia hostibus etruscis per quos ea pro
curarent. aruspices non erant. In vnū omnium cure uerse sunt.
quod lacus in albano nemore sine ullis celestibus aquis causa ue
hia que rem miraculo eximeret. in altitudinem insolitā creuit.

Quidnam eo dij portenderent prodigio: missi scisciatum oratores ad delphicum oracului. Sed propior uteri pres fatis oblatus. Senior quidam uehiens qui inter cauillantes mistanombus ac custodi is militet romanos etruscosq: Vaticinantis in modum cecinit. Priusq̃ ex lacu albano aqua emissa foret. nunq̃ potiturum uehios romanum. Quod primo udut temere iactum spreui. aquari deinde sermonibus ceptum est. donec unus ex statione romana petu tatus proximũ oppidanorum: iam per longinquitatem belli cõmertio sermonum facto. quis nam is esset qui per ambages de lacu albano iaceret: postq̃ audiuit aruspicem esse. Vir haud intacti religione animi causatus de priuata portenti procuratione si oppe il li esset consulere uelle. ad colloquium uatem ducit. Cum progressi ambo a suis longius essent inermes. sine ullo metu preualens iuuenis romanus. senem infirmũ in conspectu omniũ raptum ne quicq̃ tu multuantibus etruscis ad suos transtulit. Qui cum perductus ad imperatorem inde romam ad senatum missus esset. scisciantibus quidnam ideisset. quoddelacu albano docuisset respondit profecto deos uatos uehienti populo illo fuisse die. quo sibi eam mentem ob tecissent ut exitium patrie fatale precaret. Ita que tum cecinerit diuino spiritu instinctus ea se ne cum dicta sint reuocare posse. et tacendo fortitan que dij immortales uulgari uelint. haud minus q̃ celando effanda nefas contrahi. His igitur libris fatalibus sic disciplina etrusca traditum esse. ut quando aqua albana habũ dasset. tum si eam romanus rute musisset uictoriam de uehientibus dari. anteq̃ id fiat deos memia uehientium non deserturos esse. Exequebatur inde que sollemnis deuocatio esset. sed auctorem leuem nec satis fidum super tanta re patres rati: decernunt legatos sortesq: oraculi ppthici expectandas. Priusq̃ a delphis oratores redirent. albani ue prodigij piacula inuenirentur. noui tribuni mili tum consulari potestate. l. iullius iullus. P. furius medullinus qr tum. l. sergius fidenas. A. postumius religiensis. P. cornelius ma lugnẽsis. A. manlius magistratum inierunt. Eo anno tarquinien

ſeſ nouꝰ hoſtꝭ exortꝰ: quia ſimul multꝰ belliꝰ multoꝝ ad an
xiꝰ ubi preſidium obſidebant: equorum. ad lauicoſ qui romanã
ibi coloniam oppugnabant. Ad hoc uchientiq: & faliſco & capenati
bello occupatoſ uidebant romanoſ. Nec intra muroſ quietiora ne
gotia eſſe certaminibuſ patrum ac plebiſ. Interhoc locum ĩiurie
tati eſſe. predatum in agrum romanum cohortꝭ expeditaſ mittũt.
aut enim paſſuroſ inultam eam iniuriam romanoſ, ne nouo bello
ſe oneraꝛent aut exiguo: eoq: parum ualido exercitu perſecutoꝝ?
Romanis indignitaſ maiorq̃ cura populationiſ tarquinienſiũ fiunt.
eo nec magno conatu ſuſcepta. nec in longum dilata reſt. A. po
ſtumiuſ. &. l. uiuiuſ non uſto delectu: et enim attribuniſ. pl. ĩ
pediebantur: ſed prope uoluntariorum quoſ adhortando inci
tauerant coacta manu per agrum ceretem obliquiſ tramitibꝰ
egreſſi redeuntes a populationibuſ grauesq: preda tarquiniẽſes
oppreſſere. multoſ mortaleſ obtruncant. omneſ exuunt impedi
mentiſ. et receptiſ agrorum ſuorum ſpoliſ romam reuertũtur.
biduum ad recognoſcendaſ res datum dominis. tertio que ĩco
gnita erant: haud ca pleraq: hoſtium ipſorum ſub haſta ueniẽt.
quodq: redactum militibuſ eſt diuiſum. Cetera bella mari
meq: uchiens incertu exitus erant. Iamq: romani deſperata ope
humana fata et deoſ ſpectabant. Cum legati a delphiſ uenerũt
ſortem oraculi afferentes congruentem reſponſo captiuaꝝ. i
Romane: aquam albanam cauelacu continere: cane ne mare ma
nare: ſuo flumine finaſ. emiſſam per agroſ rigabiſ diſſipatãq:
tuus extinguet. tum tu inſiſte audax hoſtium muruſ. memor
quam per tot annoſ obſidet urbem, ex ea ubi hiſque nunc pan
duntur fatiſ victoriam datam. bello perfecto donũ amplum
victor ad mea templa portato: ſacraq: patria. cura quorũ omiſ
ſa eſt. inſtauraꝛata ut aſſolet facito. Ingens inde habeꝛi captiuaꝝ
uates ceptuſ. eumq: adhibere tribuni mil. corneliuſ poſtumiuſ
q: ad prodigij albani procurationem. ac deoſ rite placandoſ
cepere. Inuentumq: tandem eſt ubi neglectaſ cerimoniaſ in

termissum ue sollemne dñi arguerent: nihil profecto aliud esse. q̃ magistratus uitio creatos. latinas sacrumq: ī albano monte non rite concepisse. Vnam expiationem eorum esse. ut tribuni mil. se magistratu abdicarent: auspicia de integro reperentur. et interregnū ineatur. Ea ita facta sunt ex senatus consulto. Interreges tres deincepś fuere l. ualeriuś. Q. seruiliuś. M. furiuś camillus. Nunq: desitum interim turbari comitia. interpellantibus tribunis plebis donec conuenisset priuś aut maior pars tribunorum mil. ex plebe crearetur.

nunq̄ obſeſſi ſunt quod intercluſi. apatria obſidebantur omnia
ſua cernentes in hoſtium poteſtate. Nec tranquillior nox diem
tam fede actum excepit. lux deinde noctem inquietam inſe-
cuta eſt. nec ullum erat tempuſ quod a noue ſemper cladiſ aliqui
iuſ ſpectaculo ceſſaret. Nihil tamen tot onerati atq; obruti ma
liſ flexerunt animoſ. quin et ſi omnia flāmiſ ac ruinis equata
uidiſſent. q̄uiſ inopem paruūq; quem tenebant collem libertati reh
ctum uirtute defenderent. etiam cum eadem quotidie acciderent:
uelut aſſuetu maliſ abalienauerant abſenſu rerum ſuarum ani-
moſ. arma tantum ferrumq; in dextriſ uidit ſolaſ reliquaſ ſpe
ſue intuentes. Galli quoq; per aliquot dieſ in tecta modo
urbiſ ne quicq̄ bello geſto cum inter incendia. ac ruinaſ capte
urbiſ nihil ſupereſſe preter armatoſ hoſtes uiderent ne quicq̄ tot
cladibo territoſ. nec flexuroſ ad deditionem animoſ. nuiſ ad
hiberetur, experiri ultima et impetum facere in arcem ſtatuunt.
Prima luce ſigno dato multitudo omniſ in foro inſtruitur: inde
clamore ſublato ac teſtudine facta ſubeunt. Aduerſuſ quoſ to-

manu nihil temere nec trepide ad omnes aditus stationibus firma
tis qua signa ferri uidebant ea robore murorum oppositio scandere
hostem sinunt. quo successerit magis in altum eo pelli posse per pro
clive facilius ratu. medio fere clivo restitere. Atq: inde ex loco su
periore, qui prope sua sponte in hostem inferebat. Impetu facto stra
ge ac ruina fudere gallos: ut nunq̃ postea nec pars nec cuncti resi tẽ
tauerint tale pugne genus. Omissa itaq: spe per uim atq: arma r
subeundi obsidionem parant. Cuius ad id tempus immemores:
et quod in urbe fuerat frumentum uicendij urbis absumpserant:
et ex agris per ipsos dies raptum omne uehios erat. Igitur exerci
tu diuiso partim per finitimos populos predari placuit. partim ob
sideri arcem. ut obsidentibus populatores agrorum frumentum
preberent. Proficiscentes gallos ab urbe ad romanam experi
endam uirtutem fortuna ipsa ardeam ubi camillus exulabat du
xit. Qui melior ibi fortuna publica q̃ sua cum dijs hominibus
q: accusandis senescerent indignando murandoq: ubi illi uiri essẽt.
qui secum uehios faleriosq; cepissent. qui alia bella fortuis semper
q̃ feliciis gessissent. repente audit gallorum exercitum aduẽtare:
atq: de eo paucos ardeates consultare. Nec secus q̃ diuino spiri
tu tactus cum se in mediam contionem contulisset. abstinere
suetus ante talibus conciliis. Ardeates inquit ueteres amici: no
ui etiam ciues mei. quando et uestrum beneficium ita tulit. et
fortuna hoc egit mea: nemo uestrum conditionis mee oblitum
me huc processisse putet. sed res ac periculum cõmune cogit. quod
quisq: potest in re trepida presidij in medium confere. et quãdo
ego uobis pro tantis uiris in me meritis gratiam referam: si nunc
cessauero. Aut ubi usus erit mei uobis si in bello non fuerit.
Hac arte in patria steti: et inuicti tus bello in pace ab ingratis ci
uibus pulsus sum. Vobis autem ardeates fortuna oblata est.
et pro tantis prolatis populi r. beneficijs quanta ipsi memini
stis. Nec enim exprobando apud memores sunt gratie referẽ
de. et huic urbi decus ingens belli ex hoste cõmuni parienda

qui effuso agmine aduentat. gens est cui natura corpora animos q: magna magis q̃ firma dederit. Cõ in certamen omne plus terroris q̃ uirium ferunt. Argumento sit clades romana: pa tentem ceperе urbem. ex arce capitolioq: hisce ipsa restituur mam. Iam obsidionis tedio uicti abscedunt uagiq: per agr of palantur. cibo uinoq: raptim hausto repleti. Vbi nox ap petit properatos aquarum sine munimento. sine statione ac custodijs. passim ferarum ritu sternuntur. Nunc a secundis rebus magis etiam soluto incauti. Si uobis in animo est uicti r menia urã. nec pati hec omnia a gallis fieri. prima uigilia capi te arma. ffrequentes me sequamini ad cedem non ad pugnam. nisi uictos somno uelut pecudes trucidandos tradidero. non recuso eundem ardee rerum mearum exitum quem rome ha bui. Equis unusquisq: persuasum erat. tantum bello uirum ne minem usq̃ ea tempestate esse. Contione dimissa corpora curãt, intenti q̃ mox signũ daretur. Quo dato primo silentio noctis ad portas cum camillo presto fuere. egressi haud procul urbe sicut predictum erat castra gallorum intuta neglectaq: ab omi parte nacti. clamore inuadunt. Nusq̃ preliũ: omibo locis cedes est. Nuda corpora et soluta somno trucidantur. extremos tamen pauor cubilibus suis excitos, que aut unde uis esset ignaros in fugam et quosdam in hostem ipsum ipso uidos tulit. Magna pars in agrum antiatem delati incursiõe ab oppidanis in palatos facta circũuenitur. Similis agro uebientu tuscorum facta strages est. Qui urbis iam p pe quadringentesimũ annũ uicine oppresse ab hoste iusti to inaudito a deo nihil miseri sint. ut in agrum romanum eo tempore incursiones facerent. plenq: prede uebios etiam i presidium q: et spem ultimam romani nominis in animo ha buerunt oppugnare. Viderunt eos multos romanu uagantes per agros et congregatos agmine predam prese agentes: et ca stra cernebant haud procul uebijs posita. Inde primũ misera

: nostru deinde :

tio fuu deinde indignitaſ atq: ex eo ira animoſ cepit: etruſciſ
etiam a quibuſ bellum gallicum unſe auertiſſent. ludibrio eſſe
cladeſ ſuaſ. Vix temperauere animiſ quin extemplo impetū
facerent. compreſſi a cedituo centurione quem ſibimet ipſi p̄
fecerant: tem in noctem ſuſtinuere. tantum par camillo de
fiut auctor. Cetera eodem ordine eodemq: fortune euentu
geſta. quinetiam ducibuſ captiuiſ qui cedi nocturne ſup
fuerant. ad aliam manum tuſcorum ad ſalinaſ profect̄i:
nocte inſequente ex improuiſo maiorem cedem ediderunt: pu
blica uictoria ouantes uchioſ redeunt. Rome interim pleriq;
obſidio ſegniſ et utrunq: ſilentium eſſe: ad id tantum intentuſ gal
liſ ne quiſ hoſtium euadere inſter ſtationeſ poſſet. Cum repente
iuuenis romanuſ admiratione in ſe cuncſ hoſteſq: conuertit. Sa
crificium erat ſtatutum in quirinali colle genti fabie ad id facien
dum. C. fabiuſ dorſo gabino cinctuſ facta manibuſ gerens. cū
de capitolio deſcendiſſet per mediaſ hoſtium ſtationeſ egreſſuſ nu
bil ad noxem cuiuſq̄ terrorem ne motuſ in quirinalem collem
peruenit. Ibiq: omīb ſollemniter peractiſ eadem reuertens
ſimiliter conſtātu multu graduq: ſatiſ ſperans propitioſ eſſe deoſ
quorum cultum ne mortiſ quidem metu prohibituſ deſeruiſſet
in capitolio ad ſuoſ redijt. ſeu attonituſ galliſ miraculo auda
cie: ſeu religione etiam motuſ: cuiuſ haud quaq̄ negligenſ eſt
genſ. Vebijſ interim non animi tantum indieſ ſed etiam uire
creſcebant. Nec romanuſ ſolum eo conuenientibuſ ex agriſ q̄
a prelio aduerſo aut clade capte urbiſ palati fuerant. ſed etiā
ex latio uoluntariſ confluentibuſ ut in parte prede eſſent. r
maturum iam uidebatur repetu patriam eripiq: ex hoſtiū ma
nibuſ. ſed corpori ualitudinario caput deerat. locuſ ipſe ad
monebat camilli. et magna parſ militum erat qui ductu au
ſpitioq: euiſ res proſpere geſſerant. Cedituſ negare ſe cōmiſſu
rum cur ſibi aut deorum aut hominum quiſq̄ imperiū fini
ret potiuſ q̄ ipſe memor ordinuſ ſiu poſceret imperatorē. conſenſu

omniū placuit ab ardea camullum accirī. sed antea consulto se
natu qui rome esset. a deo regebat omnia pudor. discriminaq:
rerum prope perditis rebus seruabant. Ingenti periculo transeū
dum per hostium custodias erat. Ad eam rem pontius cominius
impiger iuuenis operam pollicitus. incubans cortici secundo
tiberi ad urbem defertur. unde qua proximū fluit a ripa per
ruptum eoq: neglectum hostium custodie saxum in capitoli
um euadit. et ad magistratus ductus mandata exercitus edit.
Accepto inde ut comitijs centuriatis reuocatis de exilio iussu popu
li camillus dictator extemplo crearetur, militesq: haberent impe
ratorem quem uellent. eadem digressus nūtius uebios conten
dit. Missiq: ardeam legati ad camillum uebios cum perduxere.
Seu quod magis credere libet non prius profectus ab ardea q̄ com
pit legem latam, quod nec iniussu populi finibus mutari posse.
nec nisi dictator ductus auspicia in exercitu haberet. lex cu
riata lata est: dictatorq: absens dictus. Dum hec uebijs
agebantur interim arx rome capitoliumq: in ingenti pericu
lo fuit. Nanq: galli seu uestigio notato humano qua nuntius a
uebijs peruenerat. seu sua sponte animaduerso ad carmentis saxū
ascensu equo nocte sublustri. cum primo inermem qui tentaret
nam premisissent: tradentes inde arma ubi quid iniqui esset
alterum innixi subleuantesq: inuicem et trahentes alij alios prout
postularet locus. tanto silentio in summū euasere. ut nō custodes
solum fallerent. sed ne canes quidem solicitum animal ad noc
turnos strepitus excitarent. Anseres non fefellere: quibus sacr
iunonis in summa inopia cibi. tamen abstinebant. que res sa
luti fuit. Nanq: clangore eorum alarumq: crepitu. excitus. M.
manlius qui triennio ante. cos. fuerat ut bello egregius ar
mis abreptis simul ceteros ad arma cient uadit. et dum ceteri
trepidant. gallum qui iam in sūmo steterat umbone ictū det.
bat. Cuius casus prolapsi cum proximos sterneret. trepidātes
alios armisq: obmissis saxa quibus adhrebant. manibus ample

xos trucidat. Iamq; et alij congregati telis missilibusq; et sa-
xis perturbare hostes. tumaq; tota prolapsa acies in precipi de-
fertur. Sedato deinde tumultu reliquum noctis quantum in
turbatis mentibus poterat cum preterritum quoq; periculum so-
licitaret quieti datum est. luce orta uocatis classico ad concilium
militibus ad tribunos cum et recte et perperam facto pretiū dede-
retur: manlius primū ob uirtutem laudatus donatusq; non a tri-
bunis solum militum sed consensu etiam militari. Cui uniuersi
sex libras farris et quartarios uini ad edes eius que in arce erāt
contulēt. Rem dictu paruam ceterum inopia fecerat eam ar-
gumentum ingens caritatis: cum se quisq; victu suo fraudans. de-
tractum corpori atq; usibus necessariis ad honorem unius uiri cō-
ferret. Tum uigiles illius loci quos fefellerant ascendentes hostes
citati. et cum in omnes more militari se animaduersurum. P.
sulpitius tribunus mil. pronuntiasset consentiente clamore
militum in unum uigilem coniurantium culpam deterritus,
a ceteris abstinuit. Reum haud dubium eius noxe appro-
bantibus cunctis de saxo dejecit. Inde interiores utrisq: cus todie
esse. et apud gallos qua uulgatum erat inter uehios romanq;
tumultos cōmeare: et apud romanos nocturni periculi memoria.
Sed ante omnia obsidionis belliq: mala fames utrunq; exercitum
urgebat. gallos pestilentia etiam cum loco iacente inter tumulos
castra habentes, tum ab incendijs torrido et uaporis pleno cine-
req: non puluerem modo ferente, cum quid uenti motum esset.
quorum intolerantissima gens humoriq: ac frigori assueta: cū
estu et angore uexata uulgatis uelut in pecora morbis morerent.
Iam pigritia singulos sepeliendi promiscue coacernatos cumulos
hominum urebant. bustorumq: inde galli suorum nomine insi-
gnem locum fecēr. Indutie deinde cum romanis facte: et colloq
a permissu imperatorum habita. in quibus cum idem gallus
famem objceret. caq: necessitate ad deditionem uocarent, du-
catur auertendo eius opinionis causa multis locis panis de capito

lio iactatus in hostium stationes. Sed iam neq: dissimulari neq:
ferri ultra fames poterat. Itaq: dum dictator delectum per se ar
dee habet. magistrum equitum. L. ualerium a uehijs abducere ex
ercitum iubet. parat instruitq: quibus haud imparatoriatur ho
stes. Interim capitolinus exercatus stationibus uigilijsq: fessus, ti
peratus tamen omnibus humanis malis cum famem unam natura
unca non sineret. diem dedie prospecturus si quod auxilium a dicta
tore appareret. Postremo spe quoq: iam non solum cibo deficiente
et cum stationibus procederent. prope obrientibus infirmū corpus
armis ud dedi ud redim quacunq: pactione posset tulit. Iactan
tibus non obscure gallis haud magna mercede se adduci posse ut
obsidionem relinquant. Tum senatus habitus tribunusq: mil. nego
tium datum ut paciscerentur. Inde inter. P. sulpitium. tr. mil. et brē
num regulum gallorum colloquio transacta res est et mille pondo
auri precium populi gentibus mox imperaturi factum. Rei fedissi
me per se adiecta indignata est. pondera a gallis allata uiqua
et tribuno recusante additus ab insolente gallo ponderi gladius:
auditaq: intoleranda romanis nox ne uictis esse. Sed dijs quoq: &
hominis prohibuere redemptos romanos uincere. Nam forte qua
dam priusq̄ infanda merces perficeretur per altercationem non
dum omni auro appenso. dictator interuenit auferriq: aurum
de medio et gallos summoueri iubet. Cum illi retinentes pactos
dicerent esse: Negat eam pactionem ratam esse: que postq̄ ipse
dictator creatus esset. in iussu suo ab inferioris uiris magistratu
facta esset. denuntiatq: gallis ut se ad prelium̄ expediant. Suos
in accruum̄ conijcere sarcinas: arma aptare ferriq: non auro re
cuperare patriam iubet. in conspectu habentes fana deum. et
liberos et coniuges. et solum deforme belli malis: et omnia que
defendi repetiq: et ulcisci fas sit. Instruu deinde aciem ut loci
natura patiebatur in semicute solo urbis et natura inequali.
et omnia que arte belli secunda sunt eligi preparari ue possent
prouidit. Galli noua re trepidi arma capiunt: itaq: magis

q̃ consilio in romanos incurrunt. Iam uerterat fortuna omen.
iam deorum opes humanaq; consilia rem romanam adiuuabãt.
Igitur primo concursu haud maiore momento fusi galli sunt q̃
ad alliam uicerant. Iusto ore altero deinde prelio ad octauũ
lapidem gabina uia quo se ex fuga contulerant: eusdẽ ducẽ
auspicoq; camillo uincuntur. Ibi cedes omnia obtinuit. Capt̃
capiuntur: et ne nuntius quidem cladis relictus. Dictator re
cuperata ex hostibus patria triumphans in urbem rediit. Inter
q; uicos militares quos inconditos faciunt. Romulus ac parens
patrie conditorq; alter urbis haud uanis laudibus appellabat̃.
Seruatam deinde bello patriam iterum in pace haud dubie
seruauit. cum prohibuit migrari uebios. et tribunis intentis
tem agentibus post incensam urbem. et per se inclinata magis
plebe ad id consilium. eaq; causa fuit non abdicande post tri
umphum dictature. senatu obsecrante ne rem pu. in incerto
relinqueret statu. Omniũ primum ut erat diligentissimus re
ligionum cultor. que ad deos ĩmortales pertinebant retulit.
et senatus consultum facit. fana omnia quod ea hostes possedis
sent restituerentur: terminarentur. expiarenturq;. Expiatioq;
eorum in libris per duũuiros quererentur. Commune cum cete
tibus hospitium publice fieret. quod sacra populi r. ac sacerdo
tes recepissent: beneficioq; cuius populi non intermissus honor de
orum ĩmortalium esset. ludi capitolini fierent: quod iupit̃
optimus maximus suam sedem atq; arcem populi r. in re tre
pida tutatus esset: collegiumq; ad eam rem .M. furius dicta
tor constitueret. ex his qui in capitolio atq; arce habitarent.
Expiande etiam uoces nocturne que nuntia cladis ante bellum
gallicum audita neglectaq; esset. mentio illata: tussimq; tẽ
plum in noua uia allocutio fieri. Aurum quod gallis ereptum
erat quodq; ex alijs templis inter trepidationem in iouis cel
lam collatum cum in que referri oporteret. confusa memoria
esset: sacrum omne iudicatum: et sub iouis cella poni iussit̃

iam ante in eo religio ciuitatis apparuerat: quod cum in publico aurum deesset: ex quo summa pacte mercedis conficeret gallis a matronis collatum acceperunt: ut sacro auro abstinerentur. Matronis gratie acte honorq: additus ut earum sicut uirorum post mortem sollemnis laudatio fieret.

His peractis que ad deos pertinebant. queq: per senatum agi poterant. tum demū agitantibus tribunis plebem assiduis contionibus ut relictis ruinis in urbem paratam uehios trās migrarent in contionem uniuerso senatu prosequente ascendit. atq; ita uerba fecit. Adeo mihi acerbe sunt quorundē contentiones cum tribunis pl. ut nec tristissimi exilij solatium aliud habuerim quo adrdere uxi q̄ quod procul ab his certaminibus eram: et ob eadem hec non si me senatus populiq: iussu reuocaretis. rediturus unq̄ fuerim. nec nunc me ut redirem mea uoluntas mutata sed urā fortuna perpulit. Quippe ut in sua sede maneret patria id agebatur. non ut ego utiq: in patria essem: et nunc quiescerem ac tacerem libenter. nisi hec quoq: pro patria dimicatio esset: cui deesse quoad uita suppetat. alijs turpe. camillo etiam nefas est.

Quod enim reperimus quod obsessam ex hostium manibus eripimus. si recuperatam ipsi deserimus: et cum uictoribus gallis capta tota urbe capitolium tamen atq: arcem dijq: & homines romani tenuerint habitauerint. uictoribus romanis recuperata urbe arx quoq: & capitolium deseretur: et plus uastitatis huic urbi secunda nrā fortuna faciet q̄ aduersa fecit: Equidem si nobiscum urbi simul posite traditeq: per manus legiones nulle essent. tamen tam euidens numen hac tempestate rebus affuit romanis ut omēm neglegentiam diuini cultus exemptam hominibus putem. Intuemini deinceps horum annorum uel secunda uel aduersa: inuenietis omnia prospera euenisse sequentibus deos. aduersa spernentibus. Iam omnū primū uehiens bellum per quot an

nos quanto labore gestum non ante cepit finem q̃ monitu dei
orum aqua ex albano lacu emissa est. Quid hec tandem
urbis nr̃e clades nona: nū ante exorta est. q̃ spreta uox celo
emissa de aduentu gallorum? q̃ius gentium legatis nr̃is
uiolatum. q̃ nobis cum uindicari deberet eadem neglegẽtia
deorum pretermissum. Igitur uicti captiq: ac redempti. tantū
penarum dijs hominibusq: dedimus: ut terrarum orbi docu
mento essemus. Aduerse deinde res admonuerũt religionū.
Confugimus in capitolium ad deos: ad sedem iouis optimi
maximi. sacra in ruina rerum urbarum alia terre celauim⁹.
alia aduecta infimitimas terras amouimus ab hostū oculis.
Deorum cultum deserti a dijs hominibusq: tamen non ītermi
simus. Reddiderunt igitur patriam et uictoriam. et anti
quum bellidecus amissum: et in hostes qui ceci auaricia īpon
dere auri fedus ac fidem fefellere: uerterunt terrorem fugāq:
et cedem. Hec culti neglectiq: numinis tanta momenta in re
bus humanis cernentes. et quid sentitis quirites: quantū nix
dum ex naufragij priorus culpa cladisq: emergentes paremus
nefas? Vrbem auspicato inauguratoq: conditam habemus.
Nullus locus in ea non religionum deorumq: est plenus. sacrifi
cijs sollemnibus non dies magis statum q̃ loca sunt in quibus
fiant. Hos omnes deos publicos priuatosq: quirites deserturi
estis? q̃ par factum uestrum est quod in obsidione nuper in
egregio adolescente. C. fabio non minore hostium admiratiõe
q̃ nra conspectum est. Cum inter gallica tela dignissimus ex arce
sollemne sacrificium fabie genti statutum in colle quirinali
abijt. An gentilicia sacra ne bello quidem intermitti, publica
sacra et romanos deos etiam in pace deseri placet? et pontifices
flamines q: negligentiores publicarum religionū esse q̃ priuatus
in sollemni gente fuerit? forsitan aliquis dicat aut uebijs ea nos
facturos. aut hinc inde mussuros sacerdotes nostros qui faciant
quorum neutrum fieri salus ceremonijs potest et ne omīa genera

tum sacra omnesq; penetralia deos in iouis epulo num alibi q̄m
capitolio pulvinar suscipi potest? Quid de eternis vestae ignibꝰ
signoq; quod imperij pignus custodia eius templi tenetur loquar?
Quid de ancilibus vrbis marsq; gradive tuq; quirine pater. hec
omnia in profano deseri placet? Sacra equa alia urbi: quedā
vetustiora origine urbis. et videte quid inter nos ac maiores
interfit. Illi sacra quedam in monte albano latinioq; nobis fa
cienda tradider. An ex hostium urbibus romam ad nos trans
ferri sacra religiosum fuit. hinc sine piaculo in hostium urbem
vehios transferemus? Recordamini agite dum quotiens instaurā
tur. quia aliquid ex patrio ritu negligentia casu ne pretermissum
est. Modo que resposta prodigium albani lacus nisi instauratio
sacrorum auspiciorumq; renouatio. affecte nebienti bello rei pu-
remedio fuit. Atetiam postq̄ veterum religionū memores et pe
regrinos deos transtulimus romam et instituimus nouos. Iuno re
gina transiecta auentino, q̄ insigni ob excellens
matronarum studium celebriq; dedicata est die? Allocutio tē
plum propter celestem vocem auditam in noua via fussimus fieri.
Capitolinos ludos sollemnibus aliis addidimus: collegiumq; adid
nouū auctore senatu condidimus. Quid horum opus fuit susci
pi. si una cum gallis urbem romanam relicturi fuimus? si non vo
luntate mansimus in capitolio per tot menses obsidionis. si ab ho
stibus metu redempti sumus. De sacris loquimur et de templis.
Quid tandem de sacerdotibus? Nonne in mentem venit quantū
piaculi committatur? Vestalibus nempe una illa sedes est: ex qua
ea? nihil unq̄ preterq̄ urbs capta movit. flaminū dialis noctem
unam manere extra urbem nefas est. Hos vehientes pro roma
nus estis factum sacerdotes: et vestales vestre deserent. Vesta et
flamen peregre habitando in singulas noctes quantum sibi reiq;
pu. piaculi contrahet? Quid, alia que in auspicato agimus ofa
fere intra pomerium, cui oblivioni, aut cui negligentie damus?
Comitia curiata que rem militarem continent: comitia centu

riata. quibꝫ conſules tribunoſq: militares creatiſ ubi auſpicato
riſi ubi adſolet fieri poſſiunt? Vehioſ ne hec tranſferemuſ? an
comitiorum cauſa populuſ tanto incommodo indeſertam hāc
adyſ hominibuſq: urbem conuenict. Sed ret ipſa cogit uaſtam
incendijſ ruinaſq: relinquere urbem: et ad integra omīa uehi
oſ migrare nec hic edificando inopem plebem uexare. Hanc
autem iactari magiſ cauſam q̄ ueram eſſe: ut ego non dicam
apparere uobiſ quiritet puto. Q tu memineriſ ante gallor
aduentum ſaluſ tec tiſ publicaſ priuatiſq: ſtante incolumi ur
be hanc eandem cauſam actam eſſe ut uehioſ tranſmigrarem?
et uidete quantum inter meam ſententiam ueſtramq: interſit
tribuni. Voſ etiam ſi tunc faciendum non fuerit. nunc utiq:
faciendum putatiſ. ego contra. nec id miratt ſitiſ. prinſq̄ quale
ſit audieritiſ. etiam ſi tum migrandum fuiſſet incolumi tota
urbe, nunc haſ ruinaſ relinquendaſ non cenſerem. Quippe tum
cauſa nobiſ in urbem captam migrandi victoria eſſet. Glorio
ſa nobiſ ac poſteritati noſtre. Nunc hec migratio nobiſ miſera ac tur
pis gallis gloriosa erit. Non enim reliquiſſe victores: ſed ami
ſiſſe victi patriam uidebimur. Hoc ad alliam fuga. hoc capta
urbs. hoc circumſeſſum capitolium neceſſitatiſ impoſuiſſe ut dese
reremuſ penateſ nroſ. exiliūq: ac fugam nobiſ ex eo loco conſciſce
remuſ quem tueri non poſſemuſ. et galli euertere potuerunt ro
mam. quam romani reſtituere non uidebuntur potuiſſe. Quid
reſtat niſi ut ſi iam nouiſ copiiſ ueniant. conſtat enim uix credi
bilem multitudinem eſſe, ut capta a ſe deſerta. a uobiſ hac urbe
habitare uelint ſinatiſ. Quid ſi non galli hec. ſed ueteres
uei hoſtes equi uolſci ue faciant: ut cōmigrent romam. uelitiſ
ne illoſ romanoſ, uoſ uehientes eſſe? nec malitiſ hanc ſolitudi
nem uraī q̄ urbem hoſtium eſſe? Non equidem uideo. quid
magiſ nefaſ ſit hec ſceleta quia piget edificare. hec dedecora
pati parati eſtiſ ſi tota urbe nullum meliuſ ampliuſ ue tectum
fieri poſſet q̄ caſa illa conditoriſ eſt uri. Nonne in caſiſ ruti pa

storum agrestiumq: habitare est sanctius inter sacra penatesq:
nōs q̄ exultatum publice ure. Maiores nr̄i conuene pastoresq:
cum hic loci nihil preter siluas paludesq: esset nouam urbem tū
edificarunt. Nos capitolio arce incolumi stantibus templis deo-
rum edificare incensa piget. et quod singuli facturi fuimus si
edes nr̄e deflagrassent hoc in publico incendio uniuersi recusam⁹
facere. Quid tandem si fraude si casu uebijs incendium ortū
sit. uentoq: ut fieri potest diffusa flamma magnam partem ur-
bis absumat. fidenas inde aut gabios aliam ue quam urbem ⁊
quesituri sumus quo transmigremus? A deo nihil tenet solum
patrie. nec hec terra quam matrem appellamus? sed in superfi-
tiguisq: caritas nobis patrie pendet? Et quidem fatebor uobis
et si minus miserie ure q̄ calamitatis mee meminisse iuuat. cū
abessem quotiensciunq: patria in mentem uenisset: Hec omia oc-
currebant. colles campiq: tiberis et assueta oculis regio: et hec edū
sub quo natus educatusq: essem. Quę nos quęsumus nūc mo-
ueant potius caritate sua ut maneatis in sede ur̄a q̄ postea cum
reliqueritis ea maceretis desiderio. Non sine causa dij hominesq:
hunc urbi condende locum elegerunt. salubrem⁹ colles.
flumen oportunum. quo ex mediterraneis locis fruges deue-
hantur: quo maritimi cōmeatus accipiantur. Mare uicinū
ad commoditates. nec expositum nimia propinquitate ad peri-
cula classium externarum. regionū. Italie medium ad incre-
mentum urbis natum unice locum. Argumento est ipsa ma-
gnitudo tam noue urbis trecentesimus sexagesimus quintus
annus urbis quirites agitur. inter tot uetustissimos populos tam
diu bella gerimus. Cum interea ne singulas loquar urbes. non cō
iuncti cum equis uolsca tot tam ualida oppida. non uniuersa
etruria: tantum terra mariq; pollens. atq: inter duo maria
latitudinem obtinens italie bello uobis par est. Quod cum ita
sit, quem malum ratio experiris. alia uterium experiri? cum iam
ut uirtus ur̄a transire alio possit. fortuna certe loci huius trās

ferri non potest. Hic capitolium est. ubi quondam capite
humano inuento responsum est eo loco caput rerum sumāq;
imperij fore. hic cum augurato libarentur capitolium iuncta
terminusq; maximo gaudio patrum nrorum moueri se non
passi. hic uestre ignis. hic ancilia celo demissa. hic oēs propi
cij manentibus uobis dij. Monuisse eos camillus cum alia o
ratione. tum ea que ad religiones pertinebat maxime dicat
sed rem dubiam decerent. nox opportuna emissa. Q nocd
cum senatus post paulo de hijs rebus in curia hostilia habe
retur. cohortesq; ex predijs reuertentes forte agmine forum
transirent: centurio in comitio exclamauit. signifer statue
signum. hic optime manebimus. Q na uoce audita et
senatus accipere se omen ex curia egressus conclamauit: &
plebs circumfusa approbauit. Antiquata deinde lege promi
scue urbs edificari cepta: tegula publice prebita est. saxa
matereq; cedendi unde quisq; uellet ius factum. predibus
acceptis eo anno edificia perfecturis. festinatio curam exemit
eos dirigendi. dum omisso siu alieniq; discrimine in nacto
edificant. Ea est causa ut ueteres cloace primo per publicū
ductę nunc priuata passim subeant tecta. formaq; urbis
sit occupate magisq; diuise similis.

T. LIVII. AB. VRBE. CONDITA. LIBER. QVINTVS.
EXPLICIT. INCIPIT. SEXTVS. FELICITER.

QVAE. A. CONDITA. VRBE. ROMA. ad
captam eandem urbem romani sub regib⁹
primū. consulibus deinde ac dictatorib⁹
decemvirisq; ac tribunis consularibus ges
sere foris bella. domi seditiones quinq; libris expositu. Res

cum uetustate nimia obscurat, uelut que magno ex interual
lo loci nix certum quod rare per ea tempora litterę fuere. una
custodia fidelis memorie rerum gestarum. et quod etiam si
que in cōmentariis pontificum aliisq; publicis priuatisq; e
rant monumentis incensa urbe plereq; interiere. Clariora de
incepti certioraq; ob secundam originem uelut a stirpibus le
tius feratusq; renate urbis gesta domi militieq; exponentur.
Ceterum primo quo adminiculo erecta erat eodem innixa. M.
furio stetit. Neq; enim se abdicare dictatura nisi anno curtū
acto passi sunt. Comitia insequentem annū habere tribu
nos. quorum in magistratu capta urbs esset non placuit. ¶
Res ad interregnum rediit. Cum ciuitas in opere ac labore
continuo reficiende urbis teneretur. Interim. Q. fabio si
mul primum magistratu abiit ab. CN. martio tribuno. pl.
dicta dies est. quod legatus in gallos ad quos missus erat
orator contra ius gentium pugnasset. Cui iudicio cū mors
a deo oportuna ut uoluntariam magna pars crederet subtra
xit. Interregnum tum iniit. P. cornelius scipio interrex: &
post eum. M. furius camillus iterum. Hi tribunos militum
consulari potestate creat Valerium publicolam iterum. L.
uirginiū. P. cornelium. A. manilium. I. manilium. I. postu
mium. Hi ex interregno extimplo cū magistratū
inissent. nulla de re prius q̄ de religionibus senatum cōsu
luere in primis federa ac leges. erant autem erre duodecim
tabule et quedam regie leges, conquiri comparariq; iusserunt.
alia ex eis edita in uulgus: que autem ad sacra pertinebant a
pontificibus maxime ut religione obstrictos haberent multitu
dinis animos suppressa. Tum de diebus religiosis habitari
ceptum. diemq; ad. xv. kl'. sextil. duplici clade insignem. Quo
die ad cremeram fabij cesi: quo deinde ad alliam cum exi
tio urbis fede pugnatum a posteriore clade allienśm appel
larunt. insignemq; rei nullius publicę priuatumq; agēde fecer.

Quidam quod postridie idus quintil. non litasset sulpitius tribu
nus mil. neq: inuenta pace deum post diem tertiū obiectus hosti
exercitus romanus esset etiam postridie idus. rebus diuinis su
persedere iussum. inde ut postrie. kl. quoq: ac. nōn. eadem religio
esset traditum putant. Nec diu licuit quietis consilia ex
gendae tam grauis casu reipu. secum agere. Hinc uulsci uete
res hostes ad extinguendum nomen romanum arma ceperāt.
Hinc etruriae principum omnibus populis conuiurationem de bel
lo ad fanum uolturnae factam mercatores afferebant. Nouus
quoq: terror accesserat defectione latinorum hernicorumq:
qui post pacem ad lacum regillum factam per annos prope cen
tum nunq̄ ambigua fide in amicitia populi r. fuerant. Itaq: cū
tanti undiq: terrores circumstarent. apparuitq: omnibus non o
dio solum apud hostes. sed contemptu etiam inter socios nomē
romanum laborare placuit. cuius auspitijs defendi rem.pu. cui
recuperata esset. dictatoremq: dici. M. furium camillum. Is
dictator. C. seruilium abalam magistrum equitum dixit. Iu
stitioq: indicto delectum iuniorum habuit. ita ut seniores q̄
q: quibus aliquid roboris superesset in uerba sua centuriarent
iuratos. Exercitum conscriptum armatumq: trifariam diuisit.
partem unam in agrum uolscientem etruric opposuit. Alteram
ante urbem castra locare iussit. Tr. mil. his. A. manlius. illis
qui aduersus etruscos mittebantur. L. emilius praepositus. tertiā
partem ipse ad uulscos duxit. Nec procul a lauinio ad metum
is locus dicitur. castra oppugnare est adortus. Quibus a cōtēp
tu prope quod omnem deletam a gallis romanam iuuentutem
credebant ad bellum profectus. tantum camillus auditus impe
rator terroris intulerat. ut uallo se ipsi uallum congestis ar
boribus sepirent. ne qua intrare ad munimenta hostis posset.
Quod ubi animaduertit camillus ignem in obiectam sepem co
niici iussit. et forte uis erat magna uenti uersa in hostem. Itaq:
non aperuit solum incendio uiam: sed flāmis in castra tendē

tibus suapte etiam ac fimo crepituq: uuridis materie flagrãtis
ita consternauit hostes ut minor molesq superantibus uallũ
in castra uulscorum romanis fuerit. q̃ transcendentibus se/
pem incendio absumptam fuerat: fusis hostibus cetisq: cum
castra impetu cepisset dictator/ predam militi dedit: quo mi
nus speratam minime largitore duce eo militi gratiorem. ¶
P ersecutus deinde fugientes/ cum omnem uulscum agrum
depopulatus esset ad deditionem uulscos septuagesimo de/
mũ anno subegit. Victor ex uolscis in equos transijt et ipos
bellum molientes exercitum eorum ad bolas oppressit. nec cas
modo sed urbem etiam aggressus primo impetu cepit. Cũ
in ea parte in qua caput rei romane camillus erat ea fortuna
esset, aliam in partem terror ingens ingruebat. Etruria pro
pe omnis armata: sutrium socios populi r. obsidebat. quoz
legati opem rebus affectis orantes/ cum senatum adissent/ decre
tum tulere ut dictator primo quoq: tempore auxilium sutri
nis ferret. Cuius spem moram cum pati fortuna obsessorũ nõ
potuisset. confectaq: paucatas oppidanorum opere. uigilijs uul
neribusq: que semper eosdem urgebant. per pactionem urbe ho
stibus tradita/ inermes cum singulis emissi uestimentis/ misera
bili agmine penates reliquer. Eo forte tempore camillus cum
exercitu romano intercenit. Cui cum se mesta turba ad pe
des prouoluisset. principumq: orationem necessitate ultima
expressam fletusq: mulierum ac puerorum qui exilij comi
tes trahebantur excepisset. parcere lamentis sutrinos iussit.
etruscis se luctum lacrimasq: ferre. sarcinas inde deponi. su
trinosq: ibi considere modico presidio relicto. arma secum uti
ferre iubet. Itaq: expedito exercitu profectus ad sutrũ: id
quod rebatur soluta omnia: rebus ut fit secundis inuenit. ¶
nullam stationem ante menia. patentes portas. uictorem ua
gum. predam ex hostium tectis egerentem. Sicuti igitur eodẽ
die sutrium capitur. uictores etrusci passim trucidantur. a no

uo hoſte: neq; ſe conglobandi eundiq; in unū aut arma capiēdi
datur ſpatium. cum pro ſe quiſq; tenderent ad portas ſiqua
forte ſe in agros eicere poſſent. clauſas id enim dictator primum
imperauerat portas inuenium. Inde alij arma capere: alij quos
forte armatos tumultus occupauerat, conuocare ſuos ut preſidiū
iuuarent. Quod accenſum a deſperatione hoſtium fuiſſet ni preco
nes per urbem dimiſſi, poni arma, et parci inermi iuſſiſſent nec
preter armatos quenq; uiolari. tum etiam quibus animi in ſpe
ultima obſtinati ad decertandum fuerant. poſtq; data ſpes uite
eſt. iactari paſſim arma, inermesq; quod tutuſ fortuna fecerat.
ſe hoſti offerre. Magna multitudo in cuſtodias diuiſa: oppidū
ante noctem redditum ſuis tutum inuiolatum integrumq; ab
omī clade belli: quia non ui captum, ſed traditum per conditi
ones fuerat. Camillus uero in urbem triumphans rediit trium
ſimul bellorum uictor. Longe plurimos captiuos ex etruſcis an
te curruum duxit. Quibus ſub haſta uenūdatis tantū eris
redactum eſt ut precio pro auro matronis perſoluto ex eo quod
ſupererat tres partes facte ſint: quas cum titulo nominis camil
li ante capitolium incenſum in loiuis cella conſtat ante pedes iu
nonis poſitas fuiſſe. Eo anno in ciuitatem accepti qui uebien
tium capenatumq; ac faliſcorum per ea bella tranſfugerant ad ro
manos: agerq; his nouis ciuibus aſſignatus. Reuocati quoq;
in urbem ſunt a uebys qui rome edificande pigritia occupati
ſub uacuis tectis uebios ſe contulerant. et primo fremitus fiunt
aſpernantium imperium. dies deinde preſtituta. capitalisq; pe
na niſi remigraſſent romam ex ferocibus uniuerſis ſingulos
metu ſuo obedientes fecit: et roma cum frequentia creſcere tum
tota ſimul exurgere edificijs. et re publica impenſas adiuuā
te et edilibus uelut publicum exigentibus opus, et ipſis priuatī.
admonebat enim deſiderium uſq; feſtinantibus ad effectum
operis. untaq; annū noua urbs ſtetit. Exitu anni tribu
norum mil. comitia conſulari poteſtate habita creati. T. quīctio

cincinnatus. Q. seruilius fidenas. Q. iulius iullus. L. aquilius
cornus. L. lucretius tricipitinus. Ser. sulpitius rufus. Exercitū
alterum in equos non ab bellum tuctos nanq: se fatebantur. sed
ab odio ad pernoctandos fines. ne quid ad noua consilia relin
querent uirium duxere: alterum in agrum tarquiniensem. ¶
Ibi oppida etruscorum cortuosa. et contenebra ui capta diruta
q: ad cortuosam nubil certaminis fiut. improuiso adortu post
modum clamore atq: impetu cepere. direptum oppidum atq: incē
sum est: contenebra paucos dies oppugnationem sustinuit: la
borq: continuus non die non nocte remissius subegit eos. Cum ī
sex partes diuisus exercitus romanus. semis horis in orbem succede
ret prelio oppidanos eosdem integro semper certamini paucitas
fessos obiceret: cessere tandem locusq: inuadendi urbem roma
nis datus est. publicari predam tribunis placebat. sed tam
imperium q̄ consilium segnius fuit. dum cunctantur iam mi
litum preda erat: nec nisi per inuidiam adimi poterat. Eo
dem anno ne priuatis tantum operibus crescerent urbs. capito
lium quoq: saxo quadrato obstructum est. Opus ludi hac
magnificentia urbis conspiciendum. Iam et tribuni pl. cuncta
te edificando occupata contiones suas frequentare legibus agra
riis conabantur. Ostentabatur unus pomptinus ager. tum
primū post attritas a camillo uulscorum res. possessores haud
ambigue criminabantur. multo eum infestiorem agrum a no
bilitate esse q̄ a uolscis fuerit. Ab illis enim tantum quoad ui
res et arma habuerint incursiones eo factas. nobiles homines
inter possessionem agri publici crassari. nec nisi ante q̄ omnia
precipiant diuisus sit. locum ibi plebi fore. haud magnopere
plebem mouerant. et in frequentem in foro propter edificādi
curam: et eodem exhaustam impensis: eoq: agri immemorem ad
quem instruendum uires non essent. In ciuitate plena religio
num. tum etiam a recenti clade superstitiosis principibus. ut
renouarentur auspitia. res ad interregnum rediit. Interreges

deincepſ. M. manliuſ capitolinuſ. Ser. ſulpitiuſ camerinuſ.
L. valeriuſ potituſ. hic demū tribunorum mil. conſulari pote
ſtate comitia habuit. L. papirium. L. emiliuum iterum. CN. ſer
gium. licinīū menenīū. L. valerium publicolam tertiū creat.
Hi ex interregno magiſtratum acceperē. Eo anno edeſ martiſ
gallico bello uota dedicata eſt a tito quinctio duūviro ſacr
faciendo. Tribuſ quatuor ex nouiſ ciuibuſ addite. ſtella
tina. tromentina. ſabatina. arnenſiſ. hoc. xxv. tribuum nu
merum expleuere. De agro pomptino a licinio tribuno. pl.
actum. ad frequentiorem iam populum mobilioremq: ad
cupiditatem agri q̄ fuerat. et de latino hernicoq: mentio fc̄a
in ſenatum maioriſ belli cura quod etruria in armiſ erat dila
ta eſt. Reſ ad camillum tribunum mil. conſulari poteſtate
redijt. collegę addit quinq:. Ser. corneliuſ maluginenſiſ
quintī ſeruiliuſ fidenaſ ſextum. L. quinctiuſ cincinnatuſ.
L. horatiuſ pulvillus. P. valeriuſ. In principio anni auer
ſe curę hominū ſunt a bello etruſco. quod fugientium ex agro
pomptino agmen repente illatum in urbem attulit antiateſ ī
armiſ eſſe. latinorumq: populoſ iuuentutem ſūmiſiſſe ad
id bellum. eo abnuentes publicum fiuiſſe conſilium. quod nō
prohibitoſ tantūmodo dicerent uoluntarioſ. militare ubi uel
lent. deſiciant iam ulla contemni bella. Itaq: ſenatuſ agere
diſ gr̄aſ quod camillus in magiſtratu eſſet. dictatorē quip
pe dicendum eum fuiſſe ſi priuatuſ eſſet. et collegę fatem re
gimen omniū rerum ubi quid belluci terroriſ ingruat ī uiro
uno eſſe. ſibiq: deſtinatum in animo eſſe camillo ſubmitte
re imperium. nec quicq̄ de maieſtate ſua detractum credere.
quod maieſtatem eius uiri conceſſiſſent. Collaudatuſ a ſenatu
tribuniſ. et ipſe camillus confuſuſ animo gratiaſ egit. Inḡeſ
inde aut onuſ a populo r. ſibi qui ſe dictatorem iam quartū
creaſſet. magnum a ſenatu talibuſ de ſe iudicijſ eius ordinis.
maximū tam honorato collegarum obſequio inuīgi. Itaq: ſi

quid laboris uigiliarumq; adijci possit. certantem secum
ipsum annixurum, ut tanto de se consensu ciuitatis. opi
nionem que maxima sit etiam constantem efficiat. Quod
ad bellum atq; antiates attineat. plus ibi minarum q̄ pericu
li esse. se tamen ut nihil timendi. sic nihil contemnendi au
ctorem esse. circunsederi urbem romanam ab inuidia & odio
finitimorum . Itaq; et ducibus pluribus et exercitibus admi
nistrandam rem.pu. esse. Te inquit. P. ualeri socium imperij
consilijq; legiones meas aduersus antiatem hostem ducere placet.
Teq; seruili altero exercitu instructo paratoq; imurbe castra habe
re: intentum siue etruria se interim ut nuper siue noua hec cura
latini atq; hernici mouerint: pro certo habeo uta te rem gesturū:
ut patre auo teq; ipso ac sex tribunatibus dignum est. tertius
exercitus ex canarijs semoribusq; a.l. quinctio scribatur q̄
urbi menibusq; presidio sit. l. horatius arma telaq; ac fru
mentum que belli alia tempora poscent prouideat. Te. ser. cor
neli presidium huius publici consilij custodem. comitiorum
religionū. legum rerum omniū urbanarum collegam facim⁹.
Cuncti in partes muneris sui benigne pollicentibus operam. uale
rius socius imperij lectus adiecit. M. furium sibi pro dictatore.
seq; ei pro magistro equitum futurum. proinde quam opinio
nem de unico imperatore cam ſpem de bello haberent. se uero be
ne sperare. Patres et de bello et de pace uniuersaq; re.pu. erecti
gaudio fremuīt. nec dictatore umq̄ optius fore rei.pu. si tales ui
ros in magistratu habeat. tam concordibus iunctos animis: i
parere atq; imperare uicta paratos. laudem conferentes potius
in medium q̄ ex cōmuni ad se trahentes. Iustitio indicto. de
lectuq; habito. furius ac ualerius ad satricam profecti: quo
non uolscorum modo iuuentutem antiates ex noua sobole lecta.
sed ingentem latinorum hernicorumq; conciuerant ex integer
rimis diutina pace populis. Itaq; nouus hostis ueteri additus
commouit animos romani militis. Quod ubi aciem iam instru

cntu camullo centuriones renuntiauerunt, turbatas militū mē
tes esse: segniter arma capta. cunctabundosq: et resistentes egres
sos castris esse. quin uoces quoq: audiras, cum centenis hostibꝫ
singulos pugnatiuos: et egre uicturnem tantam multitudinem
ne dum armatam sustineri posse: in equum insilit. et ante sig
na obuersis in aciem ordines intercquitans. Q ue, rustuna mi
lites hec, que insolita cunctatio est. hostem ne. an me an uos
ignoratis? hostis est quid aliud q̄ perpetua materia uirtutis
glorieq: uīe. Vos contra me duce, ut faleriosuehiosq: captos
etiam capta patria gallorum legiones cesas taceam: modo tri
gemine uictoue triplicem triumphum ex his ipīs uolscis & equi
et ex etruria egistis. An me quod non dictator uobis sed tribu
nus signum dedi. Non agnoscitis ducem? neq: ego maxīa
imperia in uos desidero. et uos in me nihil preter meipsum itu
ri decet. Neq: enim dictatura mihi unq̄ animos fecit, ut ne exu
lium quidem ademit. Eidem igitur omnes sumus: et eam eadē
in hoc omnia bellum afferamus que in priora attulimus eundē
euentum belli expectemus. Simul concurrerus, quod quisq: di
cit ac consueuit faciat. uos uincetis: illi fugient. dato dein
signo. ex equo desilit. et proximū signiferum manu arreptum
secum in hostem rapit. Infert miles clamitans signum. Q uod ubi
uiderunt ipsum camillum iam ad munera corporis senecta in
ualidum uadentem in hostes procurrunt parueri omnes. clamo
re sublato. sequere imperatorem pro se quisq: clamantes. Emissi
etiam signum camilli inter hostium aciem ferunt. idq: ut
repeteretur concitatos antesignanos. Ibi primū pulsos ammates.
terroremq: non in primam tantum aciem. sed etiam ad subsidi
arios perlatum. Nec uis tantum militum mouebat excitata pre
sentia ducis. sed quod uolscorum animis nihil terribilius erat
q̄ ipsius camilli forte oblata species. Ita quocunq: se intulisset
uictoriam secum haud dubiam trahebat. Maxime id euidē
fuit. tum cum in leuū cornu prope iam pulsum arreptio repente

equo cum scuto pedestri aduectus conspectu suo preliū restituit.
ostentans certam uincentem aciem. Iam inclinata res erat. sed
turba hostium fugam impediebat: et longa cede conficienda mul
titudo tanta fesso mali erat: cum repente ingentibus procellis
fusus imbr certam magis uictoriam q̃ prelium diremit. Signo i
deinde dato receptui nox insecuta. quietus romanis perficit bellū.
Latinū nanq; et hernici relictis uolscis domos profecti sunt. malis
consiliis parta adepti euentus. Volsci ubi se desertos ab eis uider
quorum fiducia rebellauerant. relictis castris membus patria
se includunt. quos primo camillus uallo circundare et aggere
atq; operibus oppugnare est adortus. Que postq̃ nulla eruptõe
impediri uidet minus esse animi ratus in hostem q̃ ut in colente
spe uictoriam expectaret: cohortatus milites ne tanq̃ uictos
oppugnantes in opere longinquo sese terrerent uictoriam i ma
nibus esse. ingenti multitudo alacritate: menia undiq; aggressus
scalis oppidum cepit. Volsci abiectis armis sese dediderunt.
Ceterum animus ducis rei maiori anno iminebat. Id caput uol
scorum fuisse originem proximi belli. Sed quia nisi magno
apparatu tormentis machinisq; tam ualida urbs capi non pote
rat. relicto ad exercitum collega romam est profectus. ut sena
tum ad excidendum antium hortaretur. Inter sermo
nem cuius crederem antiatem diuturniorem manere dyscordi
fuisse. Legati a nepete auxilium aduersus etruscos petentes
uenium. breuem occasionem esse ferendi auxilij memorantes.
eo ium camilli ab antio fortuna auertit. Nanq; cum ea loca
opposita etrurie et uelut claustra inde porteq; essent. et illis oc
cupandi ea cum quid noui molirentur. et romanis recuperandi
tuendiq; cura erat. Igitur senatu cum camillo agi placuit. ut
omisso antio bellum etruscum susciperet. legiones urbane. qui
bus quinctius prefuerat ei decernuntur. Quanq̃ expertum
exercitum assuetumq; imperio qui in uolscis erat mallet mihi
recusauit. Valerium tantūmodo imperij socium depposcit.

: Quinctius :

Quinctius horatiusq: successores ualerio in uolscas missi. Profecti
ad urbem sutrium furius et ualerius partem oppidi iam captam
ab etruscis uicencie: ex parte altera interceptis itineribus ege op
pidanos uim hostium ase arcentes cum romani auxilij aduentus
tum camilli nomen apud hostes socios: et inpresentia rem incli
natam sustinuit: et spatium ad operam ferendam dedit. Itaq: diui
so exercitu camillus eam in partem circunducit copijs quam ho
stes tenebant menia aggredi iubet: non tanta spe scalis capi urbem
posse q̃ ut aduersis eo hostibus et oppidanis iam pugnando fessis
laxaretur labor: et ipse spatium intrandi sine certamine menia ha
beret. Quod cum simul utrunq: factum esset. anceps: terror e
truscos circunstaret: et menia summa in oppugnari: et intra me
nia esse hostem uiderent: porta se una qua fronte non obsidebatur.
trepidi uno agmine erepere. Magna cedes fugientium et in urbe et
per agros est facta. Plures a furianis intra menia cesi. ualeriani
expeditiores ad prosequendum fuere. nec ante noctem quae con
spectum ademit finem cedendi fecere. Sutrio recepto restitutaq: i
socijs ueteri exercitus ductus. quod per deditionem acceptum ita
totum etrusca habebant. Videbatur plus in ea urbe recipienda la
boris fore. non in eo solum quod tota hostium erat. sed iam quod
parte nepesinorum prodente ciuitatem facta erat dedito. Mu
tamen ad principes eorum placuit. ut secernerent se a etruscis fi
demq: quam imploraissent a romanis ipsi praestarent. Vnde cum
responsum allatum esset. nihil sine potestate esse. etruscos menia ca
stella: portarum tenere. primo populationibus agri terror et op
pidanis admotus. Deinde postq̃ deditionis q̃ societatis fides sancti
or erat. fascibus sarmentorum ex agro collatis ductus ad menia
exercitus completisq: fossis scale admote: et clamore primo ĩpetuq:
oppidum capitur. Nepesini inde edicto ut arma ponant par
tiq: uestium inermi. Etrusci pariter armati atq: inermes cesi.
Nepesinorum quoq: auctores deditionis securi percussi. Innocue
multitudini reddite res oppidumq: cum presidio relicto. Ita

duabus sociis urbibus ex hoste receptis. uictorem exercitum tri-
bum cum magna gloria romam reduxer̄. Eodem anno ab la-
tinis hernicisq: repente quesitumq: cur per eos annos militem
ex instituto non dedissent. Responsum utriusq: genti⁹ concilio
est: nec culpam in eo publicam nec consilium fuisse quod siue
uiuentium aliqui apud uolscos militauerint: eos tamen ipsos
prauo consilij penam habere. nec quenquā exhijs reducem esse.
Militus autem non dati causam terrorem assiduum a uolscis fu-
isse: quam pestem adherentem latere suo: tot super alia alijs
bellis exhaurire nequisse. Que relata patribus magis tēpus
q̄ causam non iusa belli habere. In sequenti anno. A. mā-
lio. P. cornelio tertium. L. quinctio capitolino. L. papirio cur-
sore: iterum tribunis consulari potestate: graue bellum foris.
grauior domi seditio exorta. Bellum a uolscis aduncta lati-
norum hernicorumq: seditione. Seditio unde minime timeri
potuit a patrie gentisuiro et inclite fame. M. manlio capito-
lino qui nimius animi cum alios principes spernere⁹ uni inui-
deret eximijs honoribus atq: uirtutibus. M. furio. egre fere-
bat solum eum in magistratibus solum apud exercitū esse.
tantum iam eminere. ut ijsdem auspicijs creatos non pro col-
legis sed pro ministris haberet. Cum interim si quis uere existi-
mare uelit. A. M. furio recuperari patria ex obsidione hosti-
um non potuerit. nisi a se prius capitolium atq: arx seruata
esset. & ille inter aurium accipiendum et spem pacis solutis a-
nimis gallos aggressius sit: ipse armatos capientesq: arcem de-
pulerit. Illius glorie pars uirilis apud om̄s milites sit qui simul
uicerunt: siue uictorie neminem omniū mortaliū socium ee.
His opinionibus inflato animo. adhuc iuuo quoq: ingenij uehe-
mens et impotens: postq̄ inter patres non quantum equū cense-
bat excedere opes suas animaduertit. primū omniū ex patrib⁹
popularis factus. cum plebeis magistratibus consilia cōmunica-
re: criminando patres, alliciendo ad se plebem auram non

consilio ferri: fame magne malle q̃ bone esse: et non contentus
agrarijs legibus: que materia semper tribunis seditionū fuissent.
idem moliri cepit: accitores quippe eius alieni stimulos esse. Qui
non egestatem modo atq; ignominiam minentur: sed nexuo ac
uinculis corpus liberum terreant. Etat eius alieni magna uis.
res damnosissima etiam diuitibus edificando contracta. Bel
lum utaq; uulscum graue per se oneratum latinorum atq; her
nicorum defectione in speciem cause iactatum. ut maior pote
stas quereretur. Sed noua consilia manlij magis compulere
senatum ad dictatorem creandum. Creatus. A. cornelius
cossus: magistrum equitum dix̄. T. quinctium capitolinū.
Dictator et si maiorem dimicationem propositam domi q̃ foris
cernebat. tamen seu quia celeritate ad bellum opus erat. seu
uictoria triumphoq; dictature ipsi uires sese additurum ratus
delectu habito in agrum pomptinū quo a uolscis exercitum
inductum audierat pergit. Non dubitem preter sacietatem
tot iam libris assidue bella cum uolscis gesta legentibus. illud
quoq; succursurum. quod mihi presenti propiores temporibus
harum rerum auctores miraculo fiut. unde totiens uictis
uolscis et equus sufficerint milites. Quod cum ab antiquis
tacitum pretermissumq; sit. cuius tandem ego rei preter opinionē
que sua cuiq; coniectanti esse potest auctor sim: simile ueri ē.
aut interuallis bellorum sicut nunc delectibus sit romanus a
lia atq; alia sobole iuniorum ad bella instauranda totiens usos
esse: aut non ex ysdem semper populis exercitus scriptos quia
q̃ eadem semper gens bellum intulerit: aut innumerabilē mul
titudinem liberorum capitum in his fuisse locis que nunc uix
seminario exiguo militum relicto seruitia romana asolitudi
ne uindicant. Ingens certe quod inter omnes auctores cōue
niat quanq̃ nuper camilli ductu atq; auspitio accisse res etiā
uolscorum exercitus fuit. Ad hoc latini hernicique accesserāt
et cercinensium quidam: et coloni etiam a uelitris. Ro

manus dictator castris eo die positis postero cum auspicato pro
disset hostiaq: cesa pacem deum adorasset. letus ad militem ia
arma ad propositum pugne signum sicut edictum erat luce
prima capienter processit. Vestra victoria est milites inquit.
si quid dij uatesq: eorum in futurum uident. Itaq: ut decet cer
te spe plenos: et cum imparibus manus consecturos. pilis an
te pedes positis gladijs tantum dextras armemus. Ne procur
ri quid ab acie uelim. sed obnixos uos stabili gradu impetum
hostium excipere. Vbi illi uana iniecerint missilia et effusi &
stantibus uobis se intulerint tum micent gladij. et ueniat in
mentem unicuiq: deos esse qui romanum aduiuent: deos qui se
cundis auibus in prelium miserint. Tu quincti equitem inten
tus ad primum initium motu certaminis teneas. ubi hereter ia
ciem collato pede uideris. tum terrorem equestrem occupatis
alio labore infer: inuectusq: ordines pugnantium dissipa. Sic
eques sic pedes ut preceperat pugnant. Nec dux legiones nec
fortuna fefellit ducem. Multitudo hostium nulli rei preterq; &
numero freta et oculis utranq: metiens aciem temere prelium iust.
temere cōmisit. clamore tantum missilibusq: telis et primo pu
gne impetu ferox gladios et collatum pedem et multum hostis
ardoremq: animi micantem ferre non potuit. Impulsa frons &
prima: et trepidatio subsidijs illata. et suum terrorem intulit e
ques. Rupti inde multis locis ordines: motaq: omnia: et fluctu
anti similis acies erat. deinde postq; cadentibus primis. iam ad
sequisq; peruenturam cedem cernebat. terga uertunt: stare ro
manus. et donec armati consertiq: abibant. pedituum labor i
persequendo fuit. Postq; iactari arma passim fugaq: per agros
spargi aciem hostium animaduersum est. tum equitum turmas
emisse: dato signo neminem singulorum morando cede. spatiū ad
euadendum interim multitudini darent. satis esse missilibus ac
terrore impediri cursum: obequitandoq: agmen teneri. dum asse
qui pedes et iusta cede conficere hostem posset. fuge sequendiq: nō

antt noctem finiſ fuit. Capta quoq: ac direpta eodem die ca
ſtra uulſcorum: predaq: omnis preter libera corpora milti cōce
ſa eſt. parſ maxima captiuorum ex latinis atq: hernicis fuit. nec
hominum de plebe ut credi poſſet mercede militaſſe. ſed princi
pes quidam iuuentutis inuicta manifeſta fidei publica ope mul
tos hoſtes aduitos. Cerceniium quoq: quidam cognitu & colonu
auelitris. Romamq: omnes miſſi. per contantibus primoribus
patrum eandem que dictatori defectionem ſui quiſq: populi ba
ud perplexe indicauere. Dictator inſtatuus tenebat exer
citum. mimme dubius bellum cum his populis patres uitturos.
Cum maior domi exorta moles coegit accire romam cum. gliſce
te in dies ſeditione. quam ſolito magis metuendam auctor fa
ciebat. Non enim iam ordines modo. M. manlij ſed facta po
pularia in ſpeciem tumultuoſam. eadem qua mente fierent intue
dabant. Centurionem nobilem militaribus factis iudicatum
pecunie. cum duci iudiſſet. medio foro cum caterua ſua accurrit.
et manum iniecit. Vociferatuſq: de ſuperbia patrum ac crudeli
tate feneratorum et miſeriis plebis. uirtutibus eius uri fortuna
q:. Tum uero ego inquit ne quicq̄ hac dextra capitoliū arce
q: ſeruauerim. ſi ciuem cōmilitonemq: meum tanquam galli ra
ptoribus captum in ſeruitutem ac uincula duci uideam. Inde
rem creditam palam populo ſoluit. Libraq: et ere liberatū emittit.
deos atq: homines q: obteſtantem ut. M. manlio liberatori ſuo.
parenti plebis romane graciam referant. Acceptus extemplo in
tumultuoſam turbam et ipſe tumultum augebat. cicatrices ac
ceptas uehementi gallico alijſq: deinceps bellis oſtentans. ſe multā
tem ſe reſtituentem euerſos penates multiplici iam ſorte exſolu
ta: mergentibus ſemper ſortem uſuris obrutum fenore eſſe. Vide
re lucem forum. cunū ora. M. manlij opera. Omnia parentū
beneficio ab illo ſe habere. illi deuouere corporis uitaq: ac ſan
guinis quod ſuperſit. Quodcunq: ſibi cum patria penatibus publi
cis ac priuatis iuris fuerit. id cum uno homine eſſe. his uocibus

unstincta plebes cum unius hominis esset. addita cōmodioris
ad omia turbanda consilij res. fundum in uehienti caput pa
trimonij subiect̄ preconi. Ne quem uestrum inquit quiritesi
donec quicq̄ in re mea superierit iudicatum addict̄um ue duci
patiar. Id uero ita accendit animos ut per fas ac nefas secuturi
undicem libertatis uiderentur. Ad hoc domi contionantis imo
dum sermones plenos criminū in patres. Inter quos cum omisso
discrimine uera an falsa iaceret, thesauros gallici auri occulta
ri a patribus iecit. nec possidendis publicis agris contentos esse,
nisi pecuniam quoq: publicam auertant. ea res si palam fiat exol
ui plebem ere alieno posse. Que ubi adiecta spes est. enim uero r
idignum facinus uideri, cum conferendum ad redimendam
ciuitatem a gallis aurum fuerit, tributum facta collatione. Id
aurum ex hostibus captum in paucorum predam cessisse. Itaq:
exequebantur querendo ubi tante rei furtum occultaretur. dif
ferentq: et tempore suo se indicaturum dicenti, ceteris omissis
eo uerse erant omnium cure, apparebatq:, nec ueri indicij gra
tiam ueram, nec falsi offensionem fore. Itaq: suspensis reb⁹
dictator accitus ab exercitu in urbem uenit. postero die senatu
habito, cum satis percontatus uoluntates hominū discedere sena
tum a se uetuisset. stipatus ea multitudine sella in comitio posi
ta lictorem. Ad M. manlium mittit. qui dictatoris iussu uoca
tus. cum signum suus dedisset adesse certamen agmine igitu
ad tribunal uenit. hinc senatus, hinc plebs suum quisq: intu
entes ducem uelut in acie constiterant. Tum dictator silenti
o facto. Vtinam inquit mihi patribusq: romanis. ita de cete
ris rebus cum plebe conueniat. quēadmodum quod ad te attine
in eamq: rem quam dette sum questurus conuenire satis cōfi
do. spem a te factam ciuitati uideo fide incolumi. ex thesauris
gallicis quos prunores patrum occultent, credibilem solui posse.
Cui ego rei tantum abest ut impedimento sim, ut contra te. M. mā
li adhortor liberes fenore plebem romanam, et ustos incubantes

publicas thesauros ex preda clandestina euoluas. Quod nisi fa
cis siue quod et ipse in parte prede sis siue quia uanum indicium
est. in uincula te duci iubebo: nec diutius patiar a te multitu
dinem fallaci spe concitari. Ad ea manlius nec se fefellisse r
ait. non aduersus uolscos totiens hostes quotiens patribus ex
pediat: nec aduersus latinos hernicosq: quos falsis criminib⁹
in arma agant: sed aduersus se ac plebem romanam dictatorē
creatum esse. Iam omisso bello quod simulatum sit in se impe
tum fieri. Iam dictatorem profiteri patrocinium feneratorii
aduersus plebem iam sibi ex fauore multitudinis crimen et
pernitiem queri. Offendit inquit: te aut corneli uosq: patres
conscripti circumfusa turba latera meo. Quin eam deducitis
a me singulis uris beneficiis intercedendo eximendo de nexo
ciues uros prohibendo iudicatos addictosq: duci. exeo quod
affluit opibus uris sustinendo necessitates aliorum: Sed q̄d
ego uos de uro impendatis adhortor: sortem aliquam ferre de
capite, deducere quod usurus pernumeratum est. Iam nihilo r
mea turba q̄ullus conspectior erit. At enim quid ita solus ego
ciuium curam ago. nihil magis quod respondeam habeo: q̄si r
quaeras quid ita solus capitolium arcemq: seruauerim. et tum
uniuersis. quam potui opem tuli, et nunc singulis feram. Nā
quod ad thesauros gallicos attinet rem suapte natura facilem
difficilem interrogatio facit. Cur enim quaeritis quod scitis: cur
quod in sinu uro est excuti iubetis potiusq̄ ponatis: nisi aliqua
fraus subest. Quod magis argui pertugias uras iubetis: eo plus
uereor ne abstuleritis obseruantibus etiam oculis. Itaq: non
ego uobis ut iudicem predas uras sed uos id cogendi estis ut in
medium proferatis. Cum mitteret ambages dictator iuberet.
et aut peragere uerum iudicium cogeret aut fateri facinus in
simulati falso crimine senatus. oblateq: uana furti inuidie: ne
gantem arbitrio inimicorum se locuturum in uincula duci r
iussit. Arreptus a uiatore: iuppiter inquit optime maxime.

uncq: regna ac minerua ceteriq: diy deeq: qui capitolium ar
cemq: incolitis. ficcine urbem militemq: ac presidem finitis uexari
ab inimicis. Hec dextera qua gallos fudi a delubris urbis iam
in uincula et catenas ceruic. Nullius ne oculi nec aures indigni
tatem ferebant. sed iuncta sibi quedā patientissima iusti ipe
rij ciuitas fecerat: nec aduertit dictatoriam uiam: aut tribu
ni. pl. aut ipsā plebs attollere oculos aut hiscere audebant.
Conicctio in carcerem manlio satis constat magnam partem
plebis uestem mutasse. multos mortales capillum ac barbam
promisisse. obuersataq: in uestibulo carceris mestam turbā.
Dictator de nolsis triumphauit. Iuuidcq: magis triumphus
q̄ glorie fuit. Quippe domi non minue parcum cum: actum
de cuie non deboste fremebant. Vnum defuisse tantum sup
bie. quod non: M. manlius ante curtum sit ductus. Iamq:
haud procul seditione res erat. cuius leuiende causa postula
te nullo largitor uoluntarius repente senatus factus. Satri
cum coloniam duo milia ciuiū romanorum deduci iussit. bi
na iugera et semissem agri assignari. Quod cum et paruū et
paucis datum et mercedem esse prodendi. M. manlij interpre
tarentur de medio urritatur. seditio etiam magis insignis et for
dibus et facie reorum turba manliana erat. Amotusq: post
triumphum abdicatione dictature terror et linguam et
itūm animos ita liberauerat hominū. Audiebantur propalam uo
ces exprobantium multitudini quod defensores suos semper in
precipitem locum fenore tollat. deinde in ipso periculi discri
mine destituat. Sic. Sp. cassium in agros plebem uocantē sic.
Sp. melium ab ore ciuiū famem suis impensis propulsantē op
pressos. Sic M. manlium mersam et obrutam fenore par
tem ciuitatis in libertatem ac lucem extrahentem proditum
inimicis. Sagunare plebem populares suos ut ingulentur. t
hoccine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris nō respō
derit uir consularis. fingerent mentitum ante: atq: ideo nō

habuisse quid tum responderet. Cui seruo unq̃ mendacij prnã
uincula fuisse? Non obseruatam esse memoriam noctis illius q̃
penultima atq; eterna nomini romano fuerit. Non speciem
agminis gallorum per tapeiam rupem scandentis. Non ipius
M. manlij qualem cum armatum plenum sudoris ac sanguis
ipo pene ioue erepto ex manibus hostium uidissent. sexlibris
ne farris gratiam seruatori patrie relatam? et quem prope
celestem cognomine certe capitolino ioui parem fecerint. eum
pati iunctum in carcere in tenebris obnoxiam carnificis arbi
trio ducere animam. Adeo in uno omnibus satis auxilij fu
isse: nullam opem in tam multis uni esse. Iam ne nocte quidẽ
turba ex eo loco dilabebatur. refractuosq; carcerem mina
bantur. Cum remisso id quod ereptum erant. ex senatus cõsulto
manlius uinculis liberatur. O uno facto non seditio finita. ꝛ
sed dux seditionum datus est. Per eosdem dies latinis et her
nicis simul colonis. cercumcensibus et auelitris purgantibus se
nolsci crimine belli captuosq; repetentibus ut suis legibus in
eos animadiceretur tristia responsa reddita: tristiora colo
nis quod cum esset romani patrie oppugnande nefanda consilia
inissent. Non negatum itaq; tantum de captiuis sed in quo a
sociis tamen temperauerant denuntiatum senatus uerbis fa
cesserent propere ex urbe agro atq; oculis ne nihil eos legati
onis uis externo non cum comparatum tegeret. Recrudesce
te manliana seditione sub exitu anni. comitia habita. cre
atiq; tribuni mil. consulari potestate. Ser. cornelius malugi
nensis secundum. P. nalerius potitus iterum. M. furius camil
lus. quinctius seruius. Sulpitius rufus iterum. C. papirius
crassus. T. quinctius cincinnatus secundum. Cuius princi
pio anni et patribus et plebi per oportune externa pax data.
plebi quod non aduocata delectu spem cepit. dum tam poten
tem haberet ducem, senatus expugnandi patribus ne quo ꝛ
externo terrore auocarentur animi absanandus domesticus

malis. Igitur cum parsutraq: acrior aliquanto coorta es
set in propinquum certamen aderat. et manlius aduocata
domum plebe cum principibus nouandarum rerum interdiu
nocturnoq: consilia agitabat: plenior aliquanto romanorum
animorum uarumq: q̃ antea fuerat. Iram accenderat ig
nominia recens in animo ad contumeliam inexperto. Spi
ritus dabat quod nec ausus esset idem in se dictator quod in
Sp. melio cunctatus quinctius fecisset: et uinculorum ipsorũ
uanitatem non dictator modo abdicando dictaturam fugisse:
sed ne senatus quidem sustinere potuisset. His simul inflatus
exacerbatusq: tam per se accensos incitabat plebis animos.
Quousq: tandem ignorabitis uires uras quas natura ne belu
as quidem ignorare uoluit. Numerate saltem quot ipsi sitis
quot aduersarios habeatis. si singuli singulos aggressuri esse
tis. tamen acrius crederem uos pro libertate q̃ illos pro domi
natione certaturos. Quot enim clientes circa singulos fau
stos patronos. tot nunc aduersus unũ eorus hostem. osten
dite modo bellum. pacem habebitis. Videant uos paratos ad
uum. uis ipsorum remittetur. Audendum est aliquid unius
quisq: aut omnia singulis patienda. Quousq: me circumspecta
bitis? ego quidem nulli uirũ deero. ne fortuna mea desit.
uidete. ipe unde ex ur ubi uisum inimicis est nullus repente
fui. et uidistis uniuersi in uincula duci eum qui a singulis uo
bis uincula depuleram. Quid sperem si plus in me audeant
inimici: An exitum cassij melijq: expectem? Benefactis q̃d
abhominatum? dij prohibebunt hec. sed nunq̃ propter me de
celo descendent. Vobis dent mentem oportet ut prohibeatis.
sicut mihi dederunt armato togatoq: ut uos a barbaris hosti
bus a superbis defenderem ciuibus. Tam paruus animus tã
ti populi est: ut semper uobis auxilium aduersus inimicos sa
tis sit: nec ullum nisi quatenus imperari uobis sinatis certamẽ
aduersus patres noritis. Nec hoc natura uobis insitum est: sed

uſu poſſidemini. Cur enim aduerſus externos tantum aiorū
gentiſ ut imperare illis equum cenſeatis: quia conſuetis cū
eis pro imperio certare: aduerſus hos tentare magisq; tueri
libertatem? tamen qualescunq: duces habuistis qualescūq:
ipſi fuistis. omīa adhuc quantacunq: penes vos habuistis. seu ui
seu fortuna uīa. tempus est etiam maiora conari. Experimī
modo et uirām: et me ut spero feliciter expertum. Minore negoti
o, qui imperet patribus imponetis. q; qui resisterent imperanti
bus imposuistis. Solo equande sunt dictature consulatusq:
ut caput attollere romana plebes possit. Proinde adeste p
hibete uos de pecunij dici. Ego me patronum profiteor plebis
quod mihi cura mea et fides nomen induit. Vos si quo insi
gni magis imperij honoris ue nomine uīm appellabitis ducem:
me utemini potentiore ad obtinenda que multis. Inde de regno
agendi ortum initium dicatur: Sed nec cum quibus nec ad quē
finem consilia peruenerint sat. planū tradituſ. Et in parte
altera senatus de secessione in domum priuatam plebis forte
etiam in arce positam et imminentē mole libertatis agitat. t
Magna pars uociferatur. seruilio baala opus esse, qui non in
unicula duci uibendo uexitet publicum hostem. sed unius
iactura finiat intestinum bellum. Decurritur ad leniorem
uerbis sententiam uim tamen eandem habentem ut uideant
magistratus ne quid ex pernitiosis consilijs. M. manlij res.
pu. detrimenti capiat. Tum tribuni consulari potestate tri
buniq; plebis. nam et quia eundem: et sue potestatis quem
libertatis omnium finem cernebant patrum auctoritati se
dederant. Hi tum omnes quid opus facto sit consultant:
Cum preter uim et cedem nihil cuiq; occurreret: eam autem in
gentis dimicationis fore apparet. Tum M. menenius et
quinctius publius tribuni pl. Quid patrum et plebis certa
men facimus: quod cuitatis esse aduersus unum pestiferum
ciuem debet: quin cum plebe aggredimur eum quem per ipam

plebem nimus aggredi est ut sius ipse oneratus iuribus ruat. diem dicere illi nobis in animo est. Nihil minus popilare q̃ regnū est. simul multitudo illa: ut secum certari uiderit: et ex aduocatis iudices facti erunt. ac accusatores de plebe patritium reum inue ebuntur. et regni crimen in medio nulli magis fauebunt q̃ liber tati siue. Approbantibus cunctis diem manlio dicunt. Quod ubi est factum primo commota plebs est. utiq; postq̃ sordidatū reum uidēt. nec cum eo non modo patrum quenq̃: sed ne cognatos quidem aut affines: postremo ne fratres quidem. A. et T. manlios quod ad eum diem nunq̃ usu uenisset ut in tanto discrimine t non proximi uestem mutarent. Appio claudio. C. claudium inimicum claudiamq: omēn gentem sordidatam fuisse. Consē sii opprimi popularem uirum. quod primus a patribus ad ple bem defecisset. Cum dies uenit: quę preter ceteros multitudinis: se diosasq: uoces et largitionem et fallax iudicium: pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus obiecta sint reo: apud neminem auctorem inuenio. Nec dubito haud parua fuisse: cū damnandi mora plebi non in causa sed in loco fuerit. Illud no tandum iudetur ut sciant homines quę et quanta decora fe da cupiditas regni non ingrata solum sed inuisa etiam reddide rit. Homines prope quadringentos produxisse dicitur: quib⁹ sine fenore: expensas pecunias tulisset: quorum bona uenire: quos duci addictos prohibuisset. Ad hęc decora prope belli non commemorasse tantum sed protulisse etiam conspicienda spolia hostium cesorum. ad triginta. dona imperatorum ad q̃ draginta. Inquibus insignes duas murales coronas ciuicas octo.
A dhęc seruatos ex hostibus ciues produx̃. Inter quos. C. sextilium magistrum equitum absentem nominatum: et cum ea q̃ bello gesta essent pro fastigio rerum. oratione etiam magnifica. facta dictis equando memorasset. nudasse pectus insigne cicatricib⁹ belli acceptis. et identidem capitolium spectans. iouem deosq: alios deuocasse ad auxilium fortunarum suarū: precatumq:

esse ut quam mentem sibi capitolinam arcem protegendi ad
salutem populi.r. dedissent eam populo r un suo discrimine
darent: et orasse singulos uniuersosq; ut capitolium atq: ar
cem uiuentes ut ad deos immortales uersi de se iudicarent.
In campo martio cum centuriatim populus citaretur. et ueus
ad capitolium manus tendens ab hominibo ad deos precer
auertisset. apparuit tribunis nisi oculos quoq: hominum
libratssent a tanti memoria decoris: Nunq̄ fore ut preoccu
patus beneficio animus uero criminu locum. Ita productа di
e in petelinū lucū extra portam fiumentariam unde cōspectu
in capitolium non esset. concilium populi inductum est. Ibi
crimen ualuit: et obstinatus animus triste iudicium inuisumq:
etiam iudicibus factum est. qui duūviros qui perduellionem
anquirerent creatos auctores sunt. damnatum tribuni de saxo
tarpeio deiecer̄. locusq: idem in uno homine et eximie glorie monu
mentum et pene ultime fuit. Adiecte mortuo note sunt publica
una: quod cum domus eius fuisset. ubi nunc edes atq: officina mo
nete est. latum ad populum est ne quis patritius in arce aut capito
lio habitaret gentilitia altera. quod gentis manlie decreto cautū est
ne quis deinde. M. manlius uocaretur. Hunc exitum habuit
ur. nisi in libera ciuitate natus esset memorabilis. Populum brem
posteq̄ periculum abeo nullum erat per se ipsos recordantem uirtutis
desiderium eius tenuit. pestilentia etiam breui consecuta nullis
occurrentibus tante cladis causis ex manliano supplicio magne
parti uidetur orta. Violatum capitolium esse sanguine senato
ris: nec diis cordi fuisse penam eius oblatam prope oculis suis
a quo sua templa erepta e manibus hostium essent. Pestilentiā
inopiam frugum et uulgatam utrunq: mali famam anno insequenti multiplex bellum excepit. L. ualerio quartum. A. mā
lio tertium. T. lucretio. M. uirginio. L. emilio tribunis mil. cō
sulari potestate. hostes nouo preter uolscos uelut sorte quadam
prope in eternum exercendo romano militi datos. cerceios quoq: &

uelitras coloniasiam dum molientes defectionem. et suspectum la
tium latinū etiam que fidelissima urbs fuerat subito exorti.
Id patres rati contemptu accedere quod uelitrnis ciuibus suis
tantulu impunita defectio esset decreuer. ut primo quoq; tē
pore ad populum ferretur debello eis indicendo. Ad quā mu
tuam quo paratior plebes esset: quinq: uiros pomptino agro
diuidendo: et truviros nepete colonie deducende creauer:
Tum ut bellum uberet latum ad populum est et nequaq; dissu
adentibus tribunis.pl. omnes tribus bellum iusserunt. Appa
ratum eo anno bellum est. Exercitus propter pestilentiam
non eductus. eaq: cunctatio colonis spatium dederat depre
candi senatum: et magna hominū pars eo ut legatio supplex
romam mitteretur inclinabat ne priuato ut fit periculo publi
cum implicatum esset. Auctoresq: defectionis ab romanis.
metu ne soli criminū subiecti piacula ut romanorum dedere
tur auerterunt coloniasq; a consiliis pacis. Neq: in senatu
solum per eos legatio impedita est: sed magna pars plebis incī
tata ut predatum in agrum romanum exirent. Hec noua
iniuria exturbauit omnem spem pacis. De prenestinorum
quoq; defectione eo anno primū fama exorta. Arguentibo
q: eos tusculanus et gabinus & lanuuinus. quorum infines i
cursatum erat: ita placide a senatu responsum est. ut mi
nus credi de criminibus. quia nollent ea uera esse apparerēt.
In sequenti anno. Sp. &. l. papirius. noui tribuni mil. consu
lari potestate uelitras legiones duxere. Quatuor collegis.
Ser cornelio maluginensi quartum. Q. seruio. c. sulpitio. L.
emilio quartum tribunis ad presidium urbis: et si qui ex e
truriano motus nuntiarentur. omia enim unde suspecta
erant relicta. Ad uelitras aduersus maiora pene auxilia i
prenestinorum q̄ ipam colonorum multitudinem secundo
prelio pugnatum est. Ita ut propinquitas urbis hosti: et cā
maturioris fuge et unū ex fuga receptaculum esset. Oppidi

oppugnatione tribuni abstinuere quia et anceps erat nec ī
pernitiem colonie pugnandum centebant. Luttere romam
ad senatum cum uictorie nuntijs actiores in prenestinū q̄m
ueliternū hostem missē. Itaq: ex senatus consulto populiq: ius
su bellum prenestinus indictum. Q̄m coniunctī uolscis anno
in sequenti satricam coloniam populi r. pertinaciter a colonis
defensam ui expugnauerunt. fedeq: in captis exercuere uic
toriam. Eam rem egre passi romani. M. furium camillū
tertium tribunum mil. creauere. Additis collegę. A. et L. po
stumij religiensēs. et L. furius cum L. lucretio & M. fabio ābu
sto uolscum bellum. M. furio extra ordinem decretum. Ad
iutor ex tribunis sorte. L. furius datus: non tam e re pu.
q̄ut collegę materia ad omnem laudem esset et publice q̄d
rem temeritate eius prolapsam restituit & priuatum quod ex
errore gratiam potius eius sibi q̄ suam petit gloriam. Exacte
iam etatis camillus erat. comitijsq: uirare parato in uerba ex
cusande ualetudinis solite consensus populi retulerat. sed
uegetum ingeniū in uiuido pectore uigebat uirebatq: integr
sensibus: et ciuilem iam res haud magnopere obeuntem bella
excibant. Q̄uatuor legionibus quaternū milium scripti
exercitu indicto ad portam esquilinam in posteram diem
ad satricam profectus. Ibi eum expugnatores colonie haud
quaq̄ perculsi fidentes militum numero quo aliquantū pre
stabant operiebantur. Postq̄ appropinquare romanos sensēre.
extemplo in aciem procedunt nihil dilaturi quin periculum
sūme rerum facerent. Ita paucitati hostium nihil artes ipe
ratoris unica quibus solus confideret profuturas esse. Idem ar
dor in romano exercitu erat. et in altero duce: nec presentis di
micationis fortunam ulla res preterq̄ unius uiri consiliū atq:
imperium morabatur. qui occasionem iuuandarum ratione
uicium trahendo bello querebat. Eo magis hostis instare: nec
iam pro castris tantum suis explicare aciem sed procedere in

medium campi: et uallo prope hostium signa inferendo superbā
fiduciam uirium ostentare. Id egre patiebatur romanus mi
les multo egrius alter ex tribunis mil. I. furius ferocium etate &
ingenio. tum multitudinis ex incertissima sumentis animos spe
inflatus. hic per se iam milites incitatos insuper instigabat: e
leuando qua una poterat etate auctoritatem college. iuueni
bus bella data dictitans: et cum corporibus uigere et deflore
scere animos: cunctatorem ex acerrimo bellatore factum: &
qui aduenientis castra urbesq; primo impetu rapere sit solitus: t
cum desidem intra uallum tempus terere. Quid accessurum
suis decessurum ue hostium uiribus sperantem. quam occasi
onem. quod tempus quem insidijs instruendis locum: frige
re ac torpere senis consilia. Si camillo tum uite satis tum glorie
esset. quid attinere cum mortali corpore uno ciuitatis quam im
mortalem esse deceat pati consenescere uires: his sermonibus
tota in se auerterat castra: et cum omnibus locis peteretur pugna.
sustinere inquit. M. furi non possumus impetum militum: et
hostis cuius animos cunctando auximus. iam minime toleran
da superbia insultat. cede unus omnibus: et patere te uinci cō
silio ut maturius bello uincas. Ad ea camillus: que bella suo u
nius auspitio gesta ad eam diem essent. negare in eis neq; se t
neq; populum. r. aut consilij sui aut fortune penituisse. Nūc
scire se collegam habere iure imperioq; parem. uigore etatis pre
stantem. Itaq; se quod ad exercitum attinet regere consuesse
non regi. College imperium se non posse impedire. diis bene uuā
tibus ageret. quod de re. pu. duceret. Etatis sue se etiam uenia
petere. ne in prima acie esset. que senis munia in bello sint his
se non defuturum. Id a diis immortalibus precari ne qui ca
sus suum consilium laudabile faciat. Nec ab hominibus salu
taris sententia. nec a diis tam pie preces audite sunt: primā aciē
auctor pugne instruit: subsidia camillus firmat. ualidamq; sta
tionem pro castris opponit. ipe edito loco spectator intentus in

cuentium alicui consilij constitit. Simul primo concursu cōcre
puere arma. hostis dolo non metu pedem retulit. Leuis aterqꝫ r
cluuis erat inter aciem et castra. et qua multitudo suppeditabat
aliquot ualidas cohortes in castris armatas instructasq; reliqua
rant: que inter commissum iam certamen ubi uallo appropīquas
sent hostes erumperent. Romanus cedentem hostem effuse se
quendo in locum iniquū pertractus, oportunius huic eruptiōi
fuit. Versus itaq: in uictorem terror et nouo hoste et supina r
ualle romanam inclinauit aciem. Instant uolsci recentes, qui
e castris impetū fecerant: integrant et illi pugnam qui simulata ces
serant fuga. Iam non recipiebat se romanus miles, sed immemor
recentis ferocie ueteriscq: decoris terga passim dabat atq: effuso
cursu castra repetebat. Tum camillus subiectus a circumstan
tibus inequum. et raptum subsidijs oppositus. Hec est inquit
milites pugna. quam poposcistis? Quis homo quis deus est.
quem accusare possitis? Vrā illa temeritas ūra ignauia hec
est. secuti alium ducem, sequamini nunc camillum: et quo
ductore soletis uincere. Quid uallum et castra spectatis? ne
minem ūrm illa nisi uictorem receptura sunt. Pudor primo r
tenuit effusos. inde ut circūagi signa obuertiq: aciem uiderūt
in hostem: et dux preter q̄ quod tot insignis triumphis etiam r
etate exacta uenerabilis inter prima signa ubi plurimus labor
periculumq: erat se offerebat: increpare singuli sequiq: et alios:
et adhortatio ad inuicem totam alacri clamore peruasit aciē.
Neq: alter tribunus rei defuit: sed mittit a collega restituente
pedestrem aciem. ad equites non castigando: ad quam rem le
uiorem auctorem eum culpe societas fecerat: sed ab imperio to
tus ad preces uersus orare singulos uniuersosq: ut se reum fortu
ne eius diei crimine eximerent. Abnuente et prohibente collega: tr
meritatis me omniū potius socium q̄ uiuus prudentie dedi. Camil
lus in utraq: ūra fortuna suam gloriam uidet. Ego ni restituitur
pugna: quod miserrimū est fortunam cum omnibus infamiam

ſoluſ ſentiam . Optimum uiſum eſt; influctuantem aciem tradi
equoſ: et pedeſtri pugna inuadere hoſtem . Cíunt inſigneſ armiſ
animiſq: qua premí parte maxime peditum copiaſ iudent. Ni
hil neq: apud duceſ neq: apud militeſ remittitur a ſiímo certa
mine animí. Senſit ergo euentuſ uirtutiſ enixe opem. & uol
ſci qua modo ſimulato metu ceſſerant: ea in ueram fugam ef
fuſi. magna parſ et in ipſo certamine et poſt in fugam ceſſ. cete
ri in caſtriſ que capta eodem impetu ſiunt: plureſ tamen captu
q̃ occiſi. Vbi in recenſendiſ captiuiſ cum tuſculani aliquot no
ſcitarentur. ſecreti ab aliiſ ad tribunoſ adducuntur: percun
ctantibꝫ factí publico conſilio ſe militaſſe, cuiuſ tam uicini bel
li camillus motuſ ex tumplo ſe romam captiuoſ ducturum ait.
ne patreſ ignari ſint tuſculanoſ a ſocietate deſciſſe. Caſtriſ ex
ercituq: interim ſi uidcatur preſit collega. Documento unuſ di
ctí fuerat: ne ſua conſilia melioribuſ preferret. Nec tamen aut
ipſi aut in exercitu cuiq̃ ſatiſ placato animo camillus laturus
culpam cuiſ uidebatur: qua data uitam precipitem caſum reſ.
pu. eſſet et tum in exercitu tum rome conſtanſ omniũ fama e
rat, cum uaria fortuna in uolſcoſ geſta reſeſſet. aduerſe pugne fu
geq: in L. furio culpam ſecunde decuſ omne penes. M. furium
eſſe. Introduc tiſ in ſenatum captiuiſ cum bello perſequẽdoſ
tuſculanoſ patreſ cenſiuiſſent: camilloq: id bellum mandaſſent:
aduitorem ſibi ad eam rem unũ petit. permiſſoq: ut ex collegiſ op
taret quem uellet, contra ſpem omniũ. L. furiũ optauit. Qua
moderatione animi tum collegę leuauit infamiam: tum ſibi i
gloriam ingentem peperit. Nec fiuit cum tuſculaniſ bellum. pace
conſtanti tum romanam arcuerunt quam armiſ non poterant.
Intrantibuſ finiſ romaniſ non demigratum ex propinquiſ tuneriſ
locíſ. non cultuſ agrorum intermiſſiſ: patentibuſ portiſ urbiſ:
togati obuiam frequenteſ imperatoribuſ proceſſere. Commeatuſ
exercatui comiter in caſtra et ex urbe et ex agriſ deuehitur. Ca
millus caſtriſ ante portaſ poſitiſ: eandem ne forma pacíſ que in

agris ostentaretur: etiam intra menia esset scire cupiens: ingressus
urbem - ubi patentes ianuas: & tabernis apertis proposita omnia
in medio uidit: intentosq: opifices suo quenq: opere: et ludos lit-
teratorum strepere discentium uocibus: ac repletas semitas inter
uulgus aliud puerorum et mulierum huc atq: illuc euntium:
qua quoq: suorum usuī causē ferrent. nihil usq̄ non paui dus
modo: sed ne mirantibus quidem simile circunspiciebat. omīa
inquirens oculis. ubi nam bellum fuisset. adeo nec a mote rei us-
q̄ nec oblate ad tempus uestigiū ullum erat: sed ita omīa con
stanti tranquilla pace: ut eo iux fama belli perlata uideri posse.
V ectus igitur patientia hostium senatum eorum uocare iussit:
Soli adhuc tusculani inquit uera arma ueraq: uires quibus
ab ira romanorum ūra tueremini inuenistis. Ite romam ad
senatum. exturnabunt patres utrum plus ante pene an nunc
uene meriti sitis. Non pretupiam gratiam publica beneficij.
deprecandi potestatem a me habueritis. precibus euentum ue-
stris senatus quem uidebitur dabit. Postq̄ romam tusculani
uenerē. senatusq: paulo ante fidelium sociorum mestus in ue-
stibulo curie conspectus est. moti extemplo patres uocari cos iam
tum hospitaliter magis q̄ hostiliter iussere. Dictator tusculanus
ita uerba fecit. Quibus bellum indixistis inuulistisq: patres. c.
sicut nunc uidetis nos stantes in uestibulo curie ūre. ita armati
paratq: obuiam imperatoribus legionibusq: uris processimus.
H ic nr̄ hic plebis nūc habitus fuit. eritq: semper: nisi quando a
uobis prouq: uobis arma accepimus. gratias agimus ducibus
uris exercitibus quod oculis magis q̄ auribus credidē. et ubi nihil
hostile erat: nec ipī quidem fecē. Pacem quam nos prestitu
mus eam a uobis petimus. Bellum eo sicubi est auertatis pre
camur. In nos quid arma polleant ūra. si patiendo experien
dum est inermes experiemur. hec mens mea est. dij īmortales
faciant: tam felix q̄ pia. Quod ad crimina attinet quibus
moti bellum indixistis. & si remota rebus uerbis confutare ni

bil attinet. tamen etiam si uera sint uel fateri nobis ea cum iā
euidenter penituerit. tutum censemus. Peccetur in suos dum
diguissimi quibus ita satisfiat. Tantum uerborum a tuscula
nis factum pacem inpresentia: nec ita multo post ciuitatem
etiam impetrauer. Ab tusculo legiones deducte. Ca
millus consilio et uirtute in uolsco bello, felicitate in tuscula
na expeditione: utrobiq; singulari aduersus collegam patiē
tia & moderatione insignis magistratu abiit. Creatis tribu
nis militaribus insequentem annū. L. & P. ualerijs. L. quintū.
P tertium. & Q. sergio tertium. L. menenio iterum. P. papirio.
S er. cornelio maluginensi. Censoribus quoq; equit annus. maxi
me propter incertam famam eius alieni: et grauantibus sum
mam etiam inuidie eius tribunis. pl. cum ab his elleuaretur
quibus fide magisq; fortuna debentium laborare creditum ui
deri expediebat. creati censores. C. sulpitius camerinus. Sp. po
stumius reginensis. Ceptaq; iam res morte postumij, qua col
legam suffici censori religio erat, interpellata est. Igitur cū
sulpitius abdicasset se magistratu. Censores alij uitio creati
non gessere magistratum. tertios creari uetuit dijs non accipi
entibus in eum annū censuram religiosum fiut. eam uero lu
dificationem plebis tribuni ferendam negabant. fugere senatū
testes tabulas publicas census cuiusq; quia nolunt conspici i
simam eius aliem: que indicatura sit demersam parte a par
te ciuitatis. Cum interim ob eratam plebem obiectari alijs at
q; alijs hostibus passim iam sine ullo discrimine bella queru. i
ab antio latricum a latrico uelitras. unde tusculum legiones
ductas. latinus, hernicas, penestrinis iam intentari arma ciui
um magisq; hostium odio, ut in armis terant plebem nec re
spirare in urbe aut per otium libertatis meminisse sinant: aut cō
sistere in contione ubi aliquando audiant uocem tribunitiā
de leuando fenore et finem aliarum iniuriarum agentem.
Quod si sit animus plebis memor patrum libertatis se nec t

: Addita quenq; cauem :

addici quenq̃ ciuem romanum ob creditam pecuniam passiuos.
neq: delectum haberi. donec inspecto ere alieno. utraq: tacitē
minuendi eius sciat unus quisq: quid sui quid alieni sit. superfit
sibi liberum corpus ad id quod nexuo debetur. Mercesedi
tionis proposita confestim seditionem excitauit. Nam addicie
bantur multi: et ad penestrini famam bellilegiones scribendas
patres censuerant. Q ue utraq: simul auxilio tribunitio &
consensu plebis impediti cepta. Nam neq: addictos tribuni sine
bant. neq: iuniores nomina dabant. Cum patribus minor pres
cura credite pecunie iuris exequendi q̃ delectus esset. Q uippe
tam a penneste profectus hostis in agro sabino consedisse nūtiu
abatur. Interim tribunos. pl. fama ipsa irritauerat magis ad
susceptum certamen q̃ deterruerat: neq: aliud ad seditionem ex
stinguendam in urbe: q̃ prope illatum menibus ipsis bellū ualuit.
Nam cum esset prenestinis nuntiatum nullum exercitum cōscriptū
rome nullum ducem certum esse. patres ac plebem in semet ipos
uertos. occasionem rati duces eorum raptim agmine facto per ua
statis protinus agris ad portam collinam signa intulere. Ingēs
in urbe trepidatio fuit. Conclamatum ad arma concursumq:
in muros atq: portas est. Tandemq: a seditione ad bellū uersi.
Dictatorem. T. quinctium cincinnatum creauere. Is magistrū
equitum. A. sempronium astratinū dixe. Q uod ubi auditū est
tantus eius magistratus terror erat: simul hostes a menibus recef
sere. et iuniores romani ad edictum sine retractatione conuenere.
Dum scribitur rome exercitus castra interim hostium haud procul
allia flumine posita inde agrum late populantes fatalem se ubi
romane locum cepisse inter se iactabant. similem pauorem inde
ac fugam fore. ac bello gallico. et enim si diem contractum re
ligione insignemq: nomine loci timeant romani. quanto magis
alliensidie. alliam ipsam monumentum tante cladis reformida
turos. speties profecto hic sibi trucis gallorum sonumq: uocis in
oculis atq: auribus fore. has inanium rerum imagines ipi uolentes

cogitationes fortune loci delegauerant spes suas. Romani cōtra
ubicunq: esset latinus hostis, satis scire eum esse quem ad regillū
lacum deuictum centum annorum pace obnoxia tenuerint.
locum insignem memoria cladis uisitaturum se potius ad delē
dam memoriam dedecoris q̄ ut timorem faciat: ne qua terra
sit nefasta uictorie sue. quin ipsi sibi galli si offerantur illo loco
serta pugnaturos ut rome pugnauerint in repetenda patria: po
stero die ad gabios: tunc cum effecerint, ne quis hostis qui me
nia romana intrasset, nūtiū secunde aduersēq: fortune domū
perferret. His utrinq: animis ad alliam uentum est. Dictator
romanus postq̄ in conspectu hostes erant instructi intentiq:.
Videsne tu inquit. A. semproni loci fortuna illos fretos ad alliā
consternisse: nec illis dij immortales certiores qui cq̄ fiduciae ma
ioris sue, quod sit auxilij dederint. At tu fretus armis animisq: cō
citatus equis mu ade mediam aciem. Ego cum legionibus uictur
batos trepidantesq: inferam signa. Adeste dij testes federis, et
expetite penas debitas simul uobis uiolatis, nobisq: per uestrū nu
men deceptis: Non equitem non peditem sustinuere prenestini.
primo impetu ac clamore dissipati ordines sunt. deinde postq̄
nullo loco constabat acies, terga uertunt. Consternatiq: et preter
castra etiam sua pauore prelati: non prius se ab effuso cursu si
stunt q̄ in conspectu prenestē fiunt. Ibi ex fuga dissipati, locum
quem tumultuario opere cōmunierant capiunt: ne si intra meni
a se recepissent extemplo uineretur ager: depopulatisq: omnibꝰ
obsidio urbi inferretur. Sed postq̄ direptis ad alliam castris ui
ctor romanus aderat. id quoq: monumentum relictum: et uix me
nia tuta ratu. oppido se prenestē includunt. Octo preterea oppida
erant sub ditione prenestinorum. ad ea circumlatum bellum. dein
cepsq: haud magno certamine captis uelitaris exercitus ductus. hc
quoq: expugnate. tum ad caput belli prenestē uentum. id non ui
sed per deditionem receptum est. T. quinctius semel acie uictor
hinis castris hostium nouem oppidis ui captis penestre in dedi

tionem accepto romam reuertit. triumphansq: signum prenestę
deuectum iouis imperatoris in capitolium tulit. Dedicatum est
inter cellam iouis ac minerue tabulaq: sub eo fixa monumentum
rerum gestarum his ferme incisa litteris fuit. Iuppiter atq: dij
omnes dederunt ut quinc huius dictator oppida nouem caperet:
die undecimo qua creatus erat dictatura se abdicauit. Comitia
inde habita tribunorum mil. consulari potestate: quibus equa
tus patritiorum plebeiorumq: numerus. Ex patribus creati.
P. et C. manlij cum. L. iulio. Plebes. c. sextilium. M. albinū. L. an
tistium dedit. Manlius quod genere plebeios, gratia iuliū ante
ibant, uolsca prouincia sine sorte sine comparatione extra ordi
nem data. cuius & ipsos postmodum et patres qui dederant,
penituit. inexplorato pabulatum cohortes misere. quibus uidit
circūuentus cum id falsum nuntiatum esset, dum presidio ut es
sent, citati feruntur, ne auctore quidem asseruato, qui eos hosti
latinus pro milite romano frustratus erat, ipsi in insidias precipi
tauere. Ibi dum iniquo loco sola militum uirtute prestantes cedū
tur ceduntq:. Castra interim romana tacentia in campo, ab altera
parte hostes inuasere. Ab ducibus utrobiq; prodite temeritate atq:
inscitia res. Quicquid superfuit fortune populi r. id militū etiam
sine rectore stabilis uirtus tutata est. Que ubi romam sunt
relata: primum dictatorem dici placebat. deinde postq̄ quie
te res ex uolscis afferebantur, et apparuit eos nescire uictoria
et tempore uti reuocati etiam exinde exercitus ac duces. Otiū
q: inde quantum a uolscis fuisset. Id modo extremo anno tu
multuatum quod prenestini concitatis latinorum populis rebel
larunt. Eodem anno etiam ipsis querentibus penuriam hoīm
noui coloni ascripti rebusq: haud prosperis bello, domestica quies
quam tribunorum mil. ex plebe gratia maiestasq: inter suos ob
tinuit solatium fuit. Insequentis anni principia statim
seditione ingenti arsere. Tribunis mil. consulari potestate. a
Sp. furio. Q. sextilio secundum. Licinio menenio tertiū. P. cloe

lio. M. horatio tertium. L. geganio. Erat autem et materia & causa seditionis et alienū. cuius noscendi gratia. P. seruilius. P. q: cloelius siculus centōres facti ne rem agerent bello impediti sunt.
Namq: trepidi nuntij primo fuga deinde ex agris legiones uolscorū ingressas fines, populariq: passim romanum agrum attulere. In qua trepidatione tantum abfuit ut ciuilia certamina terror externus cohiberet. ut contra eos uolentior potestas tribunitia impediendo delectu esset: donec conditiones impositę patribus, ne quis quoad bellatum esset tributum daret: aut uis de pecunia credita diceret. Eo laxamento plebis sumpto mora delectui non est facta. legionibus nouis scriptis placuit duos exercitus in agrum uolscum legionibus duuisis duci. P. furius. M. horatius dextrorsus maritimam oram atq: antium. Q. seruilius. & L. geganius leua ad montes ecetram pergunt. Ne utra parte hostis obuius fiut. Populatio itaq: non illi uage similis. qua uolscus latrocinij more, discordia hostium fretus, et iuuentutem metuens per trepidationem raptum fecerat, sed austo exercitu iusta ira facta spatio quoq: temporis grauior. Q. uppe uolscis tumentibo ne interim exercitus a roma exiret, incursiones in extrema finium facte erant. romano contra etiam in hostico morandi causa erat, ut hostem ad certamē eliceret. Itaq: omnibo passim tectis agrorum nullisq: etiam quibusdam exustis nonarbore frugifera non satis in spem fruguū reductis, omnique extra menia fiut hominū pecudumq: preda abacta romam utrinq: exercitus reducti. Paruo interuallo ad respirandum debitoribus dato. postq̄ quete res ab hostibus erant, celebrari denuo iurisdictio. et tantum abesse spes ueteris lenandi fenoris. ut tributo nouū fenus contraheretur, in murū a censoribo locatum saxo quadrato faciendum. Cum succumberet oneri coacta plebs, quia qui delectum impedirent non habebat tribunos plebis tribunos etiam militares primos omnes coacta principum opibus fecit. L. emilium. P. valerium quartum. C. ueturium. Ser. sulpitium. L. et. C. quinctios cincinatos. hisdem opibus obtinuere ut

aduersus latinos uolscosq: qui comunctus legionibus ad satricum
castra habebant. nullo impediente omnibus iuniorib⁹ sacramento
adactis tres excreatur scriberentur. Vnū ad presidium urbis alte
rum qui si qui alibi motus extitissent ad subita bella mitti posset. ⁊
Tertium longe ualidissimum. P. ualerius & l. emilius ad satricū
duxere. Vbi cum aciem instructam hostium loco equo inuenissēt
extemplo pugnatum. et ut nondum satis claram uictoriam. sic
prospere spei pugnam imber ingentibus procellis fusius diremit. Po
stero die iterata pugna. et aliquandiu equata uirtute fortunaq:. l
Latine maxime legiones longa societate militiam romanam edo
cte restabant. sed eques inmissis ordines turbant. turbatis signa
peditum illata. quacunq: romana se inuex acies tantum hostes
gradu demouit: et ut semel inclinauit pugna iam intolerabilis ro
mana uis erat. fusi hostes cum satricum quod duorum milium
spatio inde aberat. non castra peterent. ab equitatu maxime ces
castra capta direptaq:. A satrico nocte que prelio proxima fu
it fuge simili agmine petunt antium. et cum romanus exercit⁹
prope uestigijs sequeretur. plus tamen timor q̄ ira celeritatis ha
buit. Primis itaq: menia intrauere hostes q̄ romanus extrema
agminis carpere aut morari posset. Inde aliquot dies uastan
do agro absumpti. nec romanis satis instructis apparatu bellico
ad menia aggredienda. nec illis ad subeundum pugne casum.
Seditio tum inter antiates latinosq: coorta. Cum antiates iuc
ti malis. subactisq: bello in quo et nati erant et consenuerāt
deditionem spectarent. Latinos ex diutina pace noua defectio
recentib⁹ adhuc animis ferociores ad perseuerandum ī bello
faceret. finis certaminis fuit postq̄ utrisq: apparuit. nihil per al
teros stare. quominus incepta persequerentur. Latini profecti
a societate pacis ut rebantur inhoneste se uendicauer. Antiates
incōmodis arbitris salutarium consiliorum remotis. urbem agro
q: romanis dedunt. Ira et rabies latinorum. quia nec romanos
bello ledere nec uolscos in armis retinere potuerant. eo erupit ut

ſatricium urbem que receptaculum primū eaſ aduerſe pugne
fuerat igni concremarent. Nec aliud tectum euſſ ſuperfuit
urbiſ: cum faceſ pariter ſacriſ profaniſq: iniſcerent q̄ matriſ
matute templum. Inde eoſ nec ſua religio nec uerecundia deū
arguiſſe dicitur: ſed uox horrenda edita templo, cum triſtibuſ
nimiſ ni nefandoſ ignesſ procul delubriſ amouiſſent. Jncenſoſ
ea rabie unpetuſ tuſculum tulit: obiram, quod deſerto cōmuni
conciliо latinorum non in ſocietatem modo romanā ſed etiam
in ciuitatem ſe dediſſent. Patentibuſ portiſ cum improuiſo
inciditſſent. primo clamore oppidum preter arcem captum eſt.
et in arcem oppidani refugere cum conuigibuſ ac liberiſ: miſti
oſq: romam qui certiorem de ſuo caſu ſenatum facerent miſere.
Haud ſegnuſq̄ fide populi r. dignum fuit exercituſ tuſculū duc
tuſ. L. quinctiuſ. Ser. ſulpituſ tribunu. mil. duxere. Clauſaſ
portaſ tuſculi. latinoſq: ſimul obſidentium atq: obſeſſorum aīo.
h unc menia tuſculi tueri uident, illunc arcem oppugnare. terre
re una ac pauare. Aduentuſ romanorum mutauerat utriuſ
q: partiſ animoſ. tuſculanīſ exingenti metu in ſummā alacri
tatem. Latiniſ ex prope certa fiducia mox capiende arciſ, quo
niam oppido poturentur: in exiguam de ipſiſ ſpem uerterat. ⁊
Tollitur ex arce clamor ab tuſculaniſ excipitur aliquanto ma
ior ab exercitu romano. Vtrinq: urgentur latini nec impetū
tuſculanorum decurrentium ex ſuperiore loco ſuſtinent: nec
romanoſ ſubeuntes menia molientesq: obiceſ portarum arcere
poſſunt. ſcaliſ prius menia capta. inde effracta clauſtra porta
et cum anceps hoſtiſ & afronte et a tergo urgeret: nec ad pugnā
ulla uiſ nec ad fugam loci quicq̄ ſuperesſet, in medio cesi ad
unū omneſ. Recuperato ab hoſtibuſ tuſculo exercituſ romā
eſt reductuſ. Quanto magiſ proſperiſ eo anno ⁊
belliſ tranquilla omnia foriſ erant, tanto in urbe uiſ patrum
indies, miſerieq: plebiſ creſcebant: cum eo ipſo quod erat neceſſe
ſolui facultaſ ſoluendi impediretur. Itaq: cum iam ex re nihil

dari posset; fama et corpore iudicari atq; ardui creditoribus
satisfaciebant, penaq; invicem fidei cesserat. A deo ergo sum
miserant animos non infimi solum sed principes etiam plebis
ut non modo ad tribunatum militum inter patritios peten
dum, quod tanta iu ut liceret tenderant, sed ne quidem ad
plebeios magistratus capescendos petendosq; ulli acri viro expe
riendi animus esset: possessionemq; honoris usurpati modo
a plebe per paucos annos recuperasse in perpetuum patres vide
rentur. Ne id nimis letum parti alteri esset, parua ut plerū
q; solet rem ingentem molundi causa interuenit. M. fabij am
busti potentis uiritim inter siu corporis homines tum etiam ad
plebem quod haud quaq̄ inter id genus contemptor eius habebatur
filie due nupte. Ser. sulpitio maior: minor. c. licinio stoloni erat illu
stri quidem uiro, sed tamen plebeio. Eaq; ipsa affinitas haud spre
ta gratiam fabio ad vulgum quesierat. forte ita incidit ut in ser.
sulpitij tribuni mil. domo, sorores fabie cum inter se ut fit sermo
nibus tempus terrerent, lictor sulpitij cum is de foro se domum reci
peret forem ut mos est virga percuteret. cum ad id moris eius insu
eta expauisset minor fabia, risui sorori fuit, muranti id ignora
re sororem. Ceterum is risus stimulos parvis mobili rebus animo
muliebri subdidit. frequentia quoq; persequentium rogantiū nū
quid uellet. credo fortunatum matrimonium ei sororis visum:
siuq; ipam malo arbitrio, quo a proximis quisq; minime anteri
uul penituisse. Confusam eam ex recenti morsu animi cū pater
forte uidisset, percontatus satin salue, auertentem causam doloris
quippe nec satis priam aduersus sororem, nec admodum in uirū ho
norificam, elicuit. comiter scisitando ut fateretur eam esse causā
doloris, quod uncta impari esset. nupta in domo, quam nec honos
nec gratia intrare posset. Consolatus inde filiam ambustus bonum
animū habere iussit: eosdem propediem domi uisuram honores,
quos apud sororem uideat. Inde consilia inire cum genero cepit:
Adhibito. l. sextio strenuo adolescente: et cuius spei nihil preter ge

nus patritium deesset. Occasio uidebatur rerum nouandarū propt
ingentem uim eris alieni. cuius leuamen mali plebes nisi suus in sū
mo impio locatus nullum speraret aditum. accingendum ad eam
cogitationem esse: conando agendoq: iam eo gradum fecisse plebe
ios. unde si porro admittantur peruenire ad summam et patribus
equari iam honore q̄ uirtute possent. In presentia tribunos pl. fie
ri placuit: quo in magistratu uiam sibimet ipsis ad ceteros hono
res aperirent. Creati tribuni. C. licinius. &. l. sextius promulga
uere leges omnes aduersus opes patriciorum, et pro cōmodis plebis.
unam de ere alieno ut deducto eo de capite quod usuris pernumerati
esset id quod superesset triennio equis solutionibus persolueretur. Al
modo teram de dominio agrorum ne quis plus quinquagenta iugera a
gri possideret. Terciam ne tribunorum militum comitia fierent.
Consulumq: alter utriq: ex plebe crearetur. Cuncta ingentia et q̄
sine certamine maximo obtineri non possent. Omnium igitur si
mul rerum quarum īmodica cupido inter mortales est. agri pecu
nie honorum discrimine proposito, conterriti patres cum trepidas
sent: publicis priuatis consiliis nullo remedio alio preter expertam
multis iam ante certaminibus intercessionem inuento, collegas adhi
bunitiat rogationes comparauer. Quibus ubi tribus ad suf
fragium meundum citari alicuius sextiq: iuder. stipati patrum
presidiis, nec recitari rogationes nec sollemne quicq̄ aliud ad scisce
plebi dum plebem fieri passi sunt. Iamq: frustra sepe concilio aduocato
cum pro antiquatis rogationes essent. bene habet inquit sextius: q
quando quidem tantum intercessionem pollere placet. isto ipso telo
tutabimur plebem. Agite dum comitia indicite patres tribunis
mil. creandis faxo ne uinet uox ista uoto, qua nunc continetes
collegas nros tam leue auditis, haud irrite cecidere mine. Comi
tia preter edilium tribunorum q: plebis nulla sunt habita. licinius
sextiusq: tribuni pl. refecti nullos curules magistratus creari pas
si sunt. eaq: solitudo magistratuum: et plebe reficiente duos tribu
nos. et his comitia tribunorum mil. tollentibus, per quinquēnū

urbem tenuit. Alia bella oportune quiuere alia creuere. Ve
lterni coloni gestientes otio quod nullus exercitus romanus esset.
et agrum romanum aliquotiens incursauer̄. et tusculum oppugna
re adorti sunt. eaq; res tusculanis ueteribus sociis cuius nouis op̄e
rantibus uerecundia maxime non patres modo sed etiam plebē
mouit. Recentibus tribunis pl. comitia per interregem sunt ha
bita: Creatq; tribuni mil. L. furius. A. macilius. Ser. sulpitius. t
Ser. cornelius. A. & C. valerij: haud quaq̄ tam obedientem ī de
lectu q̄ in comitijs plebem habuere: ingentiq; contentione exerci
tu scripto profecti. Non a tusculo modo submouere hostem. sed
intra suamet ipsum menia compulser̄. obsidebanturq; haud paulo
ui maiore uelitre q̄ tusculum obsessum fuerat. Nec tamen ab eis
a quibus obsideri cepte erant oppugnari potuere. Ante nom crea
ti sunt tribuni mil. Q. seruilius. C. iuuentius. A. & M. cornelij.
Q. quinctius. M. fabius. Nihil nec ab his quidem tribunis ad
uelitras memorabile factum. in maiori discrimine domi rem uer
tebantur. Nam preter sextium licinumq; latores legum iam &
tanium tribunos refectos. fabius quoq; tribunus mil. scalenus fecer.
quarum legum auctor fuerat. earum suasorem se haud dubium
ferebat. et cum octo ex collegio tribunorum. pl. primo interces
sores legum fuissent. quinq; soli erant: et ut ferme solent qui a
suis desciscunt capti et stupentes animi nocibus alienis id modo
domi preceptum erat intercessioni sue pretendebant. Veliris
in exercitu plebis magnam partem abesse in aduentum militū
comitia differri debere ut uniuersa plebes de suis commodis suf
fragium ferret. Sextius licinius q; cum parte collegarum et uno
ex tribunis mil. fabio. artifices iam tot annorum usu tractandi
animos. pl. primores patrum producto interrogando de singulis
que ferebantur ad populum fatigabant. Audirent ne postulare
ut cum bina iugera agri plebi dimderentur ipsis plus quinqua
ginta iugera habere liceret. ut singuli prope trecentorum ciuiū
possiderent agros. plebeio homini unc ad rectum necessarium

aut locum sepulture siue suus peteret ager. an placeret fenore ex
cuuentam plebem in potius q̃ sortem creditam soluat. corpus
in nexum ac supplicia dare: et gregatim quotidie de foro
addictos duci. et repleri unctis nobiles domos: et ubicunq;
patritius haberet ibi carcerem priuatum esse. Hec indigna
miseranda q: auditu, cum apud timentes sibimet ipsos ma
iore audientium indignatione q̃ sua increpuissent. Atqui
nec agros occupandi modum. nec fenore trucidandi plebem.
animum patribus unq̃ fore affirmabant. nisi alterum ex ple
be consulem custodem sue libertatis plebes fecisset. Contemni iã
tribunos plebis: quippe, que potestas iam sua ipsam cum fran
gat intercedendo. non posse equo iure agi ubi imperium penes il
los, penes se auxilium tantum sit, nisi imperio communicato. ¶
Nunq̃ plebem in parte pari tri pn. fore: nec esse quod quisq̃ satis
putet si plebeiorum ratio comitijs consularibus habeatur, nisi
alterum consulem utiq: ex plebe fieri necesse sit. neminem fore
aut iam ex memoria excisse. cum tribunos mil. id circo potius
q̃ consules creari placuisset ut et plebeis pateret summus honos.
quatuor et quadraginta annis neminem ex plebe tribunũ mil.
creatum esse. qui crederent duobus ne in locis sua uoluntate
imputturos plebi honorem. qui centena loca tribunis mil. eran
dis occuparet soluti sint, et ad consulatum iam fieri passuros?
qui tribunatum septum tam diu habuerint. lege obtinendum
esse, quod comitijs per gratiam nequeant, et seponendum ext̃
certamem alterum consulatum ad quem plebi sit aditus. quo
niam in certamine relictus. premium semper potentioris fu
turum sit. Nec iam posse dici id quod antea iactare solum sit
non esse in plebeis idoneos uiros ad curules magistratus. Nũ
quid enim secordius aut segnius resp. administrari potuit
post. P. licinij calui tribunatum qui primus ex plebe creatus
sit q̃ per eos annos gesta sit. quibus preter patritios nemo tribu
nus mil fuerat? quin contra patritios aliquos damnatos post

tribunatum, nemunem plebeium. Q. uestorei quoq; sicut tri
bunos militum paucis ante annis ex plebe ceptos creari: nec
ullius eorum populum r. penituisse. Consulatum superesse
plebei. eam esse arcem libertatis. id columen. Si eo peruentū
sit. tum populum r. uere exactos ex urbe reges. et stabilem liber
tatem suam existimaturum. Q. iuppe ex illa die in plebem
uentura omia quibus patritij excellant. imperium atq; honorez.
gloriam belli genus nobilitatem. magna ipsis fruenda. maiora
liberis relinquenda. Huius generis orationes. ubi accipi iudere.
nouam rogationem promulgant. ut pro duūviris sacris faciun
dis decem creentur. Ita ut pars ex plebe pars ex patribus fiat. Om
niumq; earum rogationum comitia in aduentum eius exercitus
differunt, qui uelitras obsidebat. priusq; circumactus est annus. q̄a
uelitris reducerentur legiones. Ita suspensa de legibus res ad nouos
tribunos mil delata. Nam plebis tribunos eosdem duos. utiq;
quia legum latores erant. plebes reficiebat. tribuni militum cre
ati. T. quinctius. Ser. cornelius. Ser. sulpitius. Ser. iulius. L. pa
pirius. L. uetturius. Principio statim anni ad ultimam di
micationem de legibus uentum. et cum tribus uocarentur, nec
intercessio collegarum latoribus obstaret trepidi patres ad duo
ultima auxilia summū imperium summūq; ad quem decurrūt.
Dictatorem dici placet. dicitur. M. furius camillus, qui magīm
equitum. L. camillum coptat. Legum quoq; latores aduersus
tantum apparatum aduersariorum, et ipsi causam plebis in
gentibus animis armant. concilioq; plebis indicto tribus ad suf
fragium uocant. Cum dictator stipatus agmine patritiorum
plenus ire minarumq; consedisset, atq; ageretur res solito primum
certamine inter se tribunorum plebis ferentium legem intercedē
tiumq;. et quanto iure potentior intercessio erat. tanto uinceret
fauore legum ipsarum latorumq;, et uti rogate prime tribus dice
rent. Tum camillus: quando quidem inquit quirites iam uos
tribunitia libido non potestas gerit. et intercessionem secessione
regit

quondam plebis partam nobis eadem mi facitis irritam qua pere
ritis. non rei.pu. magis unimerse. q̃ ura causa dictator intercef
sioni adhorteris cucurrim urim auxilium imperio tutabor. Itaq: si
.c. licinius. & l. sextius intercessioni collegarum cedunt nihil
patritium magistratum inseram concilio plebis. Si aduersus in
tercessionem tanq̃ capte ciuitati leges imponere tendent tum tri
bunitiam assepta dissolui non patiar. Aduersus ea cum cõtẽpti
tribuni.pl. rem nihilo segnius perageret. tum percitus ira camillꝰ
lictores qui de medio plebem emouerent misit. et addidit minaꝫ
si pergerent sacramento omnes iuniores ad acturum. exercitumq:
extemplo ex urbe eductorum: terrorem incusserat plebi. ducib⁹
plebis accendit magis certamine animos q̃ minuit. sed re neutro
inclinata magistratu sẽ abdicauit: seu quia uitio creatus erat. ut
scripsere quidam: seu quia tribuni.pl. tulerẽ ad plebem. idq: ple
bi scitum. ut si .M. furius pro dictatore quid egisset quingentum
milium eris ei mulcta esset. Sed auspicijs potius q̃ noui exempli
rogatione deterritum. potius ut credam. cum ipsius uiri facit inge
niũ tum quod ei suffectus est extemplo. P. manlius dictator. quẽ
quid ciceri attineat ad id certamen. quo. M. furius inclitus esset.
Et quod eundem. M. furium dictatorem insequens annus habuit.
haud sine pudore certe fractum priore anno in se imperium repeti
turum: simul quod eo tempore quo promulgatum de mulcta eius
traditur. eius et huic rogationi qua se in ordinem cogi indebat ob
sistere potuit. aut leges illas quidem propter quas lex lata erat impedi
re: et quod usq: ad memoriam nrãm tribunitijs consularibusq: cer
tatum est uiribus. dictature semper altius fastigium fuit. Inter
priorem dictaturam abdicatam nouamq: a manlio initam a tri
bunis uelut per interregnum concilio plebis habito. apparuit que
ex promulgatis plebi. que latoribus gratiora essent. Nam de fe
nore atq: agro rogationes iubebant: de plebeio consule antiquabãt.
et perfecta utraq: res esset. ni tribuni se in omnia simul consulere
plebem dicerent. P. manlius deinde dictator in causam plebis in

clinauit. C. licinio qui tribunus mil. fuerat magro equitum de
plebe dicto. Id egre patres passos accipio. dictatorem propinqua
cognatione licinij se apud patres excusare solitum: simul negantē
magistri equitum manus q̄ tribuni consularis imperium esse.
Licinius sextiusq: cum tribunorum pl. crearentur indicta comitia
essent ita se gerere ut negando iam sibi uelle continuari honorem
acerrime accenderent ad id quod dissimulando petebant plebem.
Nonum se annum iam uelut in acie aduersus optimates maximo
priuatim periculo nullo publice emolumento stare. Consensisse
iam secum rogationes promulgatas. et cum omnem tribunitie
potestatis primo intercessione collegarum in leges suas pugnatum
esse. deinde ablegatione iuuentutis ad ueiternū bellum: postre
mo dictatorium fulmen in se intentatum. iam nec collegas nec bel
lum nec dictatorem obstare. Quippe qui etiam omen plebeio con
suli magistro equitum ex plebe dicendo dederint. seipsam plebem
cōmoda morari sua. liberam urbem ac forum a creditoribus liberos
agros ab iniustis possessoribus extemplo sibi duci habere posse. Que
munera quando tandem satis grato animo extimaturos si inter
accipienda de suis commodis rogationes spem honoris latoribus
earum incidant? Non esse modestie populi. r. id postulare ut ipse
fenore leuetur et in agrum iniuria possessum a potentibus inducat.
per quos ea consecutus sit, senes tribunitios non sine honore tantū
sed etiam sine spe honoris relinquat. Proinde ipsi primum statue
rent apud animos quid uellent. deinde tribunitijs comitijs declarent,
uoluntatem. Si commentum forte a se promulgatas rogationes uel
lent. necesse esse quod easdem reficerent tribunos pl. perlaturos enim q̄
promulgauerint. Sin quod cuiq: priuatim opus sit id modo accipi uelit
opus esse nihil inuidiosa continuatione honoris, nec se tribunatu: nec
illos ea que promulgata sint habituros. Aduersus tam obstina
tam orationem tribunorum, cum pre indignatione rerum stupor si
lentiumq: inde ceteros patrum defixisset. Ap. claudius crassus
nepos decemuiri dicatur odio magis uiaq: q̄ spe ad dissuadendum p

cessisse. et locutus in hanc fere sententiam esse. Neq; nouū neq; inopinatum mihi sit quirites si quod unū familie nre semper obiectum est a seditiosis tribunis id nunc ego quoq; audiam: claudie genti tam inde ab initio nihil antiquius rei.pu. patrum maiestate fuisse. semper plebis commodis aduersatos esse. Quorū neq; ego neq; ceteri claudij inficiamur: nos ex quo asciti sumus simul in ciuitatem et patres; cuixe operam dedisse. ut per nos auc ta potius q̄ imminuta maiestas earum gentium inter quas esse uoluistis dici uere possit. Illud alterum pro me maioribusq; meis cō tendere ausim quirites; nisi que pro uniuersa re.pu. fiant ea a plebi tanq̄ aliam incolenti urbem aduersa quis putet. nihil nos neq; priuatos neq; in magistratibus quod in commodum plebis esset scientes fecisse. nec ullum factum dictum ue nrm̄ contra uti litatem uram̄. et si quedam contra uoluntatem fuerint: uere re ferri possent. An hoc si claudie familie non sim neq; ex patri tio sanguine ortus. sed unus quirituum quilibet qui modo me du obus ingenuis ortum et uiuere in libera ciuitate sciam retinere pos sim. L. sextium. et. c. licinū perpetuos si diis placet tribunos. tan tum licentie nouem annis quibus regnari sumptum esse. ut uobis negent potestatem liberam suffragij non in comitiis in legibus nō uulgandis non se permissuros esse. Sub conditione inquit nos reficietis decimū tribunos. Quid est aliud dicere nisi quod petunt alij. nos a deo fastidimus. ut sine mercede magna non accipiamus. Sed que tandem ista merces est. qua uos semper tribunos pl. habeamus: ut rogationes inquit nras̄ seu placent seu displicent. seu utiles seu inutiles sint omnes coniūctim accipiatis. Obsecro uos tribunos. pl. putate me ex media contione unū cuiem succlamare. bona uenia ura̅ liceat ex his rogationibus legere quas salubres nobis censemus esse. antiquate alias. non inquit licebit. Tu de fenore atq; agris quod ad nos omnes pertinet iubeas. et hoc portenti non fiat in urbe romana: uti sextium atq; hunc. c. licinium̄ consules. quod indignaris: quod abhominaris inde

deas. aut omnia accipe aut nihil fero. Vt si quis eu quem urget
at fames uenenum ponat cum cibo, et aut abstinere eo quod mi
tale sit uibeat: aut mortiferum uitali admisceat. Ergo si esset
libera hec ciuitas hoc tibi frequentes succlamassent. Abi hinc
cum tribunatibus ac rogationibus tuis. Quid si non tuleris,
quod commodum est populo accipere, nemo erit qui ferat illd.
si quis patritius, si quis quod illi uolunt inuidiosius claudius
esse diceret, aut omnia accipite aut nihil fero. quisurm. quir.
ferret. Nunq̃ ne uos res potius q̃ auctores spectabitis? sed omia
semper que magistratus ille dicet secundis auribus, que a nro
dicentur aduersis accipietis? At hercule sermo est minime
cuulus. quid rogatio qualis est, quam a uobis indignantur
antiquatam? sermoni quir. simillima. Consules inquit rogo,
ne uobis quos uelitis facere liceat. An aliter roget qui utiq; alte
rum ex plebe fieri consulem iubet. nec duos patritios creandi
uobis potestatem permittit. Si hodie bella sint quale etruscum
fuit, cum porsenna ianiculum insedit. quale gallicum modo,
cum preter capitolium atq; arcem. omnia hec hostium erant:
et consulatum cum hoc. M. furio et quolibet alio ex patribo.
L. ille sextius peteret. possetis ne ferre sextium. haud pro dubio
consulem esse. camillum de re dubia dimicare. hoccine est in
cõmune honores uocare ut duos plebeios fieri consules liceat?
duos patritios non liceat? et alterum ex plebe creari necesse sit
utrunq; ex patribo preterire liceat. Quenam hec societas, que
nam consortio est? parum est si cuius pars tua adhuc nulla fuit
in partem eius uenis, nisi partem petendo totum traxeris. timeo
inquit ne si duos licebit creari patritios, neminem creetis plebeiũ.
Quid est dicere aliud, nisi qua indignos ira uoluntate creaturi
non estis. necessitatem uobis creandi quos non uultis imponam?
Quid sequitur, nisi ut beneficium quidem debeat populo, si cum
duobus patritijs unus peterit plebeius, et lege se non suffragio
creatum ducat? quomodo extorqueant non quomodo petant

honores querunt: et ita maxima sint adepturi ut nihil ne pro mini-
mis quidem debeant: et occasionibus potius q̃ virtute petere honores
malunt. Est aliquis qui se inspici existimari fastidiat. qui ceteros sibi unos honores inter dimicantes competitores equũ censeat esse.
qui se arbitrio ũno eximat. qui ũra necessaria suffragia pro nolũtatis et seruia pro libertis faciat. Obmitto licinium sextium q; quorũ
annos in perpetua potestate tanq̃ regum in capitolio numeratis. quis
est hodie in ciuitate tam humilis cui non ma ad consulatum facilior
per istius legis occasionem q̃ nobis ac liberis nr̃is fiat? siquidem nos
ne cum noluerimus quidem creare interdum poterimus: istos etiam
si noluerimus necesse sit. de dignitate satis dictum est. et enim
dignitas ad homines pertinet. Quid de religionibus atq; auspi-
tijs que deorum propria ĩmortalium contentio atq; iniuria est
loquar? Auspitijs hanc urbem conditam esse auspitijs bello ac
pace domi militiaq; omia geri quis est qui ignoret? Penes q̃s
igitur sunt auspitia morte maiorum? nempe penes patres. Nam
plebeius quidem magistratus nullus auspicato creatur. Nobis
adeo propria sunt auspitia ut non solum quos populus creat pa-
tronos magistratus non aliter q̃ auspicato creet: sed ne nos quo
q; ipsi sine suffragio populi auspicato interregem postulamus ex
priuatis auspitia habeamus. que isti ne in magistratibꝫ quidẽ
habent. Quid igitur aliud q̃ tollit ex ciuitate auspitia. qui
plebeios consules creando a patribus qui soli habere ea possũt auferet?
Eludant nunc licet religiones. quid enim est si pulli non pascentur.
si ex cauea tardius exierint: si hor ceciderit auis? Parua sunt hec.
sed parua ista non contemnendo maiores nr̃i. maximam hanc
rem fecer̃. Nunc nos tanq̃ iam nihil deorum pace opus sit omnes
cerimonias polluimus. Vulgo ergo pontifices augures sacrificoli re-
ges creentur. Cuilibet apicem dialem dũ modo homo sit imponamꝰ.
tradamus ancilia penetralia. deos deorumq; curam. quibus nefas est.
non leges auspicato ferantur. non magistratus creentur. nec centuri
atus nec curiatus comitijs patres auctores fiant. Sextius et licinius

tanq̃ romulus ac tatius in urbe romana regnent, quia pecunias alienas
quia agros dono dant: tanta dulcedo est ex alienis fortunis prędandi. Nec in mentem uenit altera lege solitudines uastas in agris fieri, pellendo finibo dominos. Altera fidem abrogari: cum qua omnis humana societas tollitur. Omniū rerum causa uobis antiquādas censeo istas rogationes. Quod faxitis deos iudicium fortunare.

Oratio appij ad id modo ualuit ut tempus rogationū iubendarū proferretur. Refecti decimum ijdem tribuni sextius et licinius, de decemuiris sacrorum ex parte de plebe creandis legem perulere. I

Creati quinq; patrum quinq; plebis, graduq; eo iam uia facta ad cōsulatum uidebatur. Hac uictoria contenta plebes cessit patribus, ut in presentia consulum mentione obmissa: tribuni mil. crarentur.

Creati. A. et. M. cornelij. M. geganius. P. manlius. L. uetusius. P.

Valerius sextius. Cum preter uolscorum obsidionem, tardi magis rem exitus q̃ dubij, quiete externe res romanas essent: fama repens belli gallici allata perpulit ciuitatem ut. M. furius dictator quintū diceretur. Is. T. quinctium penū magrm equitum dixit. Bellatū cum gallis eo anno circa anienem flumen, auctor est claudius. inclitamq; in ponte pugnam, qua. T. manlius gallum cum quo prouocatus manus conseruit in conspectu duorum exercituum cesum torque spoliauit: tum pugnatum. Pluribus auctoribo magis adducor ut credam, decem haud minus post annos ea acta. Hoc autem anno in albano agro cum gallis dictatore. M. furio signa collata.

Nec dubia nec difficilis romanis, quanq̃ ingentem galli terrorem memoria pristine cladis attulerat uictoria fuit. Multa milia barbarorum in acie, multa capti castris cesa. Palati alij apuliam maxime petentes, cum fuga se longinqua, tum quo passim cors simul pauor terrorq; distulerant, ab hoste cese tutati sunt. Dictatori consensu patrum plebisq; triumphus decretus. Vix dum perfunctum cum bello atrocior domi seditio excepit. et per ingentia certamina dictator senatusq; auctus ut rogationes tribunitie acciperentur: & comitia consulum aduersa nobilitate habita. Quibus L. sextius

de plebe primus consul factus. et in his quidem finis certaminū fuit.
Q_uia patrūj se auctores fuisse negabant prope secessionem plebs
res terribiles q; alias minas ciuilīū certaminū uenit. Cum tamē
per dictatorem conditionibs sedate discordie sunt: concessumq;
a nobilitate plebi de consule plebeio: a plebe nobilitati de pretore
uno, qui uis in urbe diceret ex patribus creando. Ita a diutina ira
tandem in concordiam redactus ordinibus. cum dignam eam rem
senatus censeret esse, meritoq; id si quando unq̄ alias. deum īmor
talium causa libenter facturos fore, ut ludi maximi fierent: & di
es unus ad triduū adiiceretur. Recusantibs id munus edilibus
plebis. conclamatum a patribus iuuenibus est se id honoris deum
īmortalium causa libenter acturos ut ediles fierent. Q uibus cum
ab uniuersis grate acte essent: factum senatus consultum ut duo
uiros ediles ex patribus dictator populum rogaret: patres auc
tores omnibus eius anni comitiis fierent:

T. LIVII. AB. VRBE. CONDITA. LIBER. SEXTVS.
EXPLICIT. INCIPIT. SEPTIMVS. FELICITER.

ANNVS. HIC. ERIT. INSIGNIS:
nouo hominis consulatu insignis nouis duobs
magistratibus pretura et curuli edilitate. hos
sibi patrūj quesiuere honores pro concessō ple
bi altero consulatu. Plebes consulatum. L. sextio cuius lege partus
erat dedit. Patres pretura M. furio camilli fidelitatem. CN.
quinctio capitolino. et P. cornelio scipioni suarum gentium uiris
gratia campestri dederunt. L. sextio collega ex patribus datus. e
L. emilius mamercus. Principio anni et de gallis quos primo palatos
per apuliam congregari iam fama erat: et de hernicorum defectiōe
agitata mentio. Cum de industria omnia ne quid per plebeiū cōsu

lem agerentur, proferrentur: silentium omnium rerum. acustitio silē
otium fiut, nisi quod non patientibus tacitum tribunis quod pro uno
consule plebeio tuis patrinos magistratus curulibus sellis pretextatos
tanq̄ consules sedentes nobilitas sibi sumpsisset, pretorem etiam qui
dem iura reddentem & collegam consulibus atq; ijsdem auspitijs
creatum: Uerecundia unde imposita est senatui ex patribus subēdi
ediles curules creari. Primo ut in alternis annis ex plebe fierent con
uenerat. postea promiscuum fiuit. Inde L. genutio & Q. seruilio.
cōss. et a seditione et bello quietis rebus: ne quando a metu aper
culis uacarent pestilentia ingens orta. censorem edilem curulem +
tres tribunos. pl. mortuos ferunt. pro portione et ex multitudine
alia multa funera fiusse. maximeq; eam pestilentiam insignem. +
morsq̄ matura tam acerba. M. furij fecit. Fuit enim uere uir u
nicus in omni fortuna principi pace belloq; priusq̄ exulatū iret.
clarior in exilio uel desiderio ciuitatis que capta absentis implo
rauit opem: uel felicitate qua restituitus in patriam, secum ipsam
patriam restituit. Par deinde per quinq; et uiginti annos tot enim
postea uixit titulo tante glorie fiut dignusq; habitus quem secū
dum a romulo conditorem urbis romane ferunt. Et hec in sequē
ti anno. T. sulpitio petito. c. licinio stolone. cōss. pestilentia fiut. +
Eo nihil dignum memoria actum. nisi quod pacis deum exposcēde
causa, tertio tum post conditam urbem lectisternia fiut: et cū nec
morbi nec humanis consilijs, nec ope diuina leuarentur, mestus superſti
tione animis. Ludi quoq; scenici noua res bellicoso populo. Nam
circi modo spectaculum fuerat, inter alia celestis ire placamina īsti
tuti dicuntur. Ceterum parua quoq; ut ferme principia omnia, &
ea ipsa peregrina res fiuit, sine carmine ullo, sine imitandorum car
minū actu. ludiones ex etruria acciti ad tibicinis modos saltātes
haud indecoros motus more etrusco dabant. Imitari deinde eos
iuuentus simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus cepe
re. Nec absoni a uoce motus erant. Accepta itaq; res: sepiusq; +
usurpando excitata uernaculis artificibus quia hister tusco uer

bo ludio uocabatur nomen histrionibus inditum. qui non sicut ante
fescennino uersu similem in compositum temere ac rudem alternis iaci
ebant, sed impletas modis saturas descripto iam ad tibicinem cantu
motuq; congruenti pragebant. Liuius post aliquot annos qui a sati
ris ausus est primus argumento fabulam serere. idem scilicet id
quod omnes tenuere, suorum carminū auctor dicitur. cum sepi
us reuocatus uocem obtudisset, uenia petita, puerum ad canendū
ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis
gente motu: quia nihil uocis usus impediebat. Inde ad manum
cantari dene rbia. histrionibus ceptum. deuerbiaq; tantum ipō
uoci relicta. Postq̄ ad fabularum legem artis ac sōlito loco res auo
cabatur, et ludus in artem paulatim uerterat. iuuentus histrion
bus fabularum actu relicto. ipsa inter se more antiquo ridicula i
texta uersibus iactitare cepit. que exordia postea appellata: inser
taq; fabellis potissimū atellanis sunt. Quod genus ludorum ab osci
acceptum tenuit iuuentus. nec ab histrionibus pollui passa est.
Eo institutum manet ut auctores atellanarum. nec tribu moue
antur. et stipendia tanq̄ expertes artis ludicre faciant. Inter
aliarum parua principia rerum ludorum quoq; prima origo po
nenda uisa est. ut appareret q̄ ab sano initio res in hanc uix opu
lentis regnis tolerabilem insaniam uenerit. Nec tamen ludorū
primū initium procurandis religionibus datum, aut religione
animos aut corpora morbis leuauit. Quin etiam cum medios
forte ludos circus tiberi superfluo irrigatus impedisset. Id uero
uelut aduersi am diis asper nantibusq; placamina ire, ingentē
terrorem fecit. Itaq; c. genutio. L. emilio. mamerco uterū coss.
cum piaculorum magis conquisito animos q̄ corpora morbi affi
cerent. repertum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam
quondam clauo a dictatore fixo sedatam. eaq; religione addu
ctus senatus dictatorem clauū figendi causa dici iussit. dict9
l. manlius imperiosus. l. pinarium magrm equitum dixit. lex
uetusta est priscis litteris uerbisq; scripta ut quo pretor maxim9

sit idibus septembr

sit idibus septembris clauũ pangat. fixa fiut dextro lateri edisio
uis optimi maximi ea qua parte minerue templum est. E'ium
clauũ qua rare per ea tempora littere erant, notam numeri ãno
rum fiusse ferunt. eoq: minerue templo dicatam legem, qua nu
meris amineria inuentus sit. Volosinis quoq: clauos indices nu
meri annorum fixos in templo nursie etrusce dee, diligens talium
monumentorum auctor cuncus affirmat. M. horatius consul
ex lege templum iouis optimi maximi dedicauit. anno post reges
exactos. A consulibus postea ad dictatores, quia maius imperiũ
erat sollemne clauu figendi translatum est. Intermisso deinde i
more digna etiam per se uisa res propter quam dictator crearetur.
Qua de causa creatus. L. manlius perinde ac rei gerende ac nõ sol
uende religionis gratia creatus esset. bellum hernicum affectãs
delectu acerbo iuuentutem agitauit. Tandemq: omnibus in eũ
tribunis pl. coortis, seu ui seu uerecundia uictus dictatura abiit.
Neq: eo minus principio insequentis anni. Q. sergilio ahala. l. ge
nutio cõss. dies manlio dicitur. A. M. pomponio tribuno. pl. Acer
bitas in delectu non damno modo ciuiũ sed etiam laceratione cor
porum lata: partim uirgis cesis, qui ad nomina non respondissẽt.
partim in iuncula ductis inuisa erat. et ante omĩa inuisum
ipsum ingenium atrox cognomenq: imperiosi graue libere ciui
tate ab ostentatione seuitie ascitum. quam non magis in alienis
q̃ in proximis ac sanguine suo ipse exerceret. Criminiq: ei tribun⁹
inter cetera dabat. quod filium iuuenem nullius probri compertũ
extorrem urbe domo penatibus foro luce congressũ equalibũ prohi
bitum. in opus seruile prope in carcerem atq: in ergastulum dede
rit. Vbi summo loco natus dictatorius iuuenis quotidiana mi
seria disceret, uere imperioso patre senatum esse. At quam ob
noxam? quia infacundior sit, et lingua impromptus. quod na
ture damnũ utrum nutriendum patri si quicq̃ humani in eo
esset an castigandum ac uexatione insigne faciendum fuisse?
Ne mutas quidem bestias minus alere ac fouere siquid ex progenie

sua parum prosperum sit. At hercule. L. manlium malum ma
lo. augere filij. et tarditatem ingenij insuper premere. et si quid
in eo exiguum naturalis rigoris sit. id extinguere uita agresti.
et rustico cultu inter pecudes habendo. Omniū potius his crimi
nationib; q̄ ipsius iuuenis irritatus est animus. quin contra se q̄
q: parentu causām inuidie atq: criminum esse egre passus, ut dij
hominesq: scirent se parentu opem latam q̄ inimicis eius malle. ✝
capit consilium rudis quidem atq: agrestis animi: et quanq̄
non ciuilis exempli pietate tamen laudabile. Inscientibus cūc
tis cultro succinctus mane in urbem atq: a porta domū confesti
ad. M. pomponiū tribunum pergit. Janitori opus esse sibi do
mino eius conuento extimplo ait. nuntiare. T. manlio. L. ma
lij filium esse. Mox introductus, patrem ut patrem spes erat,
aut criminis aliquid nouu aut consilij ad agendam deferre.
salute accepta redditaq: esse aut quicum eo agere arbitris re
tis uelit. Procul inde omnibus abire iussis, cultrum stringit,
et super lectum stans, ferro intento, nisi in que ipse concepisset
uerba iuraret. se patris eius accusandi causa: concilium plebis
nūq̄ habiturum se ipsum extimplo transfixurum minatur.
Pauidus tribunus, quippe qui ferrum ante oculos micare, se solū
inermem. illum prevalidum iuuenem. et quod haud minus
timendum erat. stolide ferocem uiri bus sinis cerneret, adiurat
in que adactus est uerba. et prius inde tulit ea ui subactum
se incepto destitisse. Nec perinde ut maluisset plebs, sibi suffra
gij ferendi de tam crudeli et superbo reo potestatem fieri: ita e
gre tulit filium id pro parente ausum, eoq: id laudabilius q̄d
animum eius tanta acerbitas patria ui a pietate auertisset.
Itaq: non patri modo remissa culpa dicta est, sed etiam ipō ado
lescenti ea res honori fuit. Et cum eo anno primū placuisset
tribunos militum ad legiones suffragio fieri. Nam et antea si
cut nunc quos rutilos uocant, imperatores ipsi faciebant secū
dum in sex locis tenuit. nullis domi militiq: ad conciliandam

gratiam meruit: ut qui rure et procul cetu hominū inuentam
egisset. Eodem anno seu motu terre, seu qua in alia forum
medium ferme specu uasto collapsum in immensam altitudinē
dicitur. Neq: eam uoraginem coniectu terre cum prose quisq:
gereret expleri potuisse priusq̄ deum monitu queri cœptum, quo
ceptum, quo plurimū populus r. posset. Id enim illi loco dicandū
uates canebant, si rem pu. romanam perpetuam esse uellent. Tuz
M. curtium iuuenem bello egregium castigasse ferunt dubitantes, an
ullum magis romanum bonū q̄ arma uirtusq: esset. silentio facto,
templa deorum īmortalium, que foro īminent capitoliumq: intuē
tem: et manus nunc in celum, nūc in patentes terre hiatus ad deos
manes porrigentem se deuouisse. Equo deinde q̄ poterat maxīe
exornato insidentem armatum se in specum īmisisse. donaq: ac
fruges super eum a multitudine uirorum ac mulierum congestas.
lacumq: curtium non ab antiquo illo tum tatij milite curtio meno,
sed ab hoc appellatum. Cura non deesset si qua aduerum uia ī
quirentem ferret. Nunc fame rerum standum est ubi certam de
rogat uetustas fidem. et lacus nomen ab hac recentiore inditum
fabula est. Post tanti prodigij procurationem eodem anno de
hernicis consultus senatus cum feciales ad res repetendas ne quicq̄
misisset, primo quoq; die ferendum ad populum de bello indicē
do hernicis censuit. populusq: id bellum frequens iussit. L. genu
tio. cos. prouincia sorte euenit. In expectatione ciuitas erat, q̄d
primus ille de plebe consul bellum suis auspicijs gesturus esset. per
inde ut euenisset res ita communicatos honores probe ne aut secus
consulto habitura. forte ita tulit casus ut genutius ad hostes ma
gno conatu profectus in insidias precipitaretur: legionibo nec opi
nato pauore fusis, consul circūuentus ab insciis quem interfecisset,
occideretur. Q̄ nec ubi est romam nuntiatum: nequaq̄ tantū
publica calamitate mesti patres quantum ferocem infelici cōsulis
ductu: fremūt omnibus locis irent, crearent consules ex plebe. trāsf
ferrent auspicia. quo nefas esset. Potuisse patres plebiscito pelli

honoribus fuis. num etiam in deos immortales in auspicatam legē
ualuisse? Vindicasse ipsos suum numen, sua auspitia. que ut
primū contacta sint abeo a quo nec iuis nec fas fuerit. delectum
cum duce exercitum. documento fuisse, ne inde turbato gentium
iure comitia haberentur. hiis uocibus curia et forum personat.
Appium claudium qui dissuaserat legem maiore cum auctoritate
euentum reprehensi ab se consilij incusantem. dictatorem consē
sii patritiorum seruilius. cos. dicat. delectuisq: et iustitiū indictum.
Pruisq; dictator legionesq: noue in hernicos uenirent. ductu. c. sulpi
tij legati res per occationem gesta egregie est in hernicos. Morte cō
sulis contemptum ad castra romana, cum haud dubia pugnandi
spe succedentes. hortante legato: et plenis ire atq: indignitatis militū
animis eruptio est facta. multum abspe adeundi ualli res hernicas
abfuit, a deo turbatis ordinibus inde abscessere. dictatoris deinde
aduentu nouis ueteri exercitus iungitur et copie duplicantur: et
pro contione dictator laudibus legati militumq: quorum uirtute
castra defensa erant simul audientibus laudes meritas sustulit ani
mos: simul ceteros ad emulandam uirtutem acuit. Neq: segnius et
hostes bellum apparant: qui et parti ante decoris memores, neq: igna
ri auctarum uirium hostis suas quoq: uires augent. Omne hernī
cum nomen omnis militaris etas excitur. quadragenarie octo co
hortes lecta roborā scribuntur uirorum. hunc eximiū florem
iuuentutis. eo etiam quod ut duplex acciperent stipendiū decre
uerant. spes animorumq: impleuere. īmunes quoq: operum mili
tarium erant. ut in unū pugne laborem reseruati. pluscibi q̄ pro
uiribi parte ad nitendum scirent. extra ordinem etiam in acie
locati, quo conspectior uirtus esset. duū miliū planities castra ro
mana ab hernicis dirimebat. Ibi pari ferme utrinq: spatio īme
dio pugnatum est. Primo stetit ambigua spe pugna: neq; quicq̄ sē
pe conatus equitibus romanis impetu turbare hostium aciem. i
Postq̄ equestris pugna effectu q̄ conatibus uanior erat. consulto pri
us dictatore equites permissu deinde cuis rectus equis clamore in

genu prouolant ante signa et nouam integrant pugnam neq: sustinere poterant ni extraordinarie cohortes pari corporum animorūq: robore se obiecissent. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. Quicquid hinc aut illinc cōmunis mars bello affert. multiplex q̄ pro numero damnū est. uulgus aliud armatorum uelut delegata primoribus pugna cuentum suum in uirtute alterius ponit. Multi utrinq: cadunt plures uulnera accipiunt. Tandem equites alius alium increpantes quid deinde restaret querendo si neq: ex equis pepulissent hostem neq: pedites quicq̄ momenti facerent quam tertiam expectarent pugnam. quid an pugnam feroces prosiluissent ut alieno pugnarent loco: His inter se uerbis excitati clamore renouato inferunt pedem. et primum gradu mouere hostem. deinde pepulere. postremo iam haud dubie auertunt. Neq: tam uires pares que superauit res facile dictu est: nisi quod perpetua fortuna utriusq: populi et extollere animos minuere potuit. Usq: ad castra fugientes hernicos romanus sequitur. Castrorum oppugnatione quia serum erat diei abstinuere. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem ne ante meridiem signum dare posset. eo in noctem tractum certamen. Postero die deserta fuga castra hernicorum et sauci reliqui quidam inuenti. Agmenq: fugientium a signis cum preter menia eorum in fercq̄ tia conspecta signa essent fusum ac per agros trepida fuga palatū est. Nec romanis incruenta uictoria fuit. quarta pars militū amissa: et ubi haud minus iacture fuit aliquot equites ceciderunt.

In sequenti anno cum .L. sulpitius. et .C. licinius caluus coss. in hernicos exercitum duxissent neq: inuentus in agro hostibus ferentinum urbem eorum ui cepissent reuertentibus inde eis uiburtes portas clausere. ea ultima fuit causa cum multe antea querimonie ultro citroq: iactate essent cur per feciales rebus repetitis bellum uiuenti populo indicetur. Dictatorem .T. quinctium penū eo anno fuisse satis cōstat. et magistrum equitum .Ser. cornelium maluginensem. Macer licinius comitiorum habendorum causa a .L. licinio cos. dictū scribit:

qua collega comitia bello proferre festinante, ut continuaret consules
obuiam eundum praue cupiditati fuerit. quesita ea propria familie
laus. Leuiorem auctorem licinium facit, cum mentionem eius rei i
uetustioribus annalibus nullam inueniam, magis ut belli gallici
causa dictatorem creatum arbitrer inclinat animus. Eo certe
anno galli ad tertium lapidem salaria uia trans pontem anienis
castra habuere. Dictator cum tumultus gallici causa iustitium
edixisset: omnes iuuiores sacramento adegit. ingentiq; exercitu
ab urbe profectus inciteriori ripa anienis castra posuit. pons in medio
erat: neutris erumpentibus ne timoris indicium esset. prelia de occupā
do ponte crebra erant. Nec qui poterentur satis uiribus incertis di
scerni poterat. Tum extimia corporis magnitudine uir gallus
gallus processit. et quantum maxima potuit: quem nunc inquit
roma uirum fortissimum habet, procedat ad agendum pugnam ut
noster duorum euentus ostendat utra gens bello sit melior. Diu int
primores iuuentū romanorum fuit: cum et abnuere certamen uereē
tur, et precipuam sortem periculi petere nollent. Tum .T. manlius .l.
manlij manlij filius qui patrem a uexatione tribunitia uindicaue
rat exstatione ad dictatorem pergit. Iniussu tuo inquit imperator
extra ordinem nunq̄ pugnauerim. non si certam uictoriam uidea-
si tu permittis uolo ego illi bellue ostendere, quando adeo ferox pre
sultat hostium signis mea ex ea familia ortum, que gallorū agmen
ex rupe tarpeia deiecē. Tum dictator, macte uirtute inquit ac pie
tate in patrem, patriamq; tuc manli esto. perge et nomen romanum
inuictum iuuentutibus dijs prestа. Armant inde iuuenem equalēs.
pedestre scutum capit. hispano cingitur gladio ad propiorem habi
li pugnam. Armatum adhortatiunq; aduersus gallum stolide le
tum. et quoniam id quoq; memoria dignum antiquis usum est.
linguam etiam aburrisu exerentem producunt. Recipiunt inde se
ad stationem. et duo in medio armati spectaculi magis more q̄ le
ge belli destituuntur, nequanq̄ uisu ac spetie extimantibus pares.
corpus alteri magnitudine eximiū uersicolore ueste. pictusq; & au

to celatis refulgens armis. Media altitudo militaris statura: modi
caq: in armis habilibus magis q̃ decoris spectes. Non cantus. nō
exultatio armorumq: agitatio uana sed pectus animorū utrq;
tacite plenū omnem ferociam in discrimen ipm certaminis dis
tulerat. Vbi constitere inter duas acies tot curas mortalium
animis spe metuq: pendentibus gallus uidit molem superne im
minens porrecto leua scuto inadu enientis arma hostis. uanum
celum cum ingenti sonitu ensem deiecit. Romanus mucrone
subrepto cum scuto scutum unū perculisset. totoq: corpore inte
rior periculo uulnerisfactus insinuasset se inter corpus armaq:
uno atq; altero subinde ictu uentrem atq: inguina hausit: ct̃
spatium ingens ruentem porrexit hostem. Jacentis inde corpus
ab omni alia uexatione intactum uno torque spoliauit. quem
respersum cruore collo circundedit suo. defixerat pauor cum ad
miratione gallos. Romani alacres a statione obuiam milit su
o progressi gratulantes laudantesq: ad dictatorem perduc unt.
inter carminū prope modum incondita quedam militariter.
uoculantes. torquati cognomen auditum. celebratum deinde
posteris etiam familieq: honori fuit. dictator coronam aurea
addidit donum. miris pro contione eam pugnam laudibus tu
lit. Et hercule tanti ea ad universi belli eventum momenti dimi
catio fuit ut gallorum exercitus proxima nocte relictis trepide
castris in tiburtem agrum, atq: inde secretate belli facta cōm ea
ti benigne a tiburtibus adiutus mox in campaniam transierit.
Ea fuit causa cur proximo anno. C. petilius balbus cos cum colle
ga eius fabio ambusto hernica provincia euenisset aduersus tibur
tes iussu populi exercitum duceret. Ad quorum auxilium cum
galli ex campania redissent fede populationes in labicano tuscu
lanoq: et albano agris haud dubie tiburtibus ducibus facte sūt.
et cum aduersus tiburtem hostem duce consule respu. contēta
esset, gallicus tumultus dictatorem creari cogit. Creatus. Q.
seruilius ahala. T. quinctiū magistrum equitū dix. et ex

auctoritate patrum si prospere id bellum cuenisset ludos magnos uouit. Dictator ad continendos proprio bello tiburtes consulari exercitu iusso manere. omnes iuniores nullo detrectante militiam sacramento adegit. Pugnatum haud procul porta collina est totius uiribus urbis in conspectu patrum coniugumq; ac liberorum: quae magna etiam absentibus hortamenta animi tum subiecta oculis simul uerecundia misericordiaq; militem accendebant. ✝

Magna utrinq; edita cede auertitur tandem acies gallorum fuga. tibur sicut arcem belli gallici petunt. Palati a consule petilio haud procul tibure excepti: egressis ad opem ferendam tiburtibus simul cum his intra portas compelluntur. Egregie tum a dictatore tum a consule res gesta est. & consul alter fabius prelisi primum paruis postremo una insigni pugna cum hostes totis adorti copiis essent hernicos deuicit. Dictator consulibus in senatu et apud populum magnifice collaudatis. et suarum quoq; rerum illis reddito honore dictatura se abdicauit. Petilius de gallis tiburtibusq; geminum triumphum egit. fabio satis uisum est ut ouans urbem iniret.

Irridere petilij triumphum tiburtes. Vbi enim cum secum acie conflixisse: speculatores paucos fugae trepidationisq; gallorum extra portas egressos. postq; in se quoq; fieri impetum uiderunt et sine discrimine obuios cedi recepisse se intra urbem. Eam rem triumpho dignam uisam romanis. Ne nimis murum magnumq; censerent, tumultum exciere in hostium portis. maiorem ipsi trepidationem ante menia sua uisuros. Iraq; in sequenti anno. ✝

Mpopilio lenate. CN. manlio. cos. primo silentio noctis a tibure agmine infesto profecti ad urbem romam uenerunt. Terrorem repente ex somno excitatis subita res et nocturnus pauor tribuit. adhuc multorum insciis qui aut unde hostes aduenissent. Conclamatum tamen celeriter ad arma est. et portae stationibus muniq; presidijs firmati. et ubi prima luce mediocrem multitudinem ante menia. neq; alium q̃ tiburtem hostem ostendit. duabus portis egressi consules utrinq; aciem subeuntium iam muros aggrediuntur.

Apparuitq: occasione magis q̄ uirtute fictos uenisse. adeo uix primū
romanorum impetum sustinuere Q uum etiam bono fuisse romanis
aduentum eorum constabat. orientemq: iam seditionem inter pa
tres et plebem metu belli tam propinqui compressam . Alius
aduentus hostium fuit proximo bello agris q̄ urbi terribilior. pa
pulabundi tarquinienses fines romanos maxime qua exparte e
truriam adiacent peragrauere. Rebusq: ne quicq̄ repentinis nouī
cons. C. fabius. &. C. plautius iussu populi bellum indixere. fabi
oq: ea prouincia: plautio hernici euenere. gallici quoq: belli fama
increbescebat. sed inter multos terrores solatio fuit pax latinis petenti
bus data: et magna uis militum ab his ex federe uetusto quod mi
tis intermiserant annis accepta . Quo presidio cum fulcta res ro
mana esset leuius fuit quod gallos mox penestre uenisse. atq: inde
circa pedum consedisse auditum est. dictatorem dici . C. sulpitium
placuit. Consul ad id accitus. C. plancius dix. magister equitū di
ctatori additus. M. ualerius. his robora militum ex duobus consu
laribus lecta exercitibus aduersus gallos duxere. Lentius id a
liquanto bellum q̄ parti utriq: placebat fuit. Cum primo galli tā
tum auidi certaminis fuissent. deinde romanus miles uendo īar
ma. ac dimicationem aliquantum gallicam ferociam uinceret dicta
tori non utiq: placebat quando nulla cogeret res fortune se cōmit
tere aduersus hostem. quem tempus deteriorem in dies et locus ali
enus faceret: sine preparato cōmeatu. sine firmo munimento mo
rantem . Adhoc his corporibus animisq: quorum omnis impe
tus uis esset: parua eadem languescerent mora . his consilijs dicta
tor bellum trahebat: grauemq: edixerat penam. si quis sine iussu
in hostem pugnasset: milites id egre patientes primo stationibus
uigilijsq: inter se dictatorem sermonibus carpere. interdū pres
sentes increpare, quod non uellent per consules geri bellum.
electum esse eximium imperatorem. unicum ducem qui nihil a
genti sibi de celo deuolaturam in sinū uictoriam censeat. Ea
dem deinde hec interdiu propalam ac ferociora his iactare: se

inuissu imperatoris aut dimicaturos aut agmine romam uturos.
imiscerique militibus centuriones nec in circulis modo fremere sed
etiam in principijs ac pretorio in unū sermones confundi atq; in
contionis magnitudine crescere turba: et uociferare ex omnibus
locis ut extemplo ad dictatorem uretur uerba pro exercitu face
ret. Sex. tullius ut uirtute ciuis dignum esset. septimū primi
pilum iam tullius ducebat: neq; erat in exercitu. qui quidem
pedestria stipendia fecisset uir tā clis nobilior. is precedens mili
tum agmen ad tribunal pergit: mirantiq; simul non turbam
magisq; turbe principem tullium imperijs obedientissimū militē.
Scilicet dictator inquit. condemnatum se uniuersus exercitus
ate ignauie ratus et prope ignominie causa destitutum sine ar
mis. orauit me ut suam causam apud te agerem. Equidem
si ubi loco cessum. si terga data hosti. si signa fede amissa obi
ci nobis possent. tamen hoc ante impetrari equum censerem. ut
nos uirtute culpam nrām corrigere. et abolere flagitij memori
am noua gloria paterer is: et iam ad alliam fluise legiones. eadē
quam per pauorem amiserant patriam amiserant patriam profe
cte postea aut his uirtute recuperauere. Nobis deum benignitate.
felicitate tua populi. res et gloria est integra. Quanq; de gloria
uix dicere ausim. si nos et hostes haud secus q; feminas abditos in
tra uallum omnibus contumelijs eludunt: et tu imperator noster q̄d
egrius patimur. exercitum tuum sine animis sine manibus iudi
cas esse. et prius q; expertus nos esses de nobis tam desperasti ut te
mancorum ac debilium ducem iudicares esse. Quid enī ali
ud esse cause credamus cur ueteranus dux fortissimus bello.
compressis quod aiunt manibus sedeas. utcunq; enim se habet
res. te de nrā uirtute dubitare uideri q̄ nos de tua uerius est. Sin
autem non tuum istud sed publicum est consilium. et consensus
aliquis patrum. non gallicum bellum nos a burte a penatibus nrīs
ablegatos tenet. queso ut ea que dicam non a militibus imperatori
dicta censeas. sed a plebe patribus. que sicut uos iurā habeatis consilia

sic se sua habiturā dicat. O__ ius tandem succenseat milites nos
esse non seruos iuros ad bellum non ad exilium missos. Si quis det
signum in aciem educat ut uiris ac romanis dignum sit pugnaturos
si nihil armis opus sit, otium rome potius q̄ in castris acturos. hec
dicta sint patribus. Te imperator milites tui oramus ut nobis
pugnandi copiam facias, cum uincere cupimus, tum te duce uince
re. tibi lauream insignem deferre. tecum triumphantes urbem
inire. tuum sequentes currum iouis optimi maximi templum
gratantes ouantesq: adire. Oration em tullij exceperūt preces
multitudinis: et undiq: ut signū daret, ut capere arma uiderent cla
mabant. dictator quanq̄ rem bonam exemplo haud probabili acta
cernebat. censebat inde facturum quod milites uellent. se tamen rece
pit. tullium q: secreto: quenam hec res sit: aut quo acta more pro
tatur: tullius magnopere a dictatore petere ne se oblitum disci
pline militaris, ne sui, neue imperatorie maiestatis crederet.
Multitudini concitate que ferme auctoribus similis esset. nō sub
traxisse se ducem: Ne quis alius, qualem mota creare multitu
do soleret existeret. Nam se quidem nihil non arbitrio impera
toris acturum. Illi quoq; magnopere tamen uidendum esse. ut
exercitum in potestate haberet. differri non posse adeo cōcitatos
animos. ipos sibi locum ac tempus pugnandi sumpturos si ab impera
tore non detur. Dum hec loquuntur iumenta forte pascentia ext
uallum gallo abigenti duo milites romani ademer. In eos saxa cō
iecta a gallis. deinde a romana statione clamor ortus, ac procur
sum utrinq; est. Iamq; haud procul iusto prelio res erant. ni celeri
ter diremptum certamen per centuriones esset. Affirmata certe
eo casu tullij apud dictatorem fides est. Nec recipiente iam di
lationem re in posterum diem edicat acie pugnaturos. dictator
tamen ut qui magis animis q̄ uiribus fretus ad certamen desce
deret. omnia circumspicere atq: agitare cepit: ut arte aliqua ter
rorem hostibus incuteret. solerti animo rem nouam excogitat.
qua deinde multi nri atq: externi imperatores nra quoq: quida

etate uſi ſunt. Multiſtrata detrahi iubet. binisq; tantum cētum
culis relictis agasones partim captiuorum partim egrorum armis
ornatos imponit. hiſſere mille effectus centum admiſcet eqtes.
et nocte ſuper caſtra in montes euadere ac ſiluis ſe occultare in
bet: neq; unde ante mouerī q̄ aſe acciperent ſignum. Ipſe ubi il
ro potuisse ni tristia edicta exhorruisset. Eá quoq; ira alienauit a dictatore militum animos, iam ante infensos. q̃d implacabilis questio fuisset. et quod suis precibus negasset. cuius populo.r. ueniam dedisset. Postq̃ dictator preposito in urbe l. papirio crasso magro equitum. Q. fabio uertito quicq̃ pro magistratu agere in castra redijt. neq; cuiubis satis letus aduentus eius fuit, nec hostibus quicq̃ attulit terroris. Nam postero die seu ignari uenisse dictatorem seu adesset an abesset parui facientes, instructa acie ad castra accesser̄. Ceterum tantum momenti in uno uiro l. papirio fuit ut siducis consilia fauor subsecutus militū fŏret. debellari eo die cum samnitibus potuisse pro haud dubio habitum ita instruxit aciem loco ac subsidijs. ita omni arte bellica firmauit. Cessatum a milite ac de industria ut obtrectaretur laudibus ducis impedita uictoria est. Plures samnitium cecidere. plures romani uulnerati sunt. Sensit pius dux que res uictorie obstaret, temperandum sibi ingenium esse, et seueritatem miscendam comitati. Itaq; adhibitis legatis ipē curia sanctos milites inferens in tentoria caput, singulos ut se habrent cogitans. curam eorum nominatim legatis tribunisq; et prefectis demandabat. Rem per se popularem ita dexter egit. ut medendis corporibus animi militum imperatori reconciliarentur. Nec quicq̃ ad salubritatem efficatius fuerit. q̃ quod grato animo ea cura cepta est. Refecto exercitu cum hoste congressus haud dubia spe sua militumq; ita fudit, fugauitq; samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi sig̃. cum dictatore fuerit. Incessit deinde qua duxit prede spes uictor exercitus. perlustrauitq; hostium agros. nulla arma a nullam uim nec apertam nec insidijs expertus, Addebat alacritatem quod dictator predam omnem addixerat militibus. nec ira magis publica q̃ priuatum compendium in hostem accendebat. His cladibus subactis samnites, pacem a dictatore peti

ere, cum quo pacti ut singula uestimenta militibus. et ānuum
stipendium darent, cum ire ad senatum uisi essent, secururos
se dictatorem respondēr. uniuscuius fidei uirtutiq; causam
suam commendantes. Itaq; deductus ex samnitibus exerci-
tus. dictator triumphans urbem est ingressus. et cum se di-
ctatura abdicare uellet, iussu patrum priusq; abdicaret con-
sules creauit. c. sulpitium longum. Q. emilium terentanū.
S amnites infecta pace quia de conditionibus agebatur. indu
cias annuas ab urbe retulēr. Nec earum ipsarum eis sancta
fides fuit: adeo postq; papirium abesse magistratu mūtiatū
est, erecti ad bellandum animi sunt. Gaio sulpitio. Q. e-
milio. aulum quidam annales habent, consulibus ad defec-
tionem samnitium. Apulum nouum bellum accessit. Vtroq;
exercitus missi. Sulpitio samnites. Apulia emilio sorte eue-
nēr. Sunt qui non ipsis apulis bellum illatum. sed socios eius
gentis populos a samnitium ui atq; iniurijs defensos scribant.
C eterum fortuna samnitium uix a seipsis eo tempore propul
santium bellum propius ut sit uero facit, non apulis a samni
tibus arma illata, sed cum utraq; simul gente bellum roma
nis fuisse. Nec tamen res ulla memorabilis acta. Ager apu
lus samnitiūq; uastatum. hostes nec hic nec illic inuenti. Rome
nocturnus terror ita ex somno trepidam repente ciuitatem
excuit: ut capitolium atq; arx menia q; et porte plene arma
torum fuerint: et cum concursatum conclamatumq; ad ar-
ma omnibus locis esset: prima luce, nec auctor nec causa ter
roris comparuit. Eodem anno de tusculanis flamma roga
tione populi iuri iudicium. M. fabius tribunus plebis tulit
ad populum ut in tusculanos animaduerteretur: quorū ope
ac consilio ueliterni proxumi q; populo r. bellum fecissent.
P opulus tusculanus cum coniugibus ac liberis romam uenit.
e a multitudo ueste mutata et specie reorum tribus circuiit,
se genibus omniū aduoluens. Plus itaq; misericordia ad pe

ne ueniam impetrandam q̄ causa ad crimen purgandum ualuit.
Tribus omnes preter pollia antiquarum legem. Pollie senten
tia fuit, puberes uerberatos necari. coniuges liberosq; sub coro
na lege belli uenire. Memoriamq; eius ue tusculanis in pene
tam atrocis auctores mansisse ad patrum etatem constat. Nec
quenq̄ ferme ex pollia tribu candidatum papiam mandatum fer
re solitum. In sequenti anno. M. fabio. l. fuluio consulibus. Au
lus cornelius aruina dictator. & M. fabius ambustus magister
equitum metu grauioris in samnio belli. Conducta enim preti
o a finitimis iuuentus dicebatur. intentiore delectu habito egregi
um exercitum aduersus samnites duxere. Castra in hostico in
curiose ita posita tanq̄ procul abesset hostis. Cum subito aduc
nere samnitium legiones tanta ferocia ut bellum usq; ad statio
nem romanam inferrent. Nox iam appetebat. id prohibuit mu
nimenta adoriri. nec dissimulabant orta luce postero die factu
ros. dictator ubi propiorem spe dimicationem uidit. ne mili
tum uirtuti damno esset locus. ignibus crebris relictis qui con
spectum hostium frustrarentur silentio legiones eduxit. Nec
tamen fallere propter propinquitatem castrorum potuit. Equ
es extimplo insecutus, ita instituit agmini ut donec lucesceret pre
lio abstineret. Nec pedestres quidem copie ante lucem castris e
gressе. Eques luce demū aussus incursare in hostem carpendo
nouissimos premendoq; iniquus ad transitum loci agmen detri
nuit. Interim pedes equitem assecutus: et totis iam copijs sam
nis ruebat. Tum dictator postq̄ sine magno incommodo
progredi non potuit. cum ipsum in quo steterat locum castris cō
muniri iussit. Id uero circunfuso undiq; equitatu ut uallum
peteretur, opusq; inciperet fieri non poterat. Itaq; ubi neq; cūdi
neq; manendi copiam esse uidit instruit aciem impedimentis
ex agmine remotis. instruūt contra et hostes et animis et ui
ribus pares. Auxerat illis maxime animos: quod ignari loco ī
iquo non hosti cessum. uelut fugientes ac territos terribiles ipsi

id

ſecum fuerant. Id aliquandiu equaunt pugnam. Iam pridem de
ſueto ſamnite clamorem romani exercituſ pati. et hercule illo di
e ab hora diei tertia ad octauam ita anceps dicitur certamen
ſtetiſſe ut neq: clamor ut primo ſemel concurſum eſt: ſublatuſ
iteratuſq: ſit: neq: ſigna promota loco retro ue recepta: neq: re
curſum ſit ab ulla parte. In ſuo quiſq: gradu obnoxij urgentes
ſcutis ſine reſpiratione ac reſpectu pugnabant. fremitus equalis.
tenorq: idem pugne. inde fatigationem ultimam aut noctem
expectabant. Iam uiris uires, iam ferro ſua uis, iam conſilia du
cibus decrant. Cum ſubito ſamnitium equites cum turma una
longius prouecta accepiſſent impedimenta romanorum procul
ab armatis ſine preſidio, ſine munimento ſtare auiditate prede
impetum faciunt. Quod ubi dictatori trepidus nūtius at
tulit. ſine modo inquit. ſeſe preda prepediant. Alij deinde ſu
per alios diripi paſſim ferriq; fortunas militum uociferabātur.
Tum magiſtro equitum accito. Videſ tu inquit. M. fabi ab ho
ſtium equite omiſſam pugnam? herent impediti impedimentis
noſtris. Aggredere quod inter predandum omī multitudini eue
nit. diſſipatos. raros equis inſidentes. raros quibus ferrum in
manu ſit inuenies: equosq; dum preda onerant. cede inermes:
cruentamq; illis predam redde. mihi legiones peditumq; pugna
cure erunt. Penes te equeſtre ſit decus. Equitum acies qualis
que eſſe inſtructiſſima poteſt inuecta in diſſipatos impeditosq;
hoſtes. cede omnia replet. inter ſarcinas omiſſas repente ſubia
centes pedibus fugientium conſternatorumq; equorum. neq: pu
gne neq; fuge ſatis potentes ceduntur. Tum deleto prope equi
tatu hoſtium. M. fabius circunductis paululum alis, a tergo pe
deſtrem aciem adoritur. Clamor inde nouus accidens et fam
nitium terruit animos, et dictator ubi reſpectantes hoſtium an
teſignanos, turbataq; ſigna. et fluctuantem aciem uidit, tum
appellare tum adhortari milites tribunos: principeſq; ordinū
nominatim ad iterandam ſecum pugnam uocare. Nouato

clamore signa inferuntur. et quocunq; progrediebantur magis magisq; turbatos hostes cernebant. Equites ipse iam primus erat in conspectu. et cornelius respiciens ad manipulos simul quod manu quod uoce poterat monstrabat. uexilla se suorum parmasq; cernere equitum. Quod ubi auditum simulq; uisum est. a deo repente laboris quem per diem pene totum tulerant multorumq; oblti: ut haud secus q̃ si tum integri e castris signum pugne accepissent concitauerint se in hostem.

Nec ultra samnis tolerare terrorem equitum peditumq; uim potuit. partim in medio cesi. partim in fugam dissipati sunt. Pedestres restantes ac circumuentos ceciderunt. Ab equite fugientium strages facta est. inter quos et ipse imperator cecidit. ✠

Hoc demū prelium samnitium res ita fregit ut omnibus conciliis fremerent. minime quidem id mirum esse si impio bello et contra fedus suscepto infestioribus merito deos q̃ hominibus nihil prospere agerent. Expiandum id bellum magna mercede luendumq; esse. Id referre tantum, utrum supplicia noxiorum an omniū innoxio prebrant sanguine. Audebāt iam quidem auctores nominare armorum. unū maxime nomen per consensum clamantium brutuli papij exaudiebatur. ut nobilis potensq; erat. haud dubie proximarum inducia rum ruptor. de eo coacti referre pretores decretum fecerē. ut brutulius papius romanis dederetur. et cum eo preda omnis romana captiuiq; ut romam mitterentur. Quibus res per fetiales ex federe repetite essent. secundum uis fasq; restituerentur. fetiales ut consueruint romam missi. et corpus brutuli exanime. ipe morte uoluntaria ignominie se ac supplicio subtraxit. placuit cum corpore bona eius dedi. Nihil tamē earum rerum preter captiuos ac si qua cognita ex preda st̃ acceptum est. Ceterarum rerum uerita fiunt deditio. dictator ex. s. consulto publice triumphauit. hoc bello a consulibus bellatum, quidam auctores sunt. cosq; de samnitibus

triumphasse. fabium etiam in apuliam processisse. atq; inde
magnas predas egisse. Nec discrepat quin dictator eo anno.
A corneluus fuerit. id ambigitur. belli ne gerendi causa creatus
sit. an ut esset qui ludis romanis, quia. L. plautius prator
graui morbo forte implicatus erat signum mittendis qua-
drigis daret, functusq; eo: haud sane memorandi imperij
ministerio se dictatura abdicaret. Nec facile est rem rei au-
ctorem auctori preferre. Viciatam memoriam funebri-
bus laudibus ror. falsisq; imaginū titulis dum familie
ad se queq; famam rerum gestarum honorumq; fallente
mendacio trahunt. Inde certe et singulorum gesta et pu-
blica monumenta rerum gestarum confusa. Nequisq̃
equalis temporibus illis scriptor extat: quo satis certo auc-
tore stetur.

T. LIVII. AB. VRBE. CONDITA. LIBER. OCTAVVS.
EXPLICIT. INCIPIT. NONVS. FELICITER.

EQVITVR. HVHC. ANNVAM. NOBI
lis clade romana caudina pax. T. uetur
o caluino. Sp. postumio consulibus. Sā
nites eo anno imperatorem. c. pontiū here̅
nij filium habuerunt. patre longe prudentissimo natum:
primū ipsum bellatorem ducemq;. Si ubi legati qui ad de
dendas res missi erant. pace infecta redier̅. Ne nihil actum
inquit hac legatione consciatis, expiatum est quicquid ex fe
dere rupto irarum in nos celestium fuit. Satisfacio quibus
cunq; dijs cordi fuit, subigi nos ad necessitatem dedendi res
que a uobis ex federe repente fuerant. his non fuisse cordi,
tam superbe a romanis federis expiationem spretam. Quid

enim ultra fieri ad placandos deos mitigandosq; homines po
tuit. q̃ quod nos fecimus: res hostium in preda captas que bel
li iure nostre uidebantur remisimus. Auctores belli quia
uiuos non potuimus, perfunctos iam fato dedimus. bona co
ne quid ex contagione noxe remaneret penes nos romam por
tauimus. Quid ultra tibi romane, quid fœderi, quid diis ar
bitris fœderis debeo? Quem tibi tuarum uarum quē meo
rum supplicium uidicem feram? neminem neq; publicus
neq; priuatum fugio. Quod si nihil cum potentiore iuris
humani relinquitur inopi ego ad deos uindices intolerande
superbie confugiam, et precabor ut uas sua uertant in eos:
quibus non sue reddite res, non aliene accumulate satis sint.
Quorum sententiam non mors noxiorum, non deditio exani
matorum corporum non bona sequentia domini deditio
nem exsatient, placari nequeant, nisi hauriendum sangui
nem laniandaq; corpora nostra prebuerimus. Iustum est bel
lum quibus necessarium est. Sanniteś. et pia arma quibus
nulla nisi in armis relinquitur spes. Proinde cum rerum hu
manarum maximū momentum sit, q̃ propitios res, q̃ aduer
sos agatur diis: pro certo habete priora bella aduersus deos
magis q̃ homines gessisse. hoc quod instat duobus ipsis diis ge
storos: hoc non leta magis q̃ uera uaticinatus, exercitu educ
to circa caudinū castra q̃ potest occultissime ducat. Inde ad
calaciam ubi iam consules romanos castraq; esse audiebat mu
liebri decem pastorum habitu mittit: pecoraq; diuersos aliū ali
bi haud procul romanis pascere iubet presidijs. Vbi incaderīt
in predatores: ut idem omnibus sermo constet, legiones sannī
tium in apuliam esse: lucerianos omnibus copijs circumsedere:
nec procul abesse quin capiant. iam is rumor ante de industria
uulgatus uenerat ad romanos: sed fidem auxere captiui. Eo
maxime quod sermo inter omnes congruebat. haud erat du
bium quin lucerinis opem romanus ferret. bonis ac fidelibus so

cjſ: ſimul nec apulia omniſ ad preſentem terrorem deficeret. ea mo
do quatrent conſultatio fuit. Due ad lucceriam ferebant uie. ⁊
Altera preter oram ſuperi maris patens apertaq; ſed quanto tutior,
tanto fere longior: Altera per furculas caudinas breuior. ſed
uta natuſ eſt locuſ. S altuſ duo alti anguſti ſiluoſiq; ſunt. ⁊
Montibuſ montes circa perpetuiſ inter ſe iuncti. Lacet inter eoſ
ſatuſ patens clauſuſ in medio campuſ herbidus aquoſuſq; per
quem medium uter eſt. ſed anteq̄ uentas ad eum intrande pri
mum anguſtie ſunt: et aut eadem qua te inſinuaueris retro
uia repetenda: aut ſi ire porro pergas alium ſaltum altiorem ī
peditioremq; euadendum. In eum campum uia alia per ca
uam ripam romanu remiſſo agmine ad aliaſ anguſtiaſ protu
nuſ cum pergerent ſeptam deiectu arborum ſaxorumq; ingen
tium obiacentem molem inuenere. Cum fianſ hoſtiliſ apparu
iſſet preſidium etiam in ſummo ſaltu conſpicatur. Citati inde
retro qua uenerant pergunt repetere uiam. Eam quoq; clauſam
ſua obice armiſq; inuenuīt. Siſtunt inde gradum ſine ulluſ ī
perio ſtuporq; omniū animoſ. ac uelut torpor quidam inſolitꝰ
membra tenet. intuenteſq; aliꝰ alioſ cum alterum quiſq; com
potem magiſ mentiſ ac conſiliꝰ ducerent dum īmobileſ ſilent. de
inde ubi pretoria. conſulem ſtrigi uiderent. et expedire quoſdam uti
lia opera, quanq̄ ludibrio fore munientes, perditiſ rebuſ ac ſpe oī
adempta cernebant, tamen nec culpam maliſ addebant proſe qſ
q; nec hortante ullo, nec imperante ad muniendum uerſi, caſtra
propter aquam uallo circundant: ſua ipſi opera laboremq; utrutī
preterq̄ quod hoſtes ſuperbe increpabant cum miſerabili confeſſio
ne eludentes. Ad conſ. meſtoſ nec aduocantes quidem in cōſilium
quando nec conſilio nec auxilio locuſ eſſet, ſua ſponte legati ac ⁊
tribuni conueniunt. Militeſq; ad pretorium uerſi opem quam
uix diꝰ immortaleſ ferre poſſent a ducibuſ expoſcunt. querentes
magiſ q̄ conſultantes nox oppreſſit. Cum pro ingenio quiſq; fre
meret: aliuſ per obices uiarum. aliuſ per aduerſa montiū. p ſiluaſ

qua ferri arma poterant. camus modo ad hostem peruenire li-
ceat, quem per annos prope .xxx. uicimus. omnia equata plana
erunt romano in perfidum samnitem pugnanti. Aliusquo aut
qua camus. nū montes moliri sede sua paramus? dum hec ūmine-
bunt ūga, qua tu ad hostem uenies? armati inermes, fortes igna-
ui pariter omnes capti atq; uicti sumus. ne ferrum quidem ad
bene moriendum oblaturus est hostis. sedens bellum conficiet. ⁊
His inuicem sermonibus tam ubi q̄ quietis inter immemores, in-
memore nox traducta est. Ne samnitibus quidem consilium
in tam letis supperebat rebus. Itaq; uniuersi herennii ponti-
patrem imperatoris per litteras consulendum censent. Iam is gra-
uis annis, non militaribus solum sed ciuilibus quoq; abscesse-
rat muneribus. In corpore tamen affecto uigebat uis animi cō-
silijq;. Is ubi accepit ad furculas caudinas inter duos saltus
ut clausus esset exercitus romanus. consultus anūcio filij cēsuit
omnes inde q̄ primū inuiolatos dimittendos. que spreta sentē-
a est. Iterumq; eodem remeante nuntio consulebatur, censuit ad
unū omnes interficiendos. Q ue ubi tam discordia inter se
uelut ex ancipiti oraculo responsa data sunt quanq; filius ipse
in primis iam animū quoq; patris consensisse in affecto corpore
rebatur, tamen consensu omnium uictus est ut ipsum in cōcilium
acciret. Nec grauatus senex plaustro in castra deuectus:
uocatusq; in concilium ita ferme locutus est ut nihil sententie su-
e mutaret, causas tantum adijceret, priore se consilio, quod op-
timum duceret cum potentissimo populo per ingens beneficium
perpetuam firmare pacem amicitiamq;. Altero consilio ī multas
etates, quibus amissis exercitibus duobus haud facile recepturas
uires romana res, bellum differre: tertium nullū consilium
esse. Cum filius alijq; principes percontando exequererentur.
quid si media uia consilij caperetur. ut et dimitterentur incolu-
mes et leges his iure belli uictis imponerentur. Ista inquit sen-
tentia est, que neq; amicos parat. neq; inimicos tollat. Seruate

igitur quos iguominia irritauerint. ea est romana gens que in
cta quiescere nesciat: uiuat semper in pectoribus eorum. quic
quid iste presens necessitas immiserit. neq; eos ante multipli
ces penas expetitas a uobis quiescere sinet. Ne utra sententia
accepta. hērnus est domū e castris aduectus. Et in castris
romanis cum frustra multi conatus ad erumpendum cepissēt.
et iam omniū rerum inopia esset, uicti necessitate legatos mit
tunt, qui primum pacem equam peterent. si pacem non impe
trarent, uti prouocarent ad pugnam. Tum pontius debellatū
esse respondit: et quoniam ne uicti quidem accepti fortunā
ferre sciretis. inermes cum singulis uestimentis sub iugū missu
rum. Alias conditiones pacis equas uictis ac uictoribus fo
re. si agro samnitium decederetur. colonie a b deducerentur. siue
deinde legibus romanū ac samnitem equo fedure uicturum. his
conditionibus paratum se esse fedus cum consulibus ferire. Si
quid eorum displiceat. legatos redire ad se uetuit. Hec cum legatu
o renuntiaretur tantus gemitus omniū subito exortus est: tāta
q; mestitia incessit ut non grauius acceptura iudicarentur, si renū
tiarentur omnibus eo loco mortem appetendam esse. Cui dum si
lentium fuisset. nec consules aut pro federe tam turpi contra
fedus tam necessarium hiscere possent. Tum. l. lentulus qui tū
princeps legatorum uirtute atq; honoribus erat. Patrem meū
inquit. cos. sepe audiui memorantem, se in capitolio unū non
fuisse auctorem senatui redimendę auro a gallis ciuitatis, qū
nec fossa uallo q; ab ignauissimo ad opera ac muniendum hostr
clausi essent, et erum pene non sine magno periculo, tamen sine cer
ta pernicie possent. quod si illis ut decurrere ex capitolio arma
tis in hostem licuit. quo sepe numero obsessi in obsidentes eru
perunt. ita nobis equo aut iniquo loco dimicandi tantūmodo cū
hoste copia esset. non mihi paterni animi indoles in consilio dā
do deesset. Equidem mortem pro patria preclaram esse fateor.
et me uel deuouere pro populo r. legionibusq; uel in medios me

committere hostes paratus sum. Sed hic patriam uideo. hic quicquid romanarum legionū est. que nisi prosepsis ad mortē ruere nolunt. Quid habent quod morte sua seruent? tecta urbis ducat aliquis et menia et eam turbam a qua urbs incolitur. Imo hercule produntur ea omnia deleto hoc exercitu. non seruantur. Quis eam tuebitur? imbellis uidelicet atq; inermis multitudo. tam hercule q̄ a gallorum impetu defendit. an a uobis exercitum camillumq; ducem implorabunt. hic omīs spes opes q; sunt? quas seruando patriam seruamus. dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus. At foeda atq; ignominiosa deditio est. sed ea caritas patrie est. ut tam ignominia eam q̄ mortē nr̄a si opus sit seruemus. Subtratur ergo ista quantacunq; est indignitas. et pareatur necessitati. quam nec dij quidem superāt. Te consules redimite armis ciuitatem. quam auo maiores uestri redemere. Consules profecti ad pontium in colloquiū? cū de foedere uictor agitaret negarunt inuisti populi foedus fieri posse: nec sine fecialibus. cerimoniaq; alia sollemni. Itaq; non ut uulgo creduntur claudius etiam scribit foedere pax caudina. sed per sponsores facta est. Quid enim aut sponsoribus in foedere opus esset. aut obsidibus ubi precatione res transigitur? per quem populum fiat. quo minus legibus dictis stetur. ut enim iuppiter feriat. quemadmodum a fecialibus porcus feriatur. Spopō dēr consules. legati questores. tribuni militum. Nomina q: oīm qui spoponderunt extant. Vbi ex foedere res acta esset. preterq̄ duorum fecialium non extarent et preter necessariam foederis dilationem obsides etiam acquisis impetrari lucrent si pacto nō staretur. Tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituq: inermi mittendo. Recentiores luctum in castris consulum aduētus ut uix ab his abstinerint manus. quorum ignauia foedus inde q̄ uenissent abitum erant. Illis non ducem locorum non exploratorem fuisse. bruarum modo cecos in foueam missos. alij alios intueri. contemplari arma mox tradenda. et inermes fluti

dextras. obnoxiaq; corpora hosti. proponere sibum ipsis ante ocu
los sugum hostile. et ludibria uictoris. et multus superbos. et per ar
matos inermium uter. Inde fedi agminis miserabilem uiam per
sociorum urbes reditum in patriam ac parentes quo sepe ipi ma
iores q; eorum triumphantes uenissent. se solos sine uulnere. si
ne ferro sine acie uictos sibi. Non stringere licuisse gladios. nō
manum cum hoste conferre: sibi ne quicq; animos datos. Hec fie
mentibus hora fatalis ignominie aduenit. omnia tristiora ex
pauendo factura q; que perpetrant animis. Iam primū cum sin
gulis uestimentis inermes extra uallum exire iussi. et primi tra
dita obsides atq; in custodiam abducti. Tum a consulibus abi
re lictores iussi. plausuq; detracto. tantam inter ipsos
qui paulo ante eos execrandos lacerandosq; censuerant misera
tionem fecit. ut sine querela; conditionis oblitus ab illa defora
tione tante maiestatis. uelut a nefando spectaculo auerteret o
culos. Primi consules prope seminudi sub iugum missi. Tu
ut quisq; gradu proximus erat. ita ignominie obiectus. tum
deinceps singule legiones. circumstabant armati hostes expro
brantes eludentesq;: gladij etiam plerisq; intentati: et uulne
rati quidam. necatiq; si uultus eorum indignitate rerum a
cior uictorem ostendisset. Ita traducti sub iugum: et quod
pene grauius. per hostium oculos. Cum e saltu euasissent. et si
ne uelut ab inferis extracti. tum primū lucem aspicere uisi sūt
tum ipa lux ita deformi intuentibus agmen. omī morte tri
stior fuit. Itaq; cum ante noctem capuam peruenire pos
sent: incerti de fide sociorum: et quod pudor prepediebat.
circa uiam haud procul capua. omniū egeni corpora humi p
straue. Quod ubi ei capuam mutatum. eum et miseratio
nostrorum sociorum. superbiam ingenitam campanis cōfestim
insignia sua consulibus fasces lictores. arma. equos. uestimē
ta. cōmeatus militibus benigne mittuntur. et uenientibus cap
uam cunctus senatus populusq; obuiam egressus. mutuis oīb

hospitalibus priuatisq; et publicis fungunturofficijs. Neq:
illis sociorum comitas, uultusq: benigni: et alloquia nō mo
do sermonem dicere. sed ne ut oculos quidem attollerent, aut
consolantes amicos contra intuerentur efficere poterant. a
deo super merorem pudor quidam fugere colloquia et cetus
hominū cogebat. Postero die cum iuuenes nobiles missi a
capua ut proficiscentes ad finem campanū prosequerentur,
reuertissent. uocatiq: in curiam pertontantibus maioribus
natu, multo sibi mestiores ac abiectiores animi uisos referrēt
adeo silens ac prope mutum agmen incessisse. tacere in dolē
illam romanam. non reddere salutem. non salutantibus da
re responsum: non hiscere quenq: pre metu potuisse. tanq̄ fe
rentibus adhuc cernicibus iugum sub quo demissi sunt: ha
bere samnites uictoriam nonpreclaram solum sed etiā perpe
tuam: cepisse enim eos, non romam sicut ante gallos: sed q̄d
multo bellicosissimus fuerit. romanam uirtutem ferociamq:. Cuz
dicerentur audirenturq:. et deploratum pene nomen roma
nū in concilio sociorum fidelium esset. dicitur ofilius calau
nus, cum clarus genere factisq: tum etiam etate uerendus lō
ge aliter sē habere rem dixisse. silentium illud obstinatum
fixosq: inter uram oculos, et surdas ad omnia solacia aures
et pudorem intuende lucis. ingentem molem minarum ex
alto animo cientis indicia esse: aut se romana ignorare īge
nia. aut silentium illud samnitibus flebiles breuclamores
gemitusq: excitaturum. caudineq: pacis aliquanto samni
tibus q̄ romanis tristiorem memoriam fore. quippe suos q̄q
q: eorum animos habiturum ubicunq: congressuri sint:
saltus caudinos samnitibus non ubiq: fore. Jam rome &
sua infamis clades erat. obsessos prius audiēt. Tristior de
inde ignominiose pacis magisq̄ periculi nuntius fuit. Ad
famam obsidionis delectus haberi ceptus erat. dimissus de
inde auxiliorum apparatus postquā deditionem tam fede

factam acceperunt: extemplo sine ulla publica auctoritate consensium in omnem formam luctus est. taberne circa forū clause. institutumq; in foro sua sponte ceptum, primusq; indictū laticlauii, anuli aurei positu. pene mestior exercitu ipso ciuitas: nec ducibus solum atq; auctoribus sponsoribusq; pacis irasci sex innocuos etiam multes edisse, et negare urbe tectis ue accipiendos. Quam concitationem animorum confregit aduentus exercitus etiam iratis miserabilis. Non enim tanq; in patriam reuertentes ex insperato incolumes. sed captiuorū habitu uultuq; ingressi sero in urbem ita se in suos quisq; tectis abdiderunt ut postero atq; insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspicere uellet. Consules in priuato abditi nihil pro magistratu agerent. nisi quod expressum senatus consultum est ut dictatorem dicerent comitiorum causa. Q. fabium ambustum dixer. A. emilium pretum magistrum equitum. Q. iubus sutio creatus suffecti. M. emilius papus dictator. L. valerius flaccus magister equitū. Nec per eos comitia habita. et quia tedebat populum omniū magistratuum eius anni ues ad interregnum redist. Interregesq; fabius maximus. M. valerius coruus. hi consules creat. P. philonem et L. papirium cursorem iterum haud dubio consensu ciuitatis, quod ea tempestate nulli duces clariores essent.

Quo creati sunt die, eo sic enim placuerat patribus magistratum inier. sollemnibusq; sanctis perfectis. de pace candida retuler: et publius pneſ quem fasces erant. dic spuri postumi inquit. qui ubi surrexit eodem illo uultu, quo sub iugū missus erat. Haud sum ignarus inquit consul ignominie non honoris causa me primū excitatum uissumq; dicere: non tanq; senatorem: sed tanq; reum q; infelicis belli q; ignominiose pacis. Ego tamen quando neq; de noxa nra, neq; de pena retulistis. omissa defensione, que non difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumq; sententiam de eo de q

rcmiſſus ſ pauca ſ peragam. O ue ſententia reſtiſ erit mihi ne
an legionibuſ uriſ ꝑpetrem. cum me ſeu turpi ſeu neceſſaria
ſponſione obſtrinxi. qua tamen quando iuſſu populi facta
eſt: non tenetur populuſ r. nec quicq̄ ex ea preterq̄ corpora noſtra
debentur. Samnitibuſ dedamur per fecialeſ. nudi uincti q; exſol
uamuſ religione populum ſi qua obligauimuſ: ne quid diuini hu
maniq; obſtet. quominuſ iuſtum piumq; de integro ineatur bel
lum. Interea conſuleſ exercitum ſcribere armare educere place
at. nec priuſ ingredi hoſtium fineſ q̄ omnia iuſta in deditione
mea perfecta erunt. Vos di immortaleſ precor. queſo ſi uobiſ
non fuit cordi. Sp. poſtumium. T. ueturium. coſ. cum ſamni
tibuſ bellum gerere, at uoſ ſatiſ habeatiſ iudiſſe noſ ſub iugū miſ
ſoſ: iudiſſe ſponſione infami obligatoſ. iudiſſe nudoſ uinctoſq;
hoſtibuſ deditoſ, omnem iram hoſtium noſtriſ capitibuſ exci
pienteſ. nouoſ conſuleſ legioneſq; romanaſ ita cum ſamnite geri
bellum uelitiſ: ut omia ante noſ conſuleſ bella geſſerunt. O ue
ubi dixit tanta ſimul admiratio miſeratioq; uiri inceſſit ho
mineſ: ut modo uix crederent: illum eundem eſſe ſpurium po
ſtumiū qui auctor tam fede pacis fuiſſet, modo miſereantur
quod uir taliſ: etiam precipuū apud hoſteſ ſupplicū paſſuruſ
ſet ob iram dirempte pacis, Cum omneſ laudibuſ proſequēteſ
uirum in ſententiam eius pedibuſ irent. tentata pauliſper in
terceſſio eſt ab. l. luio et. Q. melio. tr. pl. qui neq; exoluī po
pulum religione aiebant deditione ſua niſi omnia ſamnitibꝫ
qualia apud caudium fuiſſent reſtituerentur: neq; ſe pro eo
quod ſpondendo pacem ſeruaſſent exercitum populi r. pnam
ullam meritoſ eſſe. neq; ad extremū cum ſacroſancti eſſent,
dedi hoſtibuſ uiolari ue poſſent. Tum poſtumiuſ interea de
dite inquit profanoſ noſ quoſ ſalua religione poteſtiſ. dedeſ
deinde et iſtoſ ſacroſanctoſ cum primū magiſtratu abierint.
ſed ſi me audiatiſ priuſq̄ dedantur hic in comitio uirgiſ ceſoſ.
hanc iam ut intercalate pene uſuram habeant: Nam quod de

: ditione ira:

ditione nr̄a negant exsolui religione populum id istos magis ne
dedantur q̄ quia rescita sc̄ habeat dicere, quis adeo iuris fecialiū
expers est qui ignoret? Neq; ego inficiaſ eo patres conscripti, tam
sponsores q̄ fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos
iuxta diuinas religiones fides humana colitur. sed inuisso po
pulo nego quicq̄ sanciri posse, quod populum teneat. An si eadē
superbia qua sponsionem istam expresserunt nobis samnites
coegissent nos uerba legitima dedentium urbes, nūcupare: de
ditum populum r. uos tribuni diceretis? et hanc urbem. tē
pla delubra fines, aquas samnitium esse. Omitto deditio
nem quoniam de sponsione agitur. Quid tandem si spo
ndissemus urbem hanc relicturum populum r. si incensurū?
si magistratus. si senatum. si leges non habiturum? si sub regi
bus futurum? dijs meliora inquis. Atqui non indignitas
rerum sponsionis uinculum leuat. si quid est in quo obligari
populus possit: in omnia potest et ne illud quidem quod quos
dam forsitan moueat refert. Consul an dictator an pretor spo
nderit: et hoc ipsi etiam samnites indicauerē: quibus nō fuit
satis consules spondere: sed legatos questores, tribunos militū
spondere coegerunt. Nec tamen hoc quisq̄ quesiuerit. quid ita
spopondercim, cum id nec consulis uis esset nec illus spondere pa
cem, quę mea non erat arbitrij. nec pro uobis qui nihil manda
uerat is possem. Nihil ad caudium patres conscripti humanis
consilijs gestum est. dijs immortalibus et uirtuti. et hostium imperato
ribus mentem ademerē. nec nos in bello satis cauimus: et illi ma
le partam uictoriam male perdidērē. dum uix locis quibus uice
rant credunt. dum quacunq; conditione arma uiris in arma i
natis auferre festinant. an si mens sana fuisset difficile illis
fuit dum senes ab domo ad consultandum arcesserūt mittere
romam legatos cum senatu cum populo de pace ac fœdere agere?
triduu utrr expeditus erat. interea in indutijs res fuisset donec
a roma legati, aut uictoriam illis certam. aut pacem afferrēt.

E̓a dem̄ ſponſio eſſet, quam populi iuſſu ſpopondiſſemuſ ſed
neq; uoſ tuliſſetiſ neq; noſ ſpopondiſſemuſ. Nec fas fuit alium
rerum exitum eſſe. q̄ ut illi uelut ſomnio lectores q̄ quid men-
tes eorum caperę poſſent ne quicq̄ eludeęntur: et nr̄m exercitū
eadem que impedierat fortuna expediret. uanam uictoriam
uanior rumor irritam faceret pax. ſponſio interponeretur q̄
neminem preter ſponſorem obligaret. O uid cū uobiſcū
patreſ.c.ti quid cum populo.r. actum eſt. O uiſ uoſ appella-
re poteſt: quaſ ſe a uobiſ dicere deceptum: hoſtiſ an ciuiſ: ho-
ſti nihil ſpopondiſtiſ, quando neminē ſpondere pro uobiſ iuſſi-
ſtiſ. Nihil ergo uobiſ cum ſamnitibuſ cum quibuſ nihil egiſtiſ.
nec nobiſcum eſt. quibuſ nihil mandaſtiſ. Samnitibuſ ſpon-
ſoreſ noſ ſumuſ, rei ſatiſ locupletes. In id quod ur̄m eſt, in id
preſtare poſſumuſ corpora ur̄a, et animoſ. in hec ſeuiant in hec
ferrum, in hec uraſ actuant. O uod ad tribunoſ attinet cō-
ſulite utrum preſens deditio eorum poſſit fieri. an in diem diffe-
ratur. Noſ interim uti, uoſq; ceteri uilia hec capita luende ſpō-
ſionis feramuſ: et nr̄o ſupplicio liberemuſ romana arma. Mo-
uit patreſ.c.tos tum cauſa, tum auctor, nec ceteroſ ſolum, ſed tri-
buloſ.pl. etiam ut ſe in ſenatuſ dicerent fore poteſtate: Inde
ſe extemplo abdicauere magiſtratu: traditaq; fecialibuſ cum
ceteris caudium ducendi. Hoc ſenatuſ conſulto facto lux que-
dam affulſiſſe ciuitati uiſa eſt. Poſtumius in ore erat, cum
laudibuſ ad celum ferebant deuotioni decij conſulis, et alijſ
clariſ facinoribuſ equabant. emerſiſſe ciuitatem ex obnoxia
pace, illiuſ opera et conſilio. ipſum ſe cruciatibuſ et hoſtium
ire offerre: piacula q; pro populo.r. dare. Arma cuncti ſpectā-
et bellum ut cuiq; futurum ut congredi armatiſ cū samnite
liceat. In ciuitate ira inuidiaq; ardente. delectuſ prope oīm
uoluntariorum fiunt. Reſcripte ex eodem milite nouę legioneſ
ductuſq; ad caudium exercituſ, progreſſi fecialeſ ubi ad por-
tam uenere, uestem detrahi pacis ſponſoribuſ iubent. manuſ

post tergum uincirí. Cum apparitor uerecundia maiestatis po-
stumij laxe uincíret, quin tu inquit addúcis lorum. ut iusta
fiat deditio. Tum ubi in cetum samnitium, et ad tribunal pō-
tij uentum est. A. cornelius aruina fecialis ita uerba fecit.
Quando quidem hisce hominesq; iniussu populi.r. quiritum fe-
dus icturi spopondēr. atq; ob eam rem noxam incurrerunt.
ob eam rem quo populus.r: scelere impio sit solutus. hosce hoīes
uobis dedo. hec dicenti feciali postumius gemi fremit, quanta
maxime poterat ui perculit: et clara uoce ait, se samnitem ciuē
ex romano esse: illum legatum fecialem a se contra ius gen-
tium uiolatum. eo iustius bellum gesturos. Tum pontius.
nec ego istam deditionem accipiam inquit: nec samnites ra-
tam habebunt. Quin tu spuri postumi, si deos esse censes
aut omīa irrita facis: aut pacto stas. samniti populo. omīs
quos in potestate habuit restitue aut pro his pax habeatur.
Sed quid ego te appello, qui te captum uictori, cum qua potes
fide restituis: populum.r. appello: quem si sponsionis ad furcu-
las caudinas facte pniteat. restituat legiones intra saltū
quo capte fuēr. Nemo quenq; deceperit. omīa pro infecto
sint: recipiant arma que per pactionem tradidēr. redeant
in castra sua quicquid pridie habuēr q; in colloquiū uentū
est habeant. Tum bellum et fortia consilia placeant. tum
sponsio et pax repudietur. ea fortuna his locis ubi ante
pacis mentionem habuimus geramus bellum. nec populus
.r. consulum sponsionem, ne nos fidem populi.r. accusemus.
Nunq; ne causa deficiet cur uicto pacto non stetis: Obsides
porsenne dedistis: furto cos subduxistis. Auro ciuitatem
a gallis redemistis: inter accipiendum aurum cesi sunt. t
Pacem nobiscum pepigistis ut legiones captas uobis restitue-
remus: eam pacem irritam fecistis. et semper aliquam fraudi
speciem uiris imponitis. Non probat populus.r. ignominiosa
pace legiones seruatas. pacem sibi habeat. legiones captas

victori restituat. hoc fide hoc federibus hoc fecialibus cerimo
nijs dignum erat. Vt quidem tu quod peristi per pactiones
habeas tot ciues incolumes. ego pacem quam hosti tibi re
mittendo pactus sum non habeam? hoc tu. A. corneli. hoc
uos feciales iuris gentium dicitis? Ego uero ustos quos dedi
simulatis nec accipio nec dedi arbitror: nec moror quomi
nus in ciuitatem obligatam sponsione cōmissa uratis omnib⁹
dijs quorum numen eludituꝛ. redeant. gerite bellum qñ
Sp. postumius modo legatum fecialem genu percussit. Sta
dij credent samnitem ciuem postumiū non ciuem romanū
uiolatum. eo uobis iustum in nos factum esse bellum. hec
ludibria legum non pudet in lucem proferre. et uix pueris
dignas ambages senes ac consulares fallende fidei exqui
rere. I. lictor deme uincla romanis. moratus sit nemo. quo
minus ubi uisum fuerit abeant. Et illi quidem forsitan
et publica sua certe liberati fide a caudio in castra romana
inuiolati redierē. Samnitibus pro superba pace infestissimū
armentibus renatum bellum: omniaq: que deinde uenerē nō
in animis solum sed prope in oculis esse. et sero ac ne quicq̄
laudare seuis pontij utraq: consilia: inter que se in media la
psos, victorie possessionem pace incerta mutasse. et beneficij
et maleficij occasione amissa, pugnaturos cum eis, quos
potuerint imperpetuum uel inimicos tollere uel amicos face
re. Adeoq: nullo dum certamine inclinatis uiribus post
caudinam pacem animi se mutauerant: ut clariorem i
ter romanos deditio postumiū q̄ pontium incruenta uic
toria inter samnites faceret. et geri posse bellum romani p
uictoria certa haberent. samnites simul rebellasse et uicisse
crederent romanum. Inter hec satricani ad samnites
defecerunt. et fregelle colonia. nec opinato aduentu sa
nitium fuisse, et satricanos cum his satis constat, nocte oc
cupata est. timor inde mutuus utrosq: usq: ad lucem qui

religionū

ctos tenuit. Lux pugne initium fuit: quam diu equam et qa
pro arts ac fortis dimicabatur: et quia ex tectis adiuuabat ibi
lis multitudo. tamen flagellani sustinuer frauis deinde rem
inclinauit, quod uocem audire preconis iussi sunt. incolumem
abiturum qui arma posuisset. ea spes remisit a certamine
animos, et passim arma iactari cepta. Pertinatior pars ar
mata per aduersam portam erupit. tutiorq; eis audacia fuit.
q̃ incautus ad credendum ceteris pauor: quos circumdatos i
gni ne quicq̃ deos fidemq; inuocantes samnites concremauere.
Consules inter se partiti prouincias: papirius in apuliam ad lu
ceriam pergit. Vbi equites romani obsides ad caudium dati
custodiebantur. Publius in samnio substitit aduersus caudi
nas legiones. Distendit ea res samnitium animos quod nec
ad luceriam ire nec a tergo instaret hostis: nec manere ne lu
ceria interim amitteretur satis audebant. Optimũ uisũ est
cõmittere rem fortune: et transigere cum publio certamẽ.
t taq; tum in aciem copias educunt. Aduersus quos publius
consul cum dimicaturus esset: prius alloquendos milites ratu
contionem aduocari iussit. Ceterum sicut ingens alacritate
ad pretorium concursum est, ita pre clamore poscentiũ pugn
am nulla adhortatio imperatoris audita est. Suus cuiq; a
nimus memor ignominie adhortator aderat. Vadunt igit
in prelium urgentes signiferos. et ne mora in concursu pilis
emittendis strigendisq; inde gladijs esset, pila uelut dato
ad id signo abiciunt. Strictisq; gladijs cursu in hostem ferũtur.
Nihil illis imperatorie artis ordinibus aut subsidijs fiunt locandis-
Omnia ira militaris prope uesano impetu egit. Itaq; non fusi modo
hostes sunt, sed ne castris quidem suis fugam impedire ausi, a
pulham dissipati petiere. Luceriam tamen coacto rursus in unũ
agmine est peruentum. Romanos ira eadem que per mediã
aciem hostium tulerat. et in castra pertulit. Ibi plusq̃ in acie
sanguinis accessit factum: predecq; pars maior ira corrupta

Exercitus alter cum papirio consule locis maritimis peruenerat arpos. per omnia pacata magis samnitium iniuriis et odio q̃ beneficio ullo populi r. Nam samnites ea tempestate in montibꝰ uicatim habitantes, cãpestria et maritima loca, contemptu cultorum molliore atq; ut euenit fere loci simili genere, ipsi montani, atq; agrestes depopulabantur. Q. ue regio si fida samnitibus fuisset: aut peruenire arpos exercitus romanus nequiisset: aut interiecta inter romam et arpos penuria rerum omniũ exclusos a commeatibus absumpsisset. tum quicq; profectos inde ad luceriam iuxta obsidentes obsessosq; inopia uexauit. Omnia ab arpis romanis ministrabantur. Ceterum a deo exigue. ut militi occupato stationibus uigiliisq; et operi equis folliculis in castra ab arpis frumentum uehteret: interdum occursu hostium cogeretur abiecto ex equo frumento pugnare. et obsessis prouisq̃ alter consul uictore exercitu aduenuret. & commeatus ex montibus samniũ inuecti erant. et auxilia intromissa. arctiora omnia aduentus publij fecit. Q. ui obsidione delegata in curam collegę uastatus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat. Itaq; cum spes nulla esset diuturnus obsessos inopiam laturos, coacti samnites qui ad luceriam castra habebant undiq; contractis uiribus signa cum papirio conferre. Per id tempus parantibus utrisq; se ad prelium legati tarentini intercedunt denuntiantes samnitibus romanisq; ut bellum omitterent. Per utros stetisset quominus discederetur ab armis, aduersus eos se pro alijs pugnaturos. ea legatione papirius audita: perinde ac motus dictus eorum: cũ collega se cõmunicaturum respondit. Accitoq; eo cum tempus omne in apparatu pugne consumpsisset, colloquitur de re haud dubia signũ pugne proponit. Agentibus diuina humanaq; q̃ adsolent, cum acie dimicandum est consulibus. tarentini legati occursare responsum expectantes. Q. ubus papirius auspicia secunda esse tarentini. Pullarius nuntiat. Ilatũ est

preterea egregie. auctoribus dijs ut uideris ad rem gerendam
proficiscamur. Signa inde ferre iussit: et copias eduxit uanis
simam increpans gentem. que suarum impotentium, pre do
mesticis seditionibus discordijsq; alijs modum pacis ac belli fa
cere equum censeret. Samnites ex parte altera, cum omnem
curam belli remisissent: quia aut pacem uere cupiebant, aut
expedichat simulare ut tarentinos sibi conciliarent, cū istru
ctos repente ad pugnam romanos conspexissent. uociferare se
in auctoritate tarentinorum manere: nec descendere in aciem
nec extra uallum arma ferre: deceptos potius quocunq; casus
ferat passimos q̄ ut spreuisse pacis auctores tarentinos iudean
tur. Accipere se omen consules aiunt. et eam precari mentem
hostibus, ut ne uallum quidem defendant. Ipi inter se parti
tis copijs succedunt hostium munimentis. et simul undiq; ad
orti, cum pars fossas explerent, pars uellerent uallum atq; i
fossas protuerent. nec uirtus modo insita, sed ira etiam excul
ceratos ignominia stimularet animos. castra inuasere: et
pro se quisq; non hec furculas nec caudium, nec saltus inuios
esse: ubi errorem fraus superuenisset. sed romanam uirtutē
quam nec uallum nec fossē arcerent memorantes. cedunt pariter
resistentes fusosq; inermes atq; armatos, seruos, liberos, pube
res impuberes, homines iumentaq; : Nec unū superfuisset ani
mal ni consules receptui signum dedissent. auidosq; cedis mu
tes a castris hostium imperio ac minis expulissent. Itaq;
apud infensos ob interpellatam dulcedinem ire contestū ora
tio habita est, ut decerneretur miles minime cuiq̄ militū cōsules
odio in hostes cessisse aut cessuros, quin duces sicut belli. ita
insaciabilis supplicij futuros fuisse. ni respectus equitum sex
centorum qui luceria obsides tenerentur, preoccupasset animos
ne desperata uenia hostes ceci in supplicia eorum agerent, per
derent prius q̄ perire optantes. laudare ea milites letariq; obuiā
tum ire siue esse: ac fateri omnia potius patienda q̄ perderet

salus tot principum romane iuuentutis. dimissa contione cō
silium habituum, copijs ne luceriam premerent, an altero exer
citu et duce apuli circa gens dubie ad id uoluntatis tentarētur.
Publius consul ad peragenda profectus. Apulie aliquot expedi
cione una populos. aut ui subegit aut conditionibus in societa
tem accepit. Papirio quoq; qui obsessor lucerie restiterat.
breui ad spem cuentus respondit. Nam incessis omībus uijs
per quas commeatus ex samnio subuehebantur. fame domiti
samnites qui lucerie in presidio erant, legatos misere ad cōsu
lem romanum ut receptis equitibus qui causa belli essent, absi
steret obsidione. His papirius ita respondit. debuisse cos potiū
herēnij filium quo auctore romanos sub iugum misissent con
sulere quid uictis patiendum censeret. Ceterum quoniam ab
hostibus in se equa statui, q̄ in seipsi ferre maluerint, nuntiare
luceriam iussit, arma sarcinas iumenta et multitudinem omē3
imbellem intra menia relinquerent. militem se cum singulis ue
stimentis sub iugum missurum: ul cescentem illatam, non nouā
inferentem ignominiam. Nihil recusatum. septem milia mul
tum sub iugum missa. predaq; ingens lucerie capta. receptis
omībus signis armisq; que ad caudium amiserant. et quod oīa
superabat gaudia equitibus recuperatis. quos pignora pacis
custodiendos luceriam samnites dederant. haud ferme alia
mutatione rerum subita. clarior uictoria populi r. est: si qui
dem etiam quod quibusdam in annalibus inuenio. Pontius
herēnius samnitium imperator ut expiaret consulis ignominiā
sub iugum cum ceteris est missus. Ceterum id minus miror ob
scurum esse de hostium duce dedito missoq;. id magis mirabile
est ambigi. L. necorndius dictator cum L. papirio cursore ma
gistro equitum castra ad caudium atq; unde luceriam ierit: ultroq; unius
romane ignominie haud scium an iustissīo
triumpho ad eam etatem secundum furiū camillum triūpha
uerit. an consulum papirijq; precipuum id decus sit. Sequit.

hunc errorem alius error. cursor nepapirius proximus comitijs
cum .Q. aulio seretano .iterum ob rem bene gestam ad luceriam
continuato magistratu consul tertio creatus sit: an.l. papirius
mugilanus, et in cognomine erratum sit. Conuenit iam inde
per consules reliqua belli perfecta. Aulius cum ferentanis uno
secundo prelio debellauit: urbemq: ipām quo se fusa contulerat
acies obsidibus imperatis in deditionem accepit. Pari fortuna
consul alter cum latinis qui cum romanis post caudinam
cladem ad samnites defecerant: presidiumq: eorum acceperāt.
rem gessit. Nam cum ad menia latine admotus esset exercī
tus. legatisq: missis ad pacem precibus petendam triste respōsū
a consule redditum esset nisi presidio samnitium interfecto
aut tradito, ne ad se remearent: plus ea uoce q̄ armis illatis
terroris coloni immissum. Itaq: subinde cum exequerentur
querendo a consule legati, quonā se pacto paucos et infirmos
crederet. presidio tam ualido et armato, uim allaturos abs
dem consilium petere missi quibus auctoribus presidium īiur
bem acceperint. discedunt egre impetrato ut de ea re consuli
senatum responsaq: ad se referri sineret ad suos redeunt. due
factiones senatum destinabant. una ciuis principes erant. de
fectionis a populo.r. auctores: altera fidelium ciuīm certatum
ab utrisq: tamen est ut ad conciliandam pacem consuli opera na
uaretur. Pars altera cum presidium samnitium qua nihil satis
parati erat proxima nocte esset excursurum ad obsidionē tole
randam. nuntiare consuli satis habuit qua noctis hora quā
q: per portam et quam in uiam egressurus hostis esset. Altera
quibus inuitis defectum ad samnites erat. eadem nocte portam
etiam consulibus aperuēr: armatosq: clam nocte in urbem ac
cepēr. Ita duplici proditione. et presidium samnitium insessis
circa uiam siluestribus locis necopinato oppressum est. et ab
urbe plena hostium clamor sublatus momentoq: unius hore
ceius samnis. sutricanus receptus et omnia in potestate cōsulis

erant. O~ in questione habita quorum opera defecto esset facta, quos sontes comperit iurgis cesos securi percussit. pre sidioq; ualido imposito arma latricanis ademit. Inde ad triumphum decessisse tomam. Papirium cursorem scri bunt. qui eo duce luceriam receptam samnitesq; sub iugū missos auctores sunt: et fuit uir haud dubie dignus omī bellica laude: non animi solum uigore, sed etiam corporis uiribus excellens: precipua pedum pernicitas in erat: que cognomen etiam dedit: uictoremq; cursu omniū etatis sue fuisse ferunt: et seu uirium in seu exercitatione mul ta. ubi uiniq; eundem capacissimum nec cum ullo aspe rorem quia ipse inuicti ad laborem quoq; corporis esset, fui sse militiam: pediti pariter equitiq;. Equites etiam aliqñ ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris, quibus ille, ne nihil remissum dicatis, remitto īquit ne utiq; dorsum demulceatis cum ex equis descendetis. et uis erat in eo uiro imperij ingens pariter in socios ciuesq;. Prene stinus pretor per timorem segnius ex subsidijs suos duxerat in primam aciem: quem cum inambulans ante tabernacu lum uocari iussisset lictorem expedire securem iussit. Ad quam uocem exanimi stante prenestino. Agit dum lictor excide radicem hanc inquit incommodam ambulantibo. perfusumq; ultimi supplicij metu, mulcta dicta dimisit.

Haud dubie illa etate qua nulla uirtutum feracior fuit. nemo unus erat uir, quo magis innixa res romana staret. quin eum parem destinant animis magno alexandro du cem. si arma asia perdomita in europam uertisset. Ni hil minus quesitum a principio huius operis uideri potest, q̃ut plus iusto ab rerum ordine declinarem uarietatibus q̃ distinguendo opere. et legentibus uidut diuerticula ame na et requiem animo meo quererem, tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus sepe tacitis cogitationibus uolutauit

animū eaſ euocat in medium : ut quererē libeat qui nā eue-
tuſ romanis rebuſ. ſi cum alexandro foret bellatum futuruſ
fuerit . Pluriműm in bello pollere uidentur militum copia et
uirtuſ . ingenia imperatorum . fortuna per omnia humana
maxime in res bellicas potens . Cā et ſingula intuenti et uni-
uerſa, ſicut ab aliis regibuſ gentibuſq; ita ab hoc quoq; facile
inuictum preſtant romanum imperium . Iam primum ut
ordiar a ducibuſ comparandis . haud equidem abnuo e-
gregium ducem fuiſſe alexandrum . Sed clariorem eum
tamen facit quod unuſ fuit quod adoleſcens in incremento
rerum, nondum alteram fortunam expertuſ deceſſit ut ali
os reges claroſ duceſq; omittam magna exempla caſuū hu
manorum . Cyrum quem maxime greci laudibuſ celebrāt.
quid niſi longua uita ſicut magnū modo pompeium uertēti
prebuit fortune ? Recenſeam duces romanoſ nec omnes
omūm etatum ſed ipſoſ eoſ cum quibuſ conſulibuſ aut
dictatoribuſ alexandro fuit bellandum . M. ualeriū cor-
uū . c. martium rutilium ſulpitium . T. manlium torquatū.
Q. publium philonem . l. papiriūm curſorem . Q. fabium
maximum . duoſ decioſ . l. uolumniū . M. curtium . de-
inceps ingentes ſequūtur uiri : ſi punicum romano preuer-
riſſet bellum . ſeuioresq; in italiam traiecriſſet . Horū in quo
libet cum indoles eadem que in alexandro erat animi inge-
niiſq; tum diſcipline militaris iam unde ab initiis urbis tra
dita per manuſ in artus perpetuis preceptis ordinate modū
uenerat . Ita reges geſſerant bella . Ita deinde exactores re-
gum iunij ualerijq; . ita deinceps fabij . quinctij . ualerij ita
furiuſ camillus quem iuuenes hi quibuſ cum alexandro
dimicandum erat . ſenem uiderant . militaria opera pugnā
do obeunti alexandro . Nam ea quoq; haud minus clarum
faciunt . Ceſſiſſet uidelicet in acie oblatuſ par manliuſ tor-
quatuſ : aut ualeriuſ coruuſ inſignes ante milites q̄ duces

cessissent decij deuotis corporibus in hostem ruentes: cessisset pa
riuis cursor illo corporis robore illo animi? Victus esset consi
lijs iuuenis iuniis ne singulos nominem, senatus ille, quē ex
regibus constare dixit unus, qui ueram speciem romani senatus
cepit. Id uero erat periculum ne sollertius q̄ quilibet unus ex
his quos nominaui castris locum caperet. comeatus expedi
ret. ab imidijs pernoctaret. tempus pugne delegeret. aciem in
strueret. subsidijs firmaret. Nec cum dario rem esse dixisset.
quem mulierum ac spadonū agmen trahentem inter purpu
ram atq; aurum oneratum fortune siue apparatibus predā
uerius q̄ hostem nihil aliud q̄ bene ausus uana contemnere
incruentus deuicat. longe alius italie q̄ in die per quam
tenui lento agmine cōmeatus abundus incessit. ut sibi habitu
esset saltus apulie ac montes lucanos cernenti: et uestigia re
centia domestice cladis. ubi animalis cuius nuper et epyri
rex alexander absumptus erat. Et loquimur de alexandro
nondum meritō secundis rebus: quarum nemo intolerantior
fuit. qui si ex habitu noue fortune, nouaq; ut ita dicam inge
nij quod subiunctor induerat spectetur. Dario magis similis
q̄ alexandro. in italiam uenisset. et exercitum macedonem obli
tum degenerantemq; iam in persarum mores abduxisset. Refer
re in tanto rege piget superbam mutationem uestis: et desidera
tas humi iacentium adulationes etiam uictis macedonibus
graues. nedum uictoribus: et fœda supplicia, et inter uinū et
epulas cedes amicorum. et uanitatem mentiendi turpis. Quid si uini amor in dies fieret acrior? quid trux ac preferuida ira? Nec quicq̄ dubium inter scriptores refero. nullane
hec damna imperatorijs uirtutibus ducamus? Id uero periculum erat. quod leuissimi ex grecis, qui parthorum quoq; con
tra nomen romanum glorie fauent dictare solent. ne maie
statem nominis alexandri, quem ne fama quidem illis no
tum arbitror fuisse. sustinere non potuerit populus r. et

aduersus quam athenis in ciuitate fracta macedonū armis
cernente, tum maxime prope fumantes thabarum ruinas
concionari libere ausi sunt homines, id quod munimentus
orationum patet, aduersus eum nemo extam proceribus ro
manis uocem liberam missurum fuerit? Quantalibet ma
gnitudo hominis concipiatur animo. uniusque tamen magni
tudo ea hominis erit. collecta paulo plus decem annorum
felicitate. quam qui eo extollunt, quod populus r. et si non
nullo bello uictor multis tamen prelijs uictus sit. Alexan
dro nullius pugne non secunda fortuna fuerit, non intelli
gunt se hominis res gestas. et eius uuenis. cum populi ram
octingentesimū bellantis annū rebus conferre. Miramur si
cum ex hac parte secula plura numerentur, q̄ ex illa annī
plus in tam longo spatio q̄ in etate xiii. annorum fortūa
uariauerit. Quin tu hominis cum homine et ducis cū
duce: fortunam cum fortuna confers? Quid romanos du
ces nominem, quibus nunq̄ aduersa fortuna pugne fuit.
Paginas in annalibus magistratuū fastosq; percurrerelicet
consulum dictatorumq;, quorum nec uirtutis, nec fortune
ullo die populum r. penituit. et quo sint mirabiliores q̄ ale
xander aut quisq; rex, denos uicenosq; dies quidam dicta
turam. nemo plusq̄ annū consulatum gessit. A. tribunis
pl. delectus impediti sunt. post tempus ad bella icī. ante tem
pus comitiorum causa reuocati sunt. In ipo conatu rerum
circumegit se annus. college nunc temeritas, nūc pramitas
impedimento aut damno fuit. Male gestis rebus alterius
successum est. tironem aut mala disciplina institutum mi
litem accepit. At hercule reges non liberi solum impedimē
tis omnibus, sed domini rerum temporumq; trahunt cōsilijs
cuncta non sequuntur. Inuictus ergo alexander cum in
uictis ducibus bella gessisset. et eadem fortune pignora
in discrimen detulisset. imo etiam eo plus periculi subisse,

quod macedones unū alexandrum habuissent multis casi
bus non solum obnoxium, sed etiam offerentem se roma
nis multis fuissent alexandro uel gloria uel rerum magnitu
dine pares. quorum suo quisq; fato sine publico discrimīe
uiueret moreretur q;. Restat ut copie copijs comparentur
uel numero uel militum genere, uel multitudine auxiliorū.
Censebantur ciuis etatis lustris, ducenta quinquaginta mi
lia capitum. Itaq; in omni defectione sociorum latinino
minis urbano prope delectu decem scribebantur legiones
quaternis quinisq; exercitus sepe per eos annos in etruria ī
umbria gallis hostibus adiunctis, in samnio. in lucanis
gerebant bellum. Latium deinde omne cum sabinis et
uolscis et equis et omni campania et parte umbrie etruri
aq; et picentibus et marsis pelignisq; ac uestinis atq; apu
lis, adiuncta omni ora grecorum inferi maris, a thuriis
neapolim et cumas et inde antio atq; hostia tenus. Sam
nites aut socios ualidos romanis aut fractos bello ī uenisse
hostes. Ipē traiecisset mare cum ueteranis macedonibus nō
plus triginta milibus hominū et quatuor milibus equitū
maxime thessalorum. hoc enim roboris erat. Persas indos
q; et alias si adiunxisset gentes impedimentum magis q̄
auxilium traheret. Adde quod romanis ad manū domi
supplementum esset. alexandro quod postea hannibali ac
cidit alieno agro bellanti exercitus consenuisset. arma clipeꝰ
cetra: sarissaq; illis: Romano scutum maius corporis te
gumentum, et pilum non paulo q̄ hasta uehementius ictu
missuq; telum. statariusq; uterq; miles ordines seruās, sed il
la phalanx īmobilis et uniuus generis. Romana acies distin
ctior expluribus partibus constans: facilis partienti, quacū
q; opus esset. facilis iungenti. Iam in opere quis par roma
no miles? Q, ius ad tolerandum laborem melior? et uno
prelio uictus alexander bello uictus esset. Romanū quem

caudium quem canne non fregerunt fregisset acies. Ne
ille sepe etiam si prima prospere cuenissent. persas et in dos
et imbellem asiam quesisset et cum feminis sibi bellū fuisse
dixisset: quod egyri regem alexandrum mortifero uulnere
ictum dixisse ferunt: sortem bellorum in asiam gestorum
ab hoc ipso iuuene cum sua conferentem. Equidem cum per
annos quatuor et uiginti primo punico bello classibus certa
tum cum penis recordor uix etatem alexandri sufficturam
fuisse reor ad unū bellum. et forsitan cum et federibus uetu
stis iuncta res punica romanis esset. et tumor par aduersus
cōmunem hostem duas potentissimas armis iuris q; urbes ar
maret: et simul punico romanoq; obrutus bello esset. Non
quidem alexandro duce nec integris macedonū rebus sed ex
perti tamen sunt romani macedonem hostem aduersus anthi
ocum philippum perseum non modo cum clade sed ne cū peri
culo quidem suo. Absit inuidia uerbo: et ciuilia bella fileant
nūq̄ ab equite hoste: nunq̄ apedite. nunq̄ aperta acie: nunq̄
equis utiq; nunq̄ iniquis locis laborauimus. Equidē sagittas
saltus impeditos, ania cōmeatibus loca: grauis armis miles
timere potest: mille acies graviores q̄ macedonū q̄ alexandri
auertit auertetq; modo sit perpetuus huius qua uiuimus pacis
amor, et ciuilis cura concordie. Marcus follius inde et
l. plautius mox consules facti. Eo anno frementibus tam
nitiū populis de federe renouando, legati cum senatum hu
mi strati mouissent. reiecti ad populum, haud quaq̄ tam
efficaces habebant preces. Itaq; federe negato, uidute bienij
cum per aliquot dies fatigassent singulos precibus impetrate.
et ex apulia tranenses canusiniq; populationibus fessi. obsi
dibus l. plautio. cos. datis in deditionem uenere. Eodem ano
primū prefecti capuam creari cepti, legibus a. l. furio preto
re datis, cum utrumq; ipsi pro remedio egris rebus discordi
a intestina petissent. et due rome additi tribus ufentina ac

falerna. Inclinatis semd in apulia rebus. theatres quoq;
apuli ad nouos consules. C. iunium bubulcum. Q. emiliū
barbulam fedus petitum uenerunt. pacis per omēm apuliā
prestande populo r. auctores. id audacter spondendo impe
trauere ut fedus daretur. Neq; ut equo tamen federe, sed
ut in dicione populi r. essent. Apulia perdomita. Nam
tarento quoq; ualido oppido iunius potitus erat, i lucanos
perrectum. Inde repentino aduentu consulis emilij nerulū
ui captum. Et postq̄ res capue stabilitas romana disciplīa
fama per socios uulgauit: antiatibus quoq; qui se sine legib⁹
certis sine magistratibus agere querebantur. dati a senatu
adura statuenda ipsius colonie patroni. Nec arma modo,
sed iura etiam romana late pollebant. C. iunius bubulcus
et. Q. emilius barbula coss. exitu anni non consulibus a se
creatis. Sp. nautio et. M. popilio. Ceterum dictatori l. e
milio legiones tradiderant. Is cum l. fuluio magistro e
quitum satriculam oppugnare adortus rebellandi causa
samnitibus dedit. duplex inde terror illatus romanis. hic
samnis magno exercitu coacto ad eximendos obsidione lo
cos haud procul castris romanorum castra posuit. hinc sa
tricam magno cum tumultu patefactis repente portis in sta
tiones hostium meurrerunt. Inde pars utraq; spe alieni ma
gis auxilij q̄ uiribus fecta suis iusto mox prelio inito roma
nos urgeut. et quanq̄ anceps dimicatio erat. tamen utrinq;
totam aciem dictator habuit. quia et locum haud facilem ad
circumueniendum cepit et diuersa statuit signa infestior ta
men in erumpentes incessit nec magno certamine intra me
menia compulit. Tum totam aciem in samnites obuertit.
Ibi plus certaminis fuit. Victoria sicut sera ita nec dubia nec
uaria fuit. fusi in castra samnites extinctis nocte iquib⁹ tac
to agmine abeunt. et spe abiecta satricule tuende, plus iam
ipsi socios romanorum ut parem dolorem hosti redderent.

circumsidunt. Anno circũacto bellum deincepſ a dictato
re. Q. fabio geſtum eſt. Conſules noui ſicut ſuperiores rome
manſerunt. fabius ad accipiendum ab emilio exercitum ad
ſatricilam cum ſupplemento uenit. Neq: cum ſamnites
ad pliſtiam manſerant, ſed accitos a domo nouis militibus
multitudine fieri: caſtra eodem quo antea loco poſuerunt.
laceſſentesq: prelio romanos auertere ab obſidione conaban
tur. Eo intentius dictator in menia hoſtium uersus: id bel
lum nitebatur ducere quod urbem oppugnabat: ſecurior a ſa
nitibus agere ſtationibus modo oppoſitis ne qua in caſtra uis
fieret. eo ferocius adequitare ſamnites uallo, neq: otium pati.
et cum iam prope in portis caſtrorum eſſet hoſtis nihil conſilio di
ctatore. magiſter equitum. Q. aulius ceretanus magno tumul
tu cum omnibus turmis equitum eucctus ſubmouit hoſtem.
Cum inminime pertinaci genere pugne. ſic fortuna exercuit opes.
ut inſignes utrinq; clades. et clara ipſorum ducum ederet fu
nera. Primo ſamnitium imperator egre patiens quod tam fe
rociter adequitaſſet: inde ſe fundi fugariq; orando hortandoq;
equites prelium integrauit. In quem inſignem inter ſuos ciẽtẽ
pugnam magiſter equitum romanus infeſta cuſpide ita permu
nit equum. ut uno ictu examinem equo precipitaret. Nec ut
ſit ad ducis caſum perculſa magis q̃ turbata eſt multitudo. om
nes qui circa erant in aulium temere inuectum, per hoſtiũ tur
mas tela conieccrunt. fratri precipuũ decus ultu ſamnitiũ ĩpe
ratoris dederunt. is uictorem detractum ex equo magiſtrum
equitum plenũ meroris atq; ire trucidauit. nec multum abfuit.
quin corpore etiam quia inter hoſtiles ceciderat turmas ſam
nites poturentur. Sed extemplo ad pedes deſcenſum ab roma
nis eſt. coactiq; idem ſamnites facere. et repentina acies circa cor
pora ducum pedeſtre prelium iniit. Quo haud dubie ſuperat
romanus. recuperatumq; aulij corpus. mixta cum dolore leti
tia uictores in caſtra referunt. Samnites duce amiſſo, et per

equestre certamen tentatus uiribus omissa latricula quam ne
quicq̃ defendi rebantur ad plustre obsidionem rebantur ad
plustre obsidionem redeunt. utraq; paucos dies latricula roma
nus per deditionem. plustra per uim samnis potitur. Mutata
inde belli sedes est ad solam ex samnio apuliaq; traducte le
giones. Sora ad samnites defecerat interfectis colonis roma
norum. Quo cum primus romanus exercitus ad ulciscenda
ciuiũ necem recuperandamq; coloniam magnis itineribus per
ueniisset. sparsiq; per uias speculatores sequi legiones samni
tium: nec iam procul abesse alij super alios nuntiarent. obuiã
tum hosti: atq; ad lantulas ancipiti prelio dimicatum est.
Non cedes non fuga alterius partis. sed nox incertos uicto
res ne essent diremit. Inuenio apud quosdam aduersam
eam pugnam romanis fuisse: atq; in ea ceciduse. Q. aulium
magrm equitum substitutis in locum aulij. c. fabius magister
equitum. cum exercitu nouo a roma aduenit: et per premis
sos nuntios consulto dictatore ubi subsisteret quo ue tempo
re et qua ex parte hostem aggrederetur substitit occultus
ad omnia satis explorati consilijs. dictator cum per aliqt
dies post pugnam continuisset suos intra uallum. obsessi
magis q̃ obsidentis modo signũ repente pugne proposuit. et
efficacius ratus ad accendendum uirorum fortium animos
nullam alibi q̃m in semetipso cuiq̃ relictam spem. de magistro
equitum nouoq; exercitu militem celauit. et tanq̃ nulla nisi
in eruptione spes esse locis inquit angustis militer deprehẽ
nisi quam uictoria patefecerimus uiam nullam habemus.
stativa nra munimento satis tuta sunt. sed inopia eadem i
festa. Nam et arta omnia defecerunt unde subuehi come
atus poterant: et si omnes iumenta uelint iniqua loca sunt.
Itaq; non frustrabor ego uos castra hic relinquendo unque in
fecta uictoria sicut pristino die uos recipiatis armis muni
menta non munimentis arma tuta esse debent. Castra ha

brant repetantq; quibus opere est trahere bellum. Nos om̄
rerum respectum preterq̄ uictorie nobis absciadamus. ferte
signa in hostem. ubi extra uallum agmen excesserit, cast̄
quibus imperatum est incendant. damna ura militeś om̄
arca qui defecerunt populorum preda sarcientur. Eá ora
tione dictatoris que necessitatis ultime index erat milites
accensi uadunt in hostem: et respectus ipse ardentiū castro
rum quanq̄ proximis tantum. ita enim iusserat dictator
ignis est subditus. haud pariui fuit irritamentum. Itaq;
uidit ue cordes illati signa primo impetu hostium turbant:
et in tempore postq̄ ardentia procul uidit castra. magister
equitum. id conuenerat signum. hostium terga inuadit.
† ta circūuenti sāmnites qua potest quisq; fugam per diuersa
petunt. Fugiens multitudo in unū metu conglobata: ac sē
met ipām turba impedient in medio cesa. castra hostium
capta direptaq;. quorum preda onustum militem in ro
mana castra dictator reducit. haud quaq̄ tam uictoria
letum q̄ quod preter exiguam deformatam incendio par
tem cetera contra spem salua inuenit. Ad soram inde
reditum. nouaq; consules. M. petilius. c. sulpitius exercitū
a dictatore fabio accipiunt. magna parte ueterum militū
dimissa nouisq; cohortibus in supplementum adductis. Ce
terum cum propter difficilem urbis situm, nec oppugnā
di satis certa ratio inuiretur et aut tempore longinqua aut
precepsi periculo uictoria esset. Soranus transfuga clam ex
oppido profectus cum ad uigiles romanos penetrasset duci
se extemplo ad consules iubet. adductusq; traditurum se
urbem promittit. Visus inde cum quonam modo id presta
turus esset percontantes doceret. haud uana afferre perpe
tit, prope adiuncta menibus romana castra. ut sex. mil. ab
oppido remouerentur. fore ut minus intente in custodia
urbis diurne stationes ac nocturne uigilie essent. Ipse

n sequenti nocte sub oppido siluestribus locis cohortibus insi
dere iussit. decem milites delectos secum per ardua ac prope
inuia in arcem ducit. Pluribus q̄ pro numero uirorum imis
silibus telis eo collatis. ad hec saxa erant, et temere iacentia
ut fit in aspretis, et de industria etiam quo locus tutior
esset ab oppidanis congesta. Vbi cum constituisset roma
nos semitamq; angustam et arduam erectam ex oppido
in arcem ostendisset. Hoc quidem ascensu inquit nec tres
armati quamlibet multitudinem ui arcuerint. Vos et decē
numero et quod plus est romani, romanorumq; fortissimi
uiri estis: et locus pro uobis et nox erit, que omnia ex incerto
maiora territis ostentant. Ego iam terrore omnia implebo.
Vos arcem intenti tenete. Decurrit inde quanto maxime
poterat cum tumultu ad arma et pro uera fide ciues clami
tans. Arx ab hostibus capta est defendite, ite hec incedens,
principum foribus, hec obuiis, hec excurrentibus in publicū
paucis increpat. Acceptum ab uno pauorem plures per
urbem ferunt. trepidi magistratus missi ad arcem explo
ratoribus, cum tela et armatos tenere arcem multiplicato
numero audirent auertunt animos a spe recuperande arcis
fuga cuncta complentur. porteq; a semis omnibus ac ma
xima parte incrimibus refringuntur: quarum per unam
presidium romanū clamore excitatum irrupit: et concur
santes per uiam paucos cedit. Iam fora capta erat: cū cō
sules prima luce aduenere: et quos reliquos fortuna ex noc
turna cede ac fuga fecerat in deditionem accipiūt. Ex his
ccxxv. qui olim consentiū destinabantur. unde colonorū
cedis et defectionis auctores iunctos romam deducunt. r
Ceteram multitudinem in columem presidio posito fore red
quiūt. Qui romam deducti erant uirgis in foro cesi ac se
cure percussi summo gaudio plebis animis maxime interat:
tutam ubiq; que passim in colonias mitteretur multitudi

: nam esse:

nem esse. Consules a sora profecti in agros atq; urbes au
sonū bellum intulerunt Mota nanq; omīa. aduentu sām
nitium cum apud lautulas dimicatum est fuerant: conīu
rationesq; circa campaniam passim factę: Nec capua ipa
crimine caruit. quin romam quoq; et ad principum quos
dam uentum est. Ceterum ausonū gens proditione urbū.
sicut sora in potestatem uenit. Ausona minturne et uesti
na urbes erant: ex quibus principes iuuentutis duodecim
numero in proditione urbium suarum coniurati ad cōsu
les ueniūt. docent suos iam pridem exoptantes samnitium
aduentum: simul ad lautulas pugnatum audiere pro uictis
romanos habuisse: iuuentute armis samnitem iuuisse. fu
gatis inde samnitibus incerta pace agere. nec claudentes por
tas romanus ne accersant bellum: et obstinatos claudere, si ex
ercitus admoueatur in ea fluctuatione animorum opprimi
incautos posse. his auctoribus mota propius castra missiq;
eodem tempore circa tria oppida milites partim armati, i
qui occulti propinqua menibus insiderant loca. partim to
gati. tectis ueste gladijs qui sub lucem apertis portis urbes
ingrederentur. Abhis simul custodes trucidari cepti, simul
datum signum armatis ut ex insidijs concurrerent. Ita porte
occupate: tuaq; oppida eadem hora eodemq; consilio capta.
Sed quia absentibus ducibus impetus est factus nullus mo
dus cedibus fuit. delectaq; ausonū gens iux certo defectioīs
crimine, perinde ac si interneciuo bello certasset. Eodem
anno prodito hostibus romano presidio luceria samnitiū fcā.
Nec dum proditoribus impunita res fuit. haud procul inde ex
ercitus romanus erat: cuius primo impetu urbs sita īplano
capitur. lucerini ac samnites ad internitionem cesi. eoq; ira
processit. ut rome quoq; cum de colonis mittendis luceriam
consulerentur senatus. multi delendam urbem censerent. +
Preter odium quod exectabile in bis captos esset. longinquitas

quoq; abhorrere a tergandis tam procul a domo cunibus ire
tam infestas gentes cogebat. Vicit tamen sententia ut mitte
rentur coloni, ut duo milia et quingenti missi. Eodem a
no cum omnia infida romanis essent: capue quoq; occulte i
principum coniurationes facte. de quibus cum ad senatū
relatum esset. haud quaq; neglecta res. Questiones decrete
dictatoremq; questionibus exercendis dia placuit. C. menu
us dictus. Sp. M. folium magistrum equitum dixit. Ingens
erat magistratus cius terror. Itaq; siue timor, siue conscie
tie uis. calabios obuiū nouiūq; ea capita coniurationis fu
erant, priusq; nominarentur apud dictatorem mors haud
dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit. deinde ut questi
oni campane materia deesset. uersa romam interpretādo
reos, non nominatum qui capue, sed in uniuersos qui usq;
coissent coniurassent ue, aduersus populum r. queri sena
tum iussisse: et contiones honorum adipiscendorum cau
sa factas aduersus rem pu. esse. latioq; et re et personis
questio fieri. haud abnuente dictatore sine fine ulla q;
stionis siue iuris esse. Postulabantur ergo nobiles homines:
appellantibusq; tribunos nemo erat auxilio, quin nomina
recipierentur. Inde nobilitas, nec hi modo in quos crimen inte
debatur, sed uniuersi simul negare nobilium id crimen esse,
quibus si nulla obstrepit fraude, patet uia ad honorem ig
hominū nouorum. ipsos adeo dictatorem magistrumq; e
quitum reos magis q; questores idoneos eius criminis esse.
intellecturos ita id esse simul magistratu abissent. Tum eni
uero meminisse iam fame magis q; imperij memor progressus in
contionem ita uerba fecit. Et omnes ante acte uite uos
conscios habeo quirites. et hic ipse hon⁹ delatus ad me te
stis est innocentie mee. Neq; enim quod sepe alias quia tpa
postulabant. rei pu. qui bello clarissimus esset. sed qui ma
xime procul ab his contionibus uitam egisset dictator deli

gendus exceren dus questionibus fuit. Sed quoniam quidā
nobiles homines qua de causa uos existimare q̄ me pro ma
gistratu quicq̄ incompertum dicere mdus est primū ipās
expugnare questiones omni ope adnixi sunt. deinde postq̄
ad id parum potentes erant, ne causam dicerent un presidia
aduersariorum appellationem et tribunitium auxilium
patrumq; confugerē. Postremo repulsi inde adeo omīa tutiora
q̄ innocentiam suam purgarent usa, in nos uerterunt. & pri
uatus dictatorem poscere reum uerecundie non fuit. ut ōs
dij hoīesq; sciant ab illis etiam que non possunt tentari ne
rationem uite reddant: me obuiam ire crimini: et offerre
me inimicis reum. dictatura me abdico. Vos queso consu
les si uobis datum a senatu negotium fuerit, in me primū
et hunc. M. follium questiones exercetis. ut appareat in
nocentia mea nos non maiestate honoris tutos a criminatio
nibus istis esse. Abdicat se dictatura: et post eum confestim
follius magister equitum. primiq; apud consules. his enim
a senatu res mandata est, rei facti, aduersus nobilium testi
monia egregie absoluuntur. Publius etiam philo multipli
catis summis honoribus. post res tot domi belloq; gestas cer
tum inusus nobilitati causam dixit absolutusq; est. Nec
diutius ut fit, q̄ dum recens erat questio, per clara nomina
reorum uiguit. Inde labi cepit ad uiliora capita donec cō
tionibus factionibusq; aduersus quas comparata erat op
pressa est. Earum fama rerum magis tamen spe cāpane
defectionis in quam conjuratum erat. Samnites in apuli
am uersos, rursus ad caudium reuocauit. ut inde ex propī
quo si quis motus occasionem aperiret capuam romanis eri
perent. eo consules cum ualido exercitu uenerē. et primo
circa saltus cum utrusq; ad hostem iniqua uia esset cūctati
sunt: deinde samnites per aperta loca breui circuitu in loca
plana campanos campos agmen dimittunt. Ibiq; primū

castra in conspectu hostibus data. deinde leuibus prelijs eq
tum sepius q̄ peditum utrinq; periculum factum. Nec aut ad
uentus eorum, romanū. aut more quo trahebant bellum
pertrahat. Samnitium contra ducibus et capi paruis quo
tidie damnis, et senescere dilatione uires belli suas ue de
bantur. Itaq; in aciem procedunt. equitibus in cornua di
uisis quibus preceptum erat intentiores esse ad respectum
castrorum, ne qua eo uis fieret. cum ad pedium starent aci
em peditum tutam fore. Consulum sulpitius in dextro. petili
us in leuo cornu consistunt. dextra pars qua et samnites ta
ris ordinibus aut ad circumeundos hostes aut ne ipsi circu
uenirentur. constiterant latius patefacta stetit. Sinistris preter
q̄ quod confertiores steterant. repentino consulis petilij cōsilio
additi uires: qui subsidiarias cohortes que integre ad lōgi
oris pugne casus reseruabantur, in primam aciem extem
plo emisit. uniuersisq; hostem primo impetu turbus ipulit.
Commota pedestri acie samnitium eques in pugnam succe
dit. In hunc transuersō agmine inter duas acies se inferen
tem romanus equitatus concitat equos: signaq; et ordines
peditum atq; equitum confundit: donec uniuersam ab ea
parte auertit aciem. In eo cornu non petilius solum, sed sul
pitius etiam adhortator adfuerat, cui ectus ab suis nondum
conserentibus manū ad clamorem a sinistra parte primus ex
ortum. Vndehaud dubiam uictoriam cernens, cum ad
suum cornu tenderet. cum mille ducentis uiris dissimilē
ibi fortunam inuenit. romanos loco pulsos. uictorē hostem:
signa in petulsos inferentem. Ceterum omnia mutauit
repente consulis aduentus. Nam et conspectu ducis refec
tus est militum animus: et manus q̄ pro numero auxilium
aduenerant fortes uiri. et partis alterius uictoria audita
mox uisa etiam prelium restituit. Tota deinde iam uicere
acie romanus. et omisso certamine cedi capiq; samnites:

nisi qui male uentum cui nūc urbi beneuentum nomen est
perfugerunt. Ad xxx. milia cesa aut capta samnitiū pro
dimum memorie est. Consul egregia uictoria parta
protinus inde ad bouianum oppugnandum legiones ducūt.
¶ bicq; iberna egēr. donec anouis. coss. L. papirio cursore. quīti
.c. iunio bubulco. iterum nominatus dictator. c. petilius cū
M. follio magistro equitum exercitum accepit. Is cum audis
set arcem fregellanam ab samnitibus captam omisso bouia
no ad fregellas pergit. Vnde nocturna samnitium fuga sine
certamine receptis fregellis presidioq; ualido imposito in ca
pāniam reditum maxime ad nolam armis repetendam. ¶
C'o se intra menia sub aduentum dictatoris et samnitium
omnis multitudo et nolani agrestes contulerant. dictator
urbis situ circumspecto, quo apertior aditus ad menia esset
omnia edificia, et frequenter ibi habitatur, circūiecta mu
ris incendit. Nec ita multo post siue a petilio dictatore si
ue a .c. iunio cos. Nam utrunq; traditur, nola est capta.
Qui capte decus nole ad consulem trahunt: adijciunt atinā
et calatiam ab eodem captas. Petilium autem pestilentia
orta clauū figendi causa dictatorem dictum: suessam et
pontias eodem anno colonie deducte sunt. Suessa arrūco
rum fuerat. Volsci pontias insulam sitam in conspectu lit
toris siu incoluerant. et Linternam casinū. ut deduceretur
colonia. sic factum est. triūuiros creauere ac misere colo
norum quatuor milia. Insequenti anno. cos. M. ualerio.
P. decio profligato fere samnitium bello, priusq; ea cura dece
deret patribus romanis etrusca belli fama orta est. Nec
erat ea tempestate gens alia, cuius secundum galli cos tumul
tus arma terribiliora essent. tum propinquitate agri
tum multitudine hominū. Itaq; altero consule in sānio
reliquias belli persequente. P. decius qui grauiter eger ro
me restiterat, auctore senatu dictatorem c. iunium bubul

cum dixit. Is prout rei magnitudo postulabat omnes
iumoresq; sacramento adegit. Arma quoq; alia rei posce
summa industria parat. Nec tantus apparatibus ela
tus de inferendo bello agitat. quieturus haud dubie
nisi ultro arma etrusci inferrent. Eadem in compara
do cohibendoq; bello consilia et apud etruscos fuere. neu
tri finibus egressi. Et censura clara eo anno. ap. clau
dij. et. c. plautij fuit. Memorie tamen felicioris ad poste
ros nomen appij quod viam appiam muniuit, et aquā
in urbem duxit. Eaq; unus perfecit quia ob infamem
atq; invidiosam senatus lectionem, verecundia victus
collega magistratu se abdicauerat. Appius iam inde a
antiquitus insitam pertinaciam familie gerendo solus
censuram obtinuit. Eodem appio auctore potitij gens
cuius ad aram maximam herculis familiare sacerdoti
um fuerat, seruos publicos ministerij delegandi causa sol
lemnia cuius sacri docuerant: traditur deinde dictu me
morabile et quod de mouendis statu suo sacris religionē
afferre facile posset. Cum duodecim familie ea tempesta
te potitiorum essent. puberes ad triginta omnes intra an
nū cum stirpe extinctos. Nec nomen tantum potitiorum
interisse. sed censorem etiam appium memori deum ira
post aliquot annos luminibus captum. Itaq; consules
qui eum annū secum fuit. c. iunius bubulcus tertium
&. q. emilius barbula iterum iuuno anni questi apud
populum deformatum ordinem prava lectione senatus
quia potiores aliquot lectis preteriti essent. negauerunt
eam lectionem se qua sine recti pravique discrimine
ad gratiam et libidinem facta esset obseruaturos. et
senatum extimplo ceciderunt. eo ordine qui ante ceso
rem appium claudium. et. c. plautium fuerat. et duo impe
ria eo anno dari cepta per populum utraq; pertinentia ad

rem muliarem. Vnū ut tribuni militum seu et denī in
quatuor legiones a populo crearentur, que antea per q̄ꝑ
cus suffragio populi relictus. Iocus dictatorum et consulum
ferme fuerant beneficia. Tulere eam rogationem tribuni
plebis. l. attilius. c. martius. Alterum ut duūuiros na-
ualis classis ornande reficiendeq; causa idem populus iu-
beret. lator huius blebisciti fuit. M. decius tr. pl. Cuius de
animi rem dictu paruam pretereundam ni ad religionem ui-
sa esset pertinere. Tibicines quia prohibiti a proximis cen-
soribus erant in edem iouis uesci, quod tradituum antiquitus
erat. egre passi, tibur uno agmine abier̄: adeo ut nemo ī
urbe esset qui sacrificijs preesset. Cuius rei religio tenuit
senatum, legatosq; tibur miserunt. ut darent operam ut
ij homines romanis restituerentur. Tiburtini benigne pelli-
cti, primū accitos eos in curiam, hortati sunt ut ij reuerte-
rentur romam. Postq̄ perpelli nequibant. consilio haud ab-
horrente ab ingenijs hominū eos aggrediuntur. die festo alij
alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa ī-
uitant: et uino cuius auidum ferme genus est oneratos so-
piunt: atq; ita in plaustra iūctos conijciunt, ac romam de-
portant. Nec prius sensere. q̄ plaustris in foro relictis pleno
crapule eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus.
imperatoq; ut manerent: datum ut triduū quot annis or-
nati cum cantu atq; hac que nunc sollemnis est licentia
per urbem uagarentur. restitutumq; in edem uescendi ius his
qui sacris preessent. hec inter duorum ingentiū bellorū
curam gerebantur. Consules inter se prouincias partiti
t unio samnites. emilio nouū bellum etruria sorte euenit. In
samnio duuiani presidium romanū quia nequiuerant ui
capi obsessum fame in deditionem acceperant samnites.
uerberibusq; fedum in modum laceratos occiderant deditos.
huic infensius ceu deditati ciuitati. nihil antiquius oppugna

tione diuiana ratus quo die aggressus est menia ui cepit:
atq; omnes pubres interfecit. Inde uictor exercitus bouianū
ductus. caput hoc erat pentrorum samnitium longe diuis-
simū atq; opulentissimū armis uirisq;. Ibi quia haud tan-
tum uirorum erat spe predę milites accensi oppido potiuntur.
Minus itaq; seuitum in hostes est predę plus pne q̄ ex omni sam-
nio unq̄ egestum. benigneq; omnis militi concessa. et postq̄ pre-
potentem armis romanū. nec acie sustinere ulle. nec castra
nec urbes poterant omniū principum in samnio eo cure sunt
intente ut insidijs quererentur locus: si qua licentia populando
effusius exercitus excipi ac circūueniri posset. transfugę agre-
stes et captiui quidam parś fortę parś consilio oblati congru
entia ad consulem afferentes. que et uera erant, pecoris
uum ingentem in saltum auiū compulsam esse, perpulerūt
ut predatum eo expedite ducerentur legiones. Ibi ingens ho-
stium exercitus uinera occultus insederat. et postq̄ intrasse
romanos audit saltum repente exortus cum clamore ac tu
multu incautos inuadit. et primo noua res trepidationē
fecit dum arma accipiunt sarcinas in medium congerūt.
Deinde postq̄ ut quisq; librauerat se onere aptauerat q; armis
ad signa undiq; coibant. et notis ordinibus inueterem di
sciplinam militię iam sine precepto ulliuś sua sponte struc-
batur acies. Consul ad anceps maxime pugnam aduc
tus desilit ex equo. et uocem martemq; atq; alios testatur.
deos se nullam suam gloriam inde, sed predam militi que
rentem in eum locum deuenisse. neq; in se aliud q̄ nimiam
ditandi ex hoste militis causam reprehendi posse, ab eo se
dedecore nullam rem aliam q̄ uirtutem militum uindica
turam. conmittentur modo uno agmine omnes uadere
hostem uictum acie castris exutum nudatum urbibus. i
ultimam spem furto insidiarum tentantem: et loco non ar
mis fretum. sed quem esse iam uirtuti romane inexpugna

bilem locum: fregellana arx foranaq; et ubicunq; iniquo
successium erat loco memorabantur. hiis accensis miles oīm
immemor difficultatum uadit aduersus imminentiū hostiū
aciem. Ibi paululum laboris fuit: dum in aduersum diuiū
erigitur agmen. Ceterum postq̄ prima signa planitiem
summam cepēr. sensitq; atq; equo se iam stetisse loco. uersus
extemplo est terror in insidiatores: easdemq; latebras quib
us sepaulo ante texerant palati atq; inermes fuga repetebā
ant. Sed loca difficilia ab hoste quesita, ipsos cum sua frau
de impediebant. Itaq; ergo perpaucis effugium patuit. ✠
Cesa ad uiginti milia hominū. uictorq; romanus ad obla
tam ultro ab hoste predam pecorum discurrit. Dum
hec geruntur in samnio. iam omnes etrusce populi preter
aretinos ad arma ierant. ad oppugnandum sutrium
que urbs socia romanis uidit claustra etrurie, erat ingēs
orti bellum. eo alter consulum emilius cum exercitu ad
liberandos obsidione socios uenit. Aduentibus roma
nis sutrini commeatus benigne in castra ante urbem posi
ta aduexere. Etrusci diem primum consultando ma
turarent. traherent ne bellum traduxēr. Postero die ubi ce
leriora q̄ tutiora consilia magis placuere ducibus, solet or
to signum pugne propositum est armatiq; in aciem proce
dunt. Quod postq̄ consuli nunciatum est extemplo ies
seram dari iubet ut prandeat miles. firmatisq; cibo uiribo
arma capiat. dicto paretur. Consul ubi armatos paratos
q; uidit. signa extra uallum proferri iussit: et haud procul
hoste instruxit aciem. aliq̄diu intenti utrinq; steterunt
expectantes ut ab aduersariis clamor et pugna incaperet. et
prius sol meridie se inclinauit q̄ telum hinc aut illinc emis
sum est. Inde ne infecta re aburetur clamor ab etruscis ori
tur. concinunt tube et signa inferuntur nec segnius ab ro
manis pugna initur. concurrunt infensis animis. numero

hostiũ uirtute romanus superat. anceps prelium multos u
trinq; et fortissimũ quenq; absumit. nec prius inclinata
res est q̃ secunda acies romana in pruna acies fuit. anteci
gnani circaq; omnes ceciderẽ. Nullo unq̃ prelio fuge mi
nus nec plus cedis fuisset ni obstinatos mori tuscos consul
et nox texisset. ita ut victores prius q̃ uicti pugnandi finẽ
facerent. Post occasum solis signũ receptui datum est. Nec
te ab utroq; in castra reditum. Nec deinde quicq̃ eo ãno
rei memoria digne apud suessium gestum est: quia et ex
hostium exercitu tota prima acies deleta uno prelio fuerat,
subsidiarijs modo relictis unde quod satis esset ad castrorũ
presidium: et apud romanos tantum uulnerum fuit, ut
plures post prelium saucij decesserint q̃ ceciderant in acie.
Q. fabius insequentis anni consul bellum ad suessium excep.
C ollega fabio. c. martius rutilus datus est. Ceterum et fa
bius supplementum a roma abduxit. et nouus exercitus
domo actus etrusci uenit. Permulti iam anni erant.
cum inter patricios magistratus tribunosq; milla certamĩa
fuerant, cum ex ea familia que uelut fatalis cum tribunis
ac plebe erat certamen oritur. Appius claudius censor, cu
cũ alios decem et octo mensibus quod emilia lege finitum
censure spatium temporis erat: cum c. plautius collega eius
magistratu se abdicasset, nulla ui compelli ut se abdicaret
potuit. P. sempronius erat. tr. pl. qui finiendo censure
intra legitimũ tempus actionem susceperat: non popula
rem magis q̃ iustam. nec in uulgus q̃ optimo cuiq; gratiorẽ.
† s cum identidem legem emiliam recitaret, auctoremq; eius
mamercum emilium dictatorem laudibus ferret: qui
quinquennalem ante censuram. et longinquitate pote
statem dominantem intra sex mensium et anni coeguis
spatium. dic age dum inquit appi claudi. quid nam fa
cturus fueras, si eo tempore quo c. furius et M. geganius

censores fuerunt, censor fuisset? Negauit appius interroga
tionem tribuni magnopere ad causam pertinere suam.
Nam etsi tenuerit lex emilia cos censores, quorum in ma
gistratu lata est, quia post illos censores creatos eam legē
populus iussisset, quodq; postremū iussisset id ius ratum
q; esset. Non tamen aut se aut eorum quenq̄ qui post
eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege
potuisse. hec sine ullius assensu camill ante appio. est
hic inquit quiritis illius appij progenies, qui decemuir
in annū creatus altero anno seipse creauit. tertio nec ab
se nec abullo creatus priuatus fascis et imperium obtinu
it. Nec ante continuando abstitit magistratu q̄ obtue
rit cum male parta: male gesta male retenta imperia.
Hec est eadem familia quiritis, cuius ui atq; iniuriis cōpul
si exorres patria sacrum montem cepistis. hec aduersꝰ
quam tribunitium auxilium uobis comparastis. hoc p
ter quam duo exercitus auentinum insedistis. hec q̄
fenebres leges. hec que agrarias semper impugnauit. + feneratorias
Hec cōnubia patrum et plebis interrupit. hec plebi ad cu
rules magistratus uter obsepsit. hoc est nomen multo q̄
tarquiniorum infestius uestre libertati. Ita netandem
appi claudi cum centesimus iam annus amamerco e
milio dictatore, tot censores fuerint nobilissimiq; et for
tissimi uiri, nemo eorum duodecim tabulas legit. nemo
id ius esse quod postremo populus iussisset scīpt. imo os
tenuerint. et ideo emilie potius legi paruerint q̄ illi anti
que, qua primū censores creati erant, qua hanc postre
mam iusserat populus. et qua ubi due contrarie leges
sunt semper anti quam abrogat noua. An hoc dicis appi
non teneri emilia lege populum an populum teneri, te
nuū ex legem esse. Tenuit emilia lex uolentes illos cēsores
M. furium et M. geganiū. qui quicquid iste magistratus

in re.pu. male facere posset indicar. Cum ira finite potesta
tis mamercum emilium principem etatis siue bello domiq;
clarium fecerunt. tenuit deincepſ omnes censores intra l
ertum annorum spatium tenet. c. plautium collegam tuū
hysdem auspitijſ eodem iure creatum. an hunc non ut q
optimo iure censor creatus esset populus creauit? Tu un⁹
eximius es in quo hoc precipuū ac singulare ualeat. Si q
quem tu regem sacrificiorum creeſ amplexus regni nomē,
ut qui optimo iure rex rome creatus sit creatum se dicere?
quem semestri dictatura, quem interregno quinq; diez
contentum fore putes, quem clauigendi aut ludorum
causa dictatorem audacter creeſ? quis stolidos ac secor
des iuderi creditis eos qui intra ingesimū diem ingentib⁹
rebus gestis dictatura se abdicauerunt? aut qui uitio crea
ti abierunt magistratu? Quid ego antiquia repetam?
Nuper intra decem annos. c. menius dictator, quia cum
questiones seuerius q̄ quibusdam potentibus tutum erat
exerceret. contagio cuius quod querebat criminis ipsi ob
iecta ab inimicis est: ut priuatus obuiam iret crimini
dictaturā se abdicauit. Nolo ego ante istam modestiam
ne degenerauerit a familia imperiosissima et superbissi
ma. non die non hora cuius q̄ necesse est magistratu abie
rit. modo ne excedat finitum tempus: satis est diem aut
mensem censure adijcere. triennio inquit et sex menses ul
tra q̄ licet emilia lege censuram geram et solus geram. hec
quidem iam regno simile est. An collegam subrogabis, que
ne in demortui quidem locum subrogari fas est. Penitet
enim quod antiquissimū sollemne et solum ab ipso cu
fit institutum deo a nobilissimis antistitibus cuius sacri ad
seruorum ministerium religiosus censor deduxisti. Ecs
antiquior originibus urbis huius hospitio deorum imor
talium sancta, propter te ac tuam censuram intra annū

ab stirpe extincta est. nisi uniuersam r. publicam co nsulari
o obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus.
Vrbs colustro capta est. quo demortuo collega . c. iulio cesore.
L. papirius cursor ne aburet magistratu . M. cornelium malu
guensem collegam subrogauit. et quanto modestior illius
cupiditas fuit, q̃tua appi . nec solus nec ultra finitum le
ge tempus. l. papirius censuram gessit. tamen neminem
inuenit, qui se postea auctorem sequeretur. Omnes dein
ceps censores post mortem censoris college se magistratu
abdicauere . te nec quod dies exijt censure. nec quod colle
ga magistratu abijt. nec lex nec pudor cohercet : uirtutẽ
in superbia in audacia in contemptu deorum hominũ q;
ponis. Ego te appi claudi pro istius quem magistratus ma
iestate ac uerecundia gessisti . non modo manu uiolatum
sed ne uerbo quidem unquam mentiori a me appellatum uellẽ.
sed et hec que adhuc egi pernicaria tua et superbia coegit me
loqui . et nisi emilie legi parueris in uinculis duci iubebo. Nec
cum ita comparatum a maioribus sit ut comitijs censorijs
nisi duo confuerint legitima suffragia, non renuntiante al
tero comitia differantur. Ego te qui solus censor creari nõ
possis solum censuram gerere non patiar. Hec talia q; cum
dixisset prendi censorem et in uinculа duci iussit. Appio
bantibus sex tribunis actionem college, uti appellanti ap
pio auxilio fuer, summaq; omnium ordinũ solus
censuram gessit. Dum ea rome geruntur, iam sutrium
ab etruscis obsidebatur. consuliq; fabio uni montibus du
centi ad ferendam opem socijs tentandaq; munitionem si
qua posset. acies hostium instructa occurrit. Quorũ
ingentem multitudinem cum ostenderet subiecta late
planities, consul ut loco paucitatem suorum adiuuaret
deflexit paululũ in cliuos agmen: aspreta erant strata sa
xis. inde signa in hostem obuertit. Etrusci oĩm preterq̃

multitudinis sue, qua sola fieri erant īmemores prelīi īe
unt: adeo raptim et aude ut abiectis missilibus, quo ce
lerius manus conserercent stringerent gladios uadentes in
hostem. Romanus contra nunc tela nunc saxa, quibus
cos affatim locus ipe armabat ingerere. Igitur scuta ga
leeq; icte, cum etiam non uulnerauerant turbarent. neq;
subue erat facile ad propriorem pugnam. neq; missilia ha
bebant quibus eminus rem gererent. Stantes et expositos
adictus cum iam satis nihil tegeret. quosdam etiam pede
referentes fluctuantemq; et instabilem aciem. reintegrato
clamore structis gladijs hastati et principes inuadunt. ⁊
E'um impetum non tulerunt etrusci. uersisq; signis fuga effu
sa castra repetunt. Sed equites romani prouecti per obliq
campi cum sẽ fugientibus obtulissent, omisso ad castra itu
nere montes petunt. Inde inermi prene agmine ac uexato uul
neribus in siluam ciminiam penetrant. Romanus mul
tus milibus etruscorum cesis, duodequadraginta signis ⁊
militaribus captis castris etiam hostium cum ingenti preda
potitur. Tum de persequendo hoste agitari ceptum. Sil
ua erat ciminia magis tum inuia atq; horrenda q̃ nup
fuere germanici saltus. nulli ad illam diem ne mercato⁊
quidem adita eam intrare, haud fere quisq̃ preter ducem
ipsum audebat. alijs omnibus cladis caudine nondū memo
ria aboleuerat. Tum ex his qui aderant consulis sciter
M fabium cesonem. alij. c. claudium quidam matre cadẽ qua
consulem genitum tradunt. speculatum se iturum profes⁊
breuiq; omnia certa allaturum. Cere educatus apud hospi
tes, etrusca inde litteris eruditus erat. linguam q; etrusca
probe nouerat. habeo auctores uulgo tum romanos pueros
sicut nunc grecas, ita etruscas litteris eruditi solitos, sed p
pulus est uero precipuū aliquid fiuisse in eo qui se tam au
dacī simulatione hostibus immiscuerit. Seruus unus ex

dicatur comes fuisse nutritus una: eoq; haud ignarus lin
gue eiusdem. Nec quicq̃ aliud proficiscenti, q̃ summatim
regionis que intranda erat naturam ac nomina principũ
in populis accipere. Ne qua interloquia insigni nota hes
tantes deprehendi possent. iere pastorali habitu agrestib⁹
telis, falcibus cesisq; binis armati. Sed neq; cõmercium
lingue. nec uestis armorunq; habitus sic eos texit q̃ quod
abhorrebat a fide quemq̃ externũ. ciminios saltus intra
turum. usq; ad camertes umbros penetrasse dicuntur. Ibi
qui essent fateri, romanũ ausum: introductumq; i senā
tum, consulis uerbis egisse de societate amicitiaq;. Atq; in
de comi hospitio acceptum. nũtiare romanis iussum, com
meatum exercitui dictum. xxx. presto fore si ea loca intras
sent. iuuentutemq; camertium umbrorum in armis para
tam imperio futuram. Hec cum relata consuli essent ipe
dimentis prima iugis a premissis legionibus post impedimẽ
ta ire iussis, ipse subsistit cum equitatu. et luce orta postera
die obequitauit stationibus hostium que extra saltum di
spositi erant, et cum saltus diu tenuisset hostem in castra se
se recepit. portaq; altera egressus ante noctem agmen asse
quitur. Postero die luce prima iuga ciminij montis tene
bat. Inde contemplatus opulenta etrurie arua mulcet
emittit. ingenti iam abacta preda tumultuarie agrestiũ
etruscorum cohortes repente a principibus regionis eius
concitate romanis occurrunt: adeo incomposite, ut mundi
cet predarum prope ipsi prede fuerint. Cesis fugatisq; his
late depopulato agro victor romanus opulentusq; omniũ
rerum copia in castra redit. Eo forte quinq; legati cũ
duobus tribunis uenerant denũtiatum fabio senatus uerbe
ne saltum ciminiũ transiret. letati seruisse q̃ ut impedire
bellum possent uenisse nuntij uictorie romam reuertũtur.
Hac expeditione consulis motum latius erat q̃ profligatum

bellum .nastationem nanq; sub cuiuŋ montis radicibus la
cens ora senserat: concucratq; indignatione non ciuile mo
do populos, sed umbre finitima. traq; quantus non antea
unq̃ exercitus ad sitrium uenit. Neq; e silui tantū modo
promota castra-sed etiam amditate dimicandi q̃ primū in cā
pos ddata acies. deinde instructa primo suo stare loco relicto
hostium ad instruendum contra spatio. dein postq̃ detracta
re hostem sensere pugnam ad uallum sitrunt. Vbi postq̃ sta
tiones quoq; receptas intra munimenta sensere, clamor repē
circa ducis ortus ut eo sibi e castris cibaria cuis diei deferri
iuberent: mansuros se sub armis, et aut nocte aut certe pri
ma luce castra hostium inuasuros. Nihilo quietius roma
nus exercitus imperio ducis continetur. Decima erat fere
diei hora cum cibum capere cōmilitones iubet. precipit
ut in armis sint: qua cunq; diei noctis ue hora signū dede
rit. paucis milites alloquitur: samnitium bella extollit: elo
uat etruscos. nec hostem hosti, nec multitudinem multitudi
comparandam ait. Esse preterea telum aliud occultum:
scituros in tempore, interea tacere opus esse. His ambagib
prodi simulabat hostes: quo animus militum multitudine
territus restitueretur. et quod sine munimento consederant
ueri similius erat quod simulabatur. Curati cibo corpora q
ete dant, et quarta fere uigilia sine tumultu excitati arma
capiunt. dolabre calonibus diuiduntur ad uallum pro
uendum fossasq; implendas. intra munimenta instruū
acies. delecte cohortes ad portarum exitus collocantur.
dato deinde signo paulo ante lucem, quod estiuis noctibo
sopite maxime quietis tempus est prorupto uallo erūpit
acies, et stratos passim inuadit hostes, alios immobiles alti
os semisōnes in cubilibus sius maximam partem ad arma
trepidantes cedes oppressit. Paucis armandi se datum spa
tium est. eos ipsos non signum certum non ducem sequētes

cōsul milites

fundit romanus. fugatos equos persequitur. ad castra ad
silvas diversi tendebant. silve tutus dedere refugium. Nā
castra in campis sita eodem die capiuntur. Aurum argētū
q; referri iussum ad consulem. cetera preda militis fuit. Ce
sa aut capta eo die hostium milia ad sexaginta. Eam tam
claram pugnam transcuminiam silvam ad perusiam pu
gnatum auctores quidam sunt: metuq; in magno ciuita
tem fuisse ne interclusus exercitus tam infesto saltu coorti
undiq; etruscis umbrisq; opprimeretur. Sed ubicunq; pu
gnatum est, res romana superior fuit. Itaq; a peruria et
cortona et arretio que ferme capita etrurie populorum ea
tempestate erant, legati pacem fedusq; a romanis petentes
indutias in triginta annos impetrauerunt. Dum hec
in etruria geruntur. consul alter. C. martius rutilus al
tas de sammitibus in cepit. Multa alia castella uiciq; aut
deleta hostiliter aut integra in potestate uener. Per idem
tempus et classis romana a. P. cornelio quem senatus mari
time ore prefecerat in campaniam acta. Cum appulsa po
pulos esset, socij inde navales ad depopulandum agrum
nucerinū profecti. proximis raptim vastatis unde redi
tus ad naues esset. dulcedine ut fit predę longius progres
si exuere hostes. palatis per agros nemo obuius fuit. cū
occasione occidi possent. redeuntes agmine incauto. haud
procul navibus asseruit agrestes exuerunt preda partem
etiam occider. que superfuit cedi trepida multitudo ad
naues compulsa est. Profecto. O fabij transcuminia
silvam, quantum rome terrorem fecerat tam leta fama
in samnium ad hostes tulerat. Interclusum romanū exerci
tum obsideri cladisq; imaginem furculas caudinas mē
rabant. Eadem temeritate auidam ulteriorum semper
gentem in saltus inimos deductam septam non hostiū
magis armis q̄ locorum iniquitatibus esse. Tam gaudiū

mundia quadam miscebatur quod bellu romanu decusa
samnitibus fortuna ad etruscos auertisset. Itaq; armis i
uirisq; ad obterendum. c. martium conciuit. Protinus
inde etruriam per marsos ac sabinos petiturum. Si martius
dimicandi potestatem non faciat. obuius his consul fiu
it. dimicatum utrinq; prelio atroci atq; incerto est euen
tu: et cum accepsa cedes fuisset, aduersa tamen rei fama
in romanos asscitit: ob amissos quosdam equestris or
dinis tribunosq; militum atq; unu legatum. et quod
insigne maxime fuit: consulis ipsius uulnus. ob hec e
tiam aucta fama ut solet. ingens terror patres inuasit.
Dictatorem dia placebat. Nec quin cursor papirius di
ceretur, in quo tum summa rei bellice ponebatur, dubi
um cuiq; erat. Sed nec in samniu nutu perferri omnibo
infensis tuto posse. nec uiuere martiu consulem satis fide
bant. Alter consul fabius infestus priuatim papirio erat.
que ne ira obstaret bono publico, legatos ex consularium
numero mittendos ad eum senatus censuit. qui sua quo
q: cum non publica solum auctoritate monerent, ut
memoriam simultatium patrie remitteret. Profecti
legati ad fabium, cum senatus consultum tradidisset.
adiecissentq: orationem conuenientem mandatis: con
sul demissis in terram oculis, tacuisse ab incepto, qdna
cturus esset legatus recessit. Nocte deinde silentio ut
mos est. t. papirium dictatorem dixit. Cui cum ob
animu egregie uictum legati gratias agerent. Obsti
natum silentium obtinuit, ac sine responso et sine me
tione facti sui ita legatos dimisit, ut appareret insig
nem dolorem ingenti comprimi animo. Papirius
iuniu bubulcum magistrum equitum dixit. atq; ei
legem curiatam de imperio ferenti, triste omen diem dif
finit. qua id faciat curia quod fancia curia fuit principiu

oppremedu

duabus insignis cladibus capte scilicet urbis et caudine
pacis: quod utroq; anno eiusdem curie fuerat principiū.
Maccr licinius tertie etiam cladis que ad cremeram acce
pta est. abhominandam eam curiam facit. Dictator
postero die auspiciis repetitis pertulit legem et profectus
cum legionibus ad terrorem traductum siluam cimini
am exercitus, miper scriptus ad longulam peruenit, acce
ptisq; a martio cos. ueteribus militibus in aciem copias edu
xit. Inde nec hostes detractare nisi pugnam. Instructos
deinde armatosq; cum ab neutris prelium inciperet nox
oppressit. Quieti aliquandiu nec sine diffidentes animis
nec hostes spernentes statiua ipropinquo habuere. Interea
res in etruria geste. Nam cum umbrorum exercitu acie
depugnatum est. finis tamen magis q̄ cesi hostes, qui acce
ptam acriter non tolerarunt pugnam. et ad uadimonis
lacum etrusca lege sacrata, coacto exercitu, cum iur iurā
dum legisset quantis nunq̄ aliis antea simul copiis simul ani
mis dimicarunt. tantoq; uarium certamine gesta res est.
ut ab neutra parte emissa sint tela. gladiis pugna cepit
et acerrime commissa ipso certamine. quod aliquandiu
anceps fuit accusa est. ut non cum etruscis tocies ductis:
sed cum aliqua noua gente uideretur dimicatio esse. Ni
hil ab ulla parte mouetur fuge. Cadunt antesignani: et
ne uideantur propugnatoribus signa. fit ex secunda pri
ma acies. ab ultimis deinde subsidijs. cietur miles. adeo
q; ad ultimū laboris periculiq; uentum est. ut equites ro
mani obmissis equis ad proximos ordines peditum per
arma per corpora enaserint. Eā uelut noua inter fessos
exorta acies turbauit signa etruscorum. Secuta deinde
impetum eorum. ut cunq; affecta, cetera multitudo, tan
dem perrupit ordines hostium. tunc iuncta pertinacia cep
ta. et auerti manipuli quidam. et ut semel dedere terga

etiam certiorum capescere fugam. Ille primū dies fortuna
uetere habundantes etruscorum fregit opes. Cesum ī acie
quod roboris fuit. castra eo impetu capta direptaq;. Pa
ri subinde periculo gloriaq; euentu bellum in samnitibus
erat. qui preter ceteros belli apparatus ut acies sua fulgere
nouis armorum insignibus fecer. duo exercitus erant. scu
ta alterius auro alterius argento celauere. forma erat scu
ti: ad summū latius q̄ pectus atq; humeri teguntur. fastigi
o equali ad unū cuneatior mobilitatis causa. spongia pecto
ri tegmentum. et sinistrum crus cerea tectum. galee crista
te que speciem magnitudim corporum addebant. tunice au
ratis militibus uersicolores. argentatis lintee candide. bis
dextrum cornu datum illi in sinistro consistunt. Notus
iam romanis apparatus insignū armorum fuerat. doctiq;
ab ducibus erant. horridum militem esse debere. non cela
tum auro et argento. sed ferro et animis fretum. quippe il
la predam uerus q̄ arma esse. intenta ante rem. deformia
inter sanguinem et uulnera. uirtutem esse militis decus.
et omnia illa uictoriam sequi. et ditem hostem q̄us pauper
is uictoris premiū esse. his cursor uocibus instructos mili
tes in prelium ducit. dextro ipse cornu consistit. sinistro prefe
cit magistrum equitum. simul est concursum ingentes fu
re cum hoste certamen: non segnius inter dictatorem et ma
gistrum equitum. ab utra parte uictoria inceperit. Prior for
te iuuenis commouit hostem leuo cornu sacratos more sam
nitium milites. coq; candida ueste et paribus candore armis
insignes. esse orco macta re iuuenis dictitans. cum intulis
set signa. turbant ordines. et haud dubie impulit aciem.
Quod ubi sensit dictator. a leuo cornu ne uictoria incipet ī
quit. et dextrum cornu dictatoris acies. alienam pugnam
sequetur. non partem maximam uictorie trahet. concitat
milites. nec pedituum uirtuti equites aut legatorum studia

ducabus cedunt.

ducabus ccdunt. M. valerius adextro . P. decius a leuo cor
nu ambo consulares ad equites in cornibus positos cucbun
tur. adhortatiq; eos ut partem capiscerent secum decoris in
transuersa latera hostium incurr. his uoluis additus terror
cum ex parte utraq; circumnasissent aciem et ad terrorem
hostium legiones romane reintegrato clamore intulissent
gradum . Tum fuga a samnitibus cepta . tam strage hoīz
armorumq; insignīū campi repleri. et primo pauidos sam
nites castra sua acceperc. deinde nec ea quidam retenta: ca
ptis diuptisq; ante noctem iniectus ignis. dictator exse
natus consulto de samnitibus triumphauit. cuius triūpho
longe maximam speciem captiua arma prebuere. tantum
magnificentie usum in his ut aurata scuta dominis argen
tariorum ad forum ornandum diuderentur. Inde natū
initium fori ornandi dicitur ab edilibus cum tense ducerent.
Et romani quidem ad honorem deum insignibus armis ho
stium usi sunt. Campani a superbia et odio samnitiū gla
diatores quod spectaculum inter epulas erat eo ornatu ar
marunt: samnitumq; nomine compellarunt. Eodem
anno cum reliquis etruscorum ad perusiam que et ipā īdu
ciarum fidem ruperat fabius consul nec dubia quidem nec
difficili uictoria dimicat. Ipsum oppidum nam ad menia
uictor accessit. cepisset ni legati dedentes urbem exissent.
P residio perusie imposito legationibus etrurie amicitiam pe
tentibus. pre se romam ad senatum misit consul prestan
tiore etiam q̄ dictator uictoria triumphans urbem est in
uectus. Q uinetiam deuictorum samnitiū decus ma
gna ex parte ad legatos . P. decium et. M. valerium est uer
sum: quos populus proximis comitijs ingenti consensu alte
rum consulem alterum pretorem declarauit. fabio ob eg̃
gie perdomitam etruriam continuatur consulatus. decius
collega datus ualeriusq; pretor quartum creatus. Cōsules

partiu prouintias. etruria decio samnitī fabio euenit: qui profectus ad nuceriam alfaternam, cum pacem petentes quod uti ea cum daretur noluissent. aspernatus eam oppugnando ad deditionem subegit. Cum samnitibus acie dimicatum, haud magno certamine hostes uicti. Neq; eius pugne memoria tradita foret, ni marsi eo primum prelio cum romanis bellassent. secutu marsorum defectionem peligni eandem fortunam habuer. decio quoq; alteri consuli secunda belli fortuna erat. tarquiniensis metu subegerat frumentum exercitui prebere, atq; inducias in q̄ traginta annos petere. Vulsinensium castella aliquot ui cepit. quedam ex his diruit, ne receptaculo hostibus essent. Circumferendoq; passim bello tantum terrorem fecit ut nomen omne etruscum, fessus a consule peteret. ac de eo nihil quidem impetratum, indutie annue date. stipendium exercitui romano ab hoste in cum annū pensum. et bime tunice in militem exacte: ea merces inducierum fuit.

Tranquillas res cum etruscis turbauit repentina defectio umbrorum gentis integre a cladibus belli. nisi quod transitum exercitus ager senserat, bi concitata omni iuuentute sua et magna parte etruscorum ad rebellionem compulsa. tantum exercitum fecerant ut relicto post se in etruria decio ad oppugnandam inde romam uturos magnifice de se ac contemptim de romanis loquentes iactarent. Quod inceptum eorum ubi ad decium cos. perlatum est ad urbē ex etruria magnis itineribus contendit. et in agro pupiniensi ad famam intentus hostium consedit. Nec rome spernebatur umbrorum bellum: et ipse mine metum fecerant. expertis gallicam cladem q̄us tutam urbem incoleret. Itaq; legati ad fabium cos missi sunt: ut si quid laxamenti a bello samnitium esset. in umbriam properet exercitum duceret. dicto paruit consul magnisq; itineribus ad mevaniam ubi tu

copie umbrorum erant perrexit. Repens aduentus cōsu
lis quem procul umbri in samnio bello alio occupatum credi
derant. ita exterruit umbros ut alij recedendum ad urbes
munitas, quidam omittendum bellum censerent. Plaga
una matrinam ipsi appellant. non continuit modo ceteros
in armis, sed confestim ad certamen egit. castra uallantem
fabium adorti sunt. Quos ubi effusos ruere in muni
menta uidit consul. reuocatos milites ab opere, prout loci
natura tempusq; patiebatur instruxit. cohortatusq; predi
catione uera qua in tuscis, qua in samnio partorum decō
rum, exiguam appendicem etrusci belli conficere iubet: et
uocis impie penas expetere: qua se urbem romanam oppug
naturos minati sunt. hec tanta sunt alacritate militum au
dita, ut clamor sua sponte ortus loquentem interpellauerit
ducem. Ante imperium deinde ante concentum tubarum
ac communi cursu effuso in hostem feruntur. Non tanq̄m
uiros aut armatos incurrunt, mirabilia dictu: signa pri
mo eripi cepta signiferis deinde ipsi signiferi trahi ad con
sules armatiq; milites ex acie in aciem transferri: et sicubi
est certatum sauius magis q̄ gladijs geritur res. umbonibus
incussaq; ala sternuntur hostes. plus capitur hominum
q̄ cedunt. atq; una nox ponere arma uictorum per totā
feruit aciem. itaq; inter ipsum certamen facta deditio est
a primis auctoribus belli. Postero insequentibusq; diebo
et ceteri umbrorum populi deduntur. Otriculani sponsi
one in amicitiam recepti. fabius alienę sortis. uictor bel
li in suam prouinciam exercitum reduxit. itaq; ea ob
res tam feliciter gestas sicut priore anno populus conti
nuauerat consulatum ita senatus in sequenti anno. q̄
appius claudius. l. volumnius consules fuerunt prorogauit
maxime appio aduersante imperium. appium cę
sorem petisse consulatum: comitiaq; eius al. furio tribu

no.pl. interpellata. donec se censura abdicauit in quibꝫ
dam annalibus reperio. Creatus consul. cum collega no
uū bellum salentini hostes decernerentur rome mansit.
ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus pe
nes alios esset. uolumniū prouincie haud penitus: multa
prelia secunda fuit. aliquot urbes hostium ui cepit: prede
erat largitor, et benignitatem per se gratam comitate adiu
uabat: militemq; his artibus fecerat, et periculi et laboris
auidum. Fabius procōs. ad urbem alifas cū samnitiū
exercitu signis collatis confligit, minime ambigua res fuit,
fusi hostes atq; in castra compulsi: nec castra forent retenta
in exiguum superfuisset diei. ante noctem tamen sunt cir
cunsessa. et nocte custodita ne quis dabi posset. Postero
die uix dum luce certa, deditio fieri cepta: et pacti qui sā
nitium forent ut cum singulis uestimentis emitterentur. hi
omnes sub iugum missi: secus samnitium, nihil cautū. ad
septem milia sub corona uenere. Q̄ cum se ciuitate her
nicum duxerat. seorsum in custodiam habitus. Cōsōlis
fabius romam ad senatum misit. et cum quesitum esset
de lecti an uoluntarij pro samnitibus aduersus romanos
bellassent. per latinos populos custodiendi dantur. Iussiq; eā
integram rem non consules. P. cornelius aruina. martius
emilius. hi enim iam creati erant. ad senatum referre. id e
gre passi hernici. concilium omniū populorum habentibus
anagninis in circo qui maritimū uocant. preter alatrinatē
ferentinatemq; et uerulanū omnes hernici nominis popu
lo.r. bellum indixerunt. In samnio quoq; quia discesse
rat inde fabius non motus exorti, calatia et sora prelidia
q; que in his erant expugnata. et in captiuorum corpora
militum fede seuitum. Itaq; co. P. cornelius cum exercitu
missus: martio nouo hostes iam enim anagninis. hernī
cisq; aliis bellum inferre erat decernuntur. Primo ita oīa

opportuna loca hostes inter consulum castra intercepr̄: ut
pernadere expeditus nūtius non posset. et per aliquot dies
incerti rerum omniū suspensiq; : cum de statu alterius inter
q; consul ageret: romamq; ut metus manaret: a deo ut omn̄s
uiniores sacramento adigerentur: atq; ad subita rerū dno
mitti scriberentur exercitus. Ceterum hernicum bellum neq̄
q̄ pro presenti terrore ac uetustate gloriae fuit: nihil usq̄ di
ctu dignum. ausi. trinis castris infra paucos dies exuti. tri
ginta dierum indutias: ita ut ad senatum romam legatos
mitterent pacti sunt. bimestri stipendio frumentoq; et sagu
lis in militem tunicis. absenatu ad martium reiecti. cui sena
tus consultum permissum de hernicis erat: Hsq; eam gentem
in deditionem accepit. Et in samnio alter consul superior
uribus locis impeditior erat. omia ituera opsederant hostes
saltusq; peruios ceperant. ne qua subitis cōmeatus possent.
neq; cos cum quotidie signa in aciem consul proferret du
cere ad certamen poterat. satisq; apparebat. neq; samnitem
certamen presens. nec romanum dilationem belli laturum.
aduentus martij qui hernicis subactis maturauit collegę
uenire auxilio. moram certaminis hosti ademit. Nam ut
qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent.
pares. comūgi utiq; passi duos consulares exercitus nihil
crederent superesse spei. aduentientem incomposito agmine
martium aggrediuntur. Raptim conlatę sarcine in me
dium. et prout tempus patiebatur instructa acies. Clamor
primū in statiua perlatus deum conspectus procul puluis tu
multum apud alterum consulem in castris fecit. Hsq; cōfe
stim arma capere iussis raptimq; eductis in aciem militibo
transuersam hostium aciem atq; alio certamine occupatā
inuadit. clamitans sūmū flagitium fore. si alterum exercitū
utriusq; uictorie compotem sinerent fieri. nec ad se sui belli
uendicarent decus. Qua impetum dederat perrumpit: aciē

q: per mediam in castra hostium tendit, et uacua defensoribꝰ
capit: atq: incendit. Q ue ubi flagrantia martianus miles
conspexit. et hostes respexere, tum passim fuga cepta samni
tium fieri. sed omnia obtinet cedes. nec in ullam partem
tutum perfugium est. Iam triginta milibus hostium cesis
signum receptui consules dederant: colligebantq: in unū
copias, inuicem inter se gratantes, cum repente uise procul
hostium noue cohortes: que in supplementum scripte fue
rant integrauere cedem. in quas nec iussu consulum nec
signo accepto uictores uadunt, malo tirocinio imbuendū
samnitem clamitantes. Indulgent consules legionū ardori,
ut qui probe scirent nouū hostium militem: inter percul
sos fuga ueteranos. nec tentando satis quidem certaminis
fore. Nec eos opinio fefellit. Omnes samnitium copie ne
teres noueq: montes proximos fuga capiunt: eo et romana
erigitur acies. Nec quicq̄ satis tuti loci uictis est: et de uigis
que ceperant funduntur. tamq: una uoce omnes pacem pete
bant. Tum trium mensium frumento imperato et annuo
stipendio ac singulis in militem tunicis, ad senatum pacis
oratores missi. cornelius in samnio relictus martius de her
nicis triumphans in urbem redit: statuaq: equestris in foro
ei decreta est, que ante templum castoris est posita. her
nicorum tribus populis, alatrinati, uerulano, ferentinati.
qua nihil maluerunt q̄ ciuitatem, siue leges reddite. conu
bium q: inter ipsos quod aliquandiu soli hernicorum ha
buerunt permissum. Anagninis quiq: arma romanis
intulerant. ciuitas sine suffragij latione data: concilia cō
nubiaq: adempta. et magistratibus preterq̄ sacrorū cura
tione interdictum. Eodem anno edes salutis a.c. iunio bu
bulco censore locata est: quam consul bello samnitico uouerat:
ab eodem collega q: eius. M. valerio maximo uie per agros
publica impensa facte. et cum carthaginensibus eodem

anno fedus tertio renouatum. legatisq: eorum qui ad id
uerant comiter munera missa. Dictatorem idem annꝰ
habuit. P. cornelium scipionem: cum magistro equitum.
P. decio mure. ab his propter que creati erant comitia consula
ria habita. quia neuter consulum potuerat bello abesse: cre
ati consules. L. postumius. M. minutius. hos consules.
piso. Q. fabio et P. decio suggerit biennio exempto. quo
claudium nolumniumq: et cornelium cum martio consules fcos
tradidimus. memorie ne fugerit in annalibus digerendis.
an consulto binos consules falsos ratus transcenderit. incer
tum est. Eodem anno in campum stellatem agri cāpa
ni samnitium incursiones facte. Itaq: ambo consules in
samnium missi. cum diuersas regiones. tifernum postumius.
bouianum minutius petissent. postumij prius ductu ad tifer
num pugnatum. Alij haud dubie samnites uictos ad uigin
ti milia hominum capta tradunt. Alij marte equo di
scessum: et postumium metum simulantem. nocturno iti
nere clam in montes copias abduxisse hostes secutos du
o milia inde locis munitis. et ipsos consedisse. Consulut
statuia tuta copiosaq; et ita erant petisse uiderentur. post
q̄ et munimentis castra firmauit. et omnia pro apparatu
rerum utilium instruxit. relicto firmo presidio de uigi
lia tertia qua duci proxime potest. expeditas legiones ad
collegam et ipsum aduersus alios sedentem ducit. Ibi au
ctore postumio minutius cum hostibus signa confert. et
cum anceps prelium in multum diei processisset. tum po
stumius integris legionibus. defessam iam aciem hostium
improuiso inuadit. Itaq; cum lassitudo ac uulnera: fu
gam quoq: prepedissent occidione occisi hostes. Signa
militaria uiginti capta. atq; inde ad castra postu
mij perrectum. ibi duo uictores exercitus. percussum iā
fame hostem adorti fundunt fugantq;. Signa militaria

sex et uiguti capta. et imperator samnitum statiuf cellinf mlt
tiq; alij mortalef. et castra utraq; capta: et bouianū ubi poste
ro die oppugnari ceptum, breui capitur: magnaq; gloria rerū
gestarum consulef triumphar. M iuuentum consulem grauem
cum uulnere relatum in castra mortuū quidam auctoref
sunt: et M. fuluiū in locum eius consulem suffectum. et ab
eo cum ad exercitum minuendj missus esset bouianū captum.
Eo anno fora arpinū censenia recepta a samnitibus. Hercu
lis magnum simulacrum in capitolio positum dedicatumq;
est. P. sulpitio autericone. P. sempronio sopho consulibus.
samnitef seu finem seu dilationem belli quaerentef legatof de
pace romam misēr. Q uibus supplicater agentibus responsū
est nisi sepe bellum parantes pacem petissent. samnitef oratio
ne ultro citroq; habita de pace transigi potuisse. Nunc quū
uerba uana ad id locorum fuerint rebus standum esset.
P sempronio consulem cum exercitu breui in samnio fore.
C um ad bellum pacem ne inclinent animi falli non posse
comperta omnia senatui relaturum. decedentem ex samnio
consulem legati sequentur. Eo anno cum pacatum samnū
exercitus romanus benigne prebito commeatu peragrasset
fedus antiquū samnitibus redditum. Ad equos unde ue
teref hostef. eternum per multos annos sub spe uin fide pacis
quietos. uersa. arma romana: quod incolumi hernico nomīe
miserant simul cum his samnitibus auxilia. et post hernicos
subactos uniuersa propegens sine dissimulatione consilij i
publici ad hostes desciuerat. et postq; icto rome cum sānitu
bus federe fecialef uenerant res repetitum, tentationem audāt
esse. ut terrore incusso belli romanos sefieri paterentur. O d'
quanto per optandum foret hernicos docuisse cum quibus
liceret legef suas romane ciuitati preoptauerint. O uibo
legendi quod mallent copia non fuerit, pro pena necessariam
ciuitatem fore. ob hec uulgo in consilijs iactata. populus. r.

bellum fieri equus iussit. Consules ambo ad nouū profecti
bellum .quatuor milia a castris hostium consederunt. equo
rum exercitus fuit qui suo nomine per multos annos imbelles e
gissent .tumultuario simulus. sine ducibus certus sine imperio
trepidare. alius excundum in aciem: alij castra tuenda cēset.
Mouet plerosq; uastatio futura agrorum . ac deinceps cū leuib⁹
presidijs urbium relictarum excidia . Itaq; postq̄ inter mul
tas sententias unaq̄ omissa cura cōmunium ad respectū su
arum quenq; rerum uertisset audita ut prima uigilia duū
si e castris ad deportanda omnia: tuendasq; membus in ur
bes abirent . Cuncti eam sententiam ingenti assensu acce
pere. Palatis hostibus per agros prima luce romani signis r
prolatis in aciem consistunt. et ubi nemo obuius ibat. ple
no gradu ad castra hostium tendunt. Ceterum postq̄ ibi ne
q; stationes pro portis neq; quenq̄ in uallo nec fremitum con
suetum castrorum animaduertēr. insolito silentio metu
insidiarum subsistunt. transgressi deinde uallum cū deser
ta omnia inuenissent, pergunt hostem uestigijs sequi. sed ue
stigia in omnes eque ferentia partes. ut inde lapsis passim.
primo errorem faciebant. Post per exploratores compertis
hostium copijs ad singulas urbes circumferendo bello. unū &
quadrāginta oppida intra dies quadraginta omīa oppu
gnando ceperunt. Quorum plera q; diruta atq; incensa: t
nomenq; equorum prope ad internitionem delectum. de e
quis triumphatum. exemploq; eorum cladis fuit ut mar
runcim marsi pelignum feretanū imitarent romam oratores
pacis petende amicitieq; .his populis fedus petentibus datū.
Eodem anno. CN. flauius signim filius scriba patre liberti
no humili fortuna ortus ceterū callidus uir et facundus
edilis curulis fuit. Inuenio in quibusdam annalibus cū ap
peteret edilis fieri neq; eius atribubus acciperetur nomē. quia
scriptum faceret tabulam posuisse. et iurasse se scriptum

non facturum: quem aliquanto ante desisse. scriptum fa
cere. arguit macer licinius tribunatu ante gesto, triũmra
tibusq; nocturno altero, altero colonie deducende. Cetez
id quod haud discrepat, contumacia aduersus contemp
nentes humilitatem suam nobiles certauit. ciuile ius
repositum in penetralibus pontificum euulgauit fastos
q; circa forum in albo proposuit ut quando lege agi pos
set sciretur. eidem rõcordie in arca uulcani sistima inui
dia nobilium dedicauit. Coactusq; consensu populi. r
cornelius barbatus pontifex maximus uerba preire.
cum more maiorum negaret nisi consulem aut impe
ratorem posse templum dedicare. Itaq; ex auctoritate
senatus latum ad populum ne quis templum aram uel
iussu senatus aut tribunorum plebi partis maioris de
dicaret. haud memorabilem rem nisi ut documentum
sit aduersus superbiam nobilium plebeie libertatis referã.
Ad collegam egrum uisendi causa flauius cum uenisset
consensuq; nobilium adolescentium qui ibi assidebant
assurrectum ei non esset. curulem afferri sellam eo uis
sit. ac sede honoris sui arcto[s] inuidia inimicos spectaut.
Ceterum flauiũ dixerat edilem forensis factio. Appij clau
dij censure uires nacta qui senatum primus libertinor
filijs lectis inquinauerat: et postea q̃am lectionẽ nemo
ratam habuit. nec in curia adeptus erat quas parauerat
opes urbanas humilibus per omnes tribus diuisit, fo
rum et campum corrupit. tantumq; flauij comitia
indignitatis habuerunt, ut pleriq; nobilium anu
los aureos et falcatas deponerent. Appium claudium
censorem libertinorum filijs senatorum ordinẽ posu
isse. Ex eo tempore in duas partes discessit ciuitas. Aliud
integer populus fautor et cultor bonorũ aliud forensis fa
ctio tenebat. donec Q. fabius et p. decius censores facti.

et fabius simul concordie causa: simul ne humillimorū
in manu comitia essent omnem forensem turbam excre
tam in quatuor tribus conecit: urbanasq; eas appellauit.
A deoq; tam rem acceptam gratis animis ferunt: ut maxi
mi cognomen, quod tot victoriis non poterat. hac ordi
nū temperatione pareret. Ab eodem institutum dicitur,
ut equites idibus quintilibus transuecherentur.

T. LIVII. AB. VRBE. CONDITA. LIBER. NONVS. EXP
LICIT. INCIPIT. LIBER. DECIMVS. FELICITER.

VCIO. GENVTIO. SERVIO. CORNELIO.
consulibus ab externis ferme bellis otium
fuit. Soram atq; albam colonie deducte.
albam in equos tria milia colonorum scrip
ta: sora agri volsci fuerat sed possederant samnites eo. qua
tuor milia hominū missa. Eodem anno arpinatibus trebu
lanisq; ciuitas data. frusinates tertia parte agri damnati:
quod hernicos ab eis solicitatos compertum est. Capitaq:
coniurationis questione ab consulibus ex senatus consulto
habita uirgis cesi ac securi percussi. tamen ne prorsus bel
lum agerent annū, parua expeditio in umbria facta est: et
quod nuntiabatur ex spelunca quadam excursiones arma
torum in agros fieri. In eam speluncam penetratum cū sig
nis est. et ex eo loco obscuro multa uulnera accepta. maxiē
q; lapidum ictu. donec altero specus eius ore. nam perui
erat, inuento, utrecq; fauces congestis lignis accense. Ita ity
fumo ac uapore ad duo milia armatorum ruentia nouissi
me in ipsas flammas dum euadere tendunt absumpta sūt.

Marco lutio dentrice.c. camilio. coss. remitegratum equorū bellū
est: coloniam egre patrentes uelut arcem suis finibus impositā
summa ui expugnare adorti. ab ipsis colonis pelluntur. Cete
rum tantum rome terrorem fecere. qua nec credibile erat tā
affectis rebus solos per se equos ad bellum coortos. ut tumultu
cuius causa dictator diceretur. c unius bubulcus ii cum. M.
ticinio magistro equitum profectus. primo congressu equos
subegit. ac die octauo triumphans in urbem cum redisset
eidem salutis quam consul uouerat. censor locauerat dicta
tor dedicauit. Eodem anno classis grecorum cleomi
no duce lacedemonio ad italie littora appulsa thuriasur
bem in salentinis cepit. Aduersus hunc hostem consul emi
lius missus prelio uno fugatum compulit in naues. thurie
reddite ueteri cultori: salentinoq; agro pax parta. humum
bubulcum dictatorem missum in salentinos in quibusda
annalibus inuenio: et cleominū prunq; confligendum esse
cum romanis italia decessisse. Circumuectus inde brundu
sij promontorium mediog; sinu adriatico, uentis latus cū
leua importuosa italie littora, dextra illurij liburni et hystri,
gentes fere et magna ex parte latrocinijs maritimis infames
terrarunt. penitus ad littora uenetorum peruenit. Ibi expo
situs paucis qui loca explorarent. cum audissent tenue preten
tum littus esse, quod transgressis stagna a tergo sint utrigu
a tribus maritimis. agros haud procul proximos campestres
cernit. ulteriora collis uideri esse ostium fluminis prealtu
quo circumagi naues in stationem tutam uidisse. mediatus
amnis erat. eo inuectam classem subire flumine aduerso uis
sit. graues summas nauiū non pertulit. alueus fluminis in
leuiora nauigia transgressa multitudo armatorū. ad fre
quentes agros tribus maritimis patauinorū uicis colenti
bus eam oram peruenit. Ibi egressi presidio leui naubus
relicto, uicos ui expugnant: inflammant tecta. hominū

pcudumq: predaſ agunt. et dulcedine predandi longuiſuſ
q: a nauibuſ procedunt. Hec ubi patauium ſunt nuntiata.
ſemper autem eoſ in armis accole galli habebant. in duaſp
teſ uniuerſitatem diuidunt. Alteram in regionem qua effuſa
populatio nuntiabatur. alteram ne cui predonum obuia fie
ret, altero itinere ad ſtationem nauiū. milia autem. xiiii.
ab oppido abeſſant ducta: in naues paruaſ priuſ cuſtodib⁹
intemptiſ impetuſ factuſ: territiq: nauis cogunturnaues
in alteram ripam amniſ traijcere. et interea proſperum eq:
in palatos predatoreſ prelium fiuerat: refugientibuſq: ad
ſtationem grecis ueneti obſiſtunt. Ita in medio circumuēti
hoſtes celiq: parſ capti claſſem indicant: regemq: cleomi
nū tria milia abeſſe. inde captuuſ proximo uico in cuſtodi
am datuſ. parſ fluuiatiles naues ad ſuperanda uada ſtag
norum apte planiſ aluei fabricataſ. parſ captiua nauī
gia armatiſ complent: profectiq: ad claſſem immobiles
naues, et loca ignota pluſq̄ hoſtem timentes circūiadūt.
fugientesq: in altum ac nuſq̄ repugnantes uſq: ad oſtium
amnis perſecuti. captiſ quibuſdam incenſiſq: nauib⁹ hoſti
um quaſ trepidatio in uada intulerat: uictores reuertuntur.
Cleominiſ uix quinta parte nauiū incolumi, nulla regiōe
maris adriatici proſpere adita diſceſſit. Roſtra nauium
ſpoliaq: grecorum, in edeonis ueteri fixa. Multi ſuperſūt
qui uiderunt patauii monumentū naualiſ pugne. eo die
quo pugnatum eſt, quot anniſ ſollemni certamine nauī
um flumine in oppidi medio exercetur. Eodem anno ro
me cum ueſtinis petinibuſ amicitiam ictum eſt fediſ. de
inde multiplex exortuſ terror. etruria rebellare ab ar
tinorum ſeditionibuſ motu orto nuntiabatur. Vbi cui
um licinū genuſ prepoteuſ, diuitiarum inuidia pelli armiſ
ceptum. ſimul marſos agrum intueri unquem colonia
carſeoli deducta erat. quatuor milibuſ hominū ſcriptiſ.

I taq; propter eos tumultus dictus .M. ualerius maximꝰ
dictator magistrum equitum sibi legit .M. emiliū pau
lum. id magis credo q̄. o. fabium ea etate atq; eis hono
ribus ualerio subiectum. Ceterum ex maximi cōmuni
cognomine ortum errorem haud abnuerim. Profectus
dictator cum exercitu prelio uno marsos fundit. Cōpul
sis deinde in urbes munitas milioniam pleginam fresilu
am intra dies paucos cepit et parte agri mulctatis marsis
fedus restituit. Tum in etruscos uersum bellum: et cum
dictator auspiciorum repetendorum causa profectus roma
esset. magister equitum pabulatum egressus ex insidijs cir
cumuenitur: signisq; aliquot amissis feda militum cede ac
fuga in castra compulsus est. Q. in terror non eo tantū
a fabio abhorret quod si qua alia arte cognomen suū equa
uit: tum maxime bellicis laudibus: sed etiam quod memor
papiriane seuitie: nunq̄ ut dictatoris mussu dimicaret ad
duci potuisset. Nuntiata ea clades romam maiorem q̄ res
erat terrorem excitat. Nam ut exercitu deleto ita institui
indictum: custodie in portis uigilie incatum ſacte: arma te
la in muros congesta. Omnibus iunioribus sacramento a
dactus dictator ad exercitum missus. Omnia spe tranquil
liora et composita magistri equitum cura castra intuiorē
locum reducta: cohortes que signa amiserant extra uallū
sine tentorijs destitutas inuenit. exercitum audum pugne
quo maturius ignominia aboleretur. Itaq; confestim cast̄
inde in agrum rufellanū promouit: eo et hostes secuti i
quanq̄ ex bene gesta re. sūmam et in aperto certamine ui
rium spem habebant: tamen insidijs quoq; quas feliciter
experti erant hostem tentant: tecta semiruta uiei per ua
stationem agrorum deuisi haud procul a castris roma
norum abeunt. Ibi abditis armatis pecus in conspectu
presidij romani cui preerat. CN. fuluius legatus ppulsū

ad quam illicebram cum moueretur nemo a romana sta
tione. pastorum unus progressus sub ipsas munitiones,
inclamat alios cunctanter a ruinis uici pecus propellens,
quid cessarent cum per media castra romana tuto agere
possent. hec cum legato ceritis quidam interpretarentur:
et per omnes manipulos militum indignatio ingens esset:
nec tamen iussu mouere auderent: iubet peritos lingue
attendere animū pastorum sermoni agresti an urbano p
pior esset. Cum referrent sonū lingue et corporis habitū
et nitorem cultiora q̄ pastoralia esse. Ite igitur dicite īqt
detegant ne quicq̄ conditas insidias, omnia scire romanū:
nec magis iam capi dolo q̄ armis uici posse. hec ubi audi
ta sunt, et ad eos qui consederant in insidijs perlata. con
surrectum repente ex latebris est: et in patentem et cōspec
tum undiq; campum prolata signa. uti à legato maior
acies q̄ que assuo presidio sustineri posset. Itaq; propere ad
dictatorem auxilia accitum mittit. Interea ipse impetū
hostium sustinet. nuntio allato dictator signa ferri ac
sequi iubet armatos. sed celeriora prope omnia imperio
erant. Rapta extemplo signa armaq; et uix ab impetu
et cursu tenebantur. Cum ira ab accepta nuper clade
stimulabat. tum concitatior incidens clamor ab incre
scente certamine urgentq; alij alios: hortanturq; signi
feros ut otius cant. Quo magis festinantes uidet
ire dictator eo impensius retentat agmen: ac sensim īce
dere iubet. Etrusci contra principio exorti pugne, omīb
copijs aderant: et super alios alij nuntiant dictatori oīs
legiones etruscorum capessisse pugnam. nec iam a suis re
sisti posse. et ipse cernit ex superiori loco, in quanto dis-
mine presidium esset. Ceterum satis fretum esse etiaz
nunc tolerando certamini legatum. Nec se procul abē
periculi uindicem. q̄ maxime uult fatigari hostem ut

integris adoriatur uiribus fessos. quanq̃ lente procedunt
iam tamen ad impetum capiendum equiti utiq; modicum
erat spatium. Prima incedebant signa legionũ nequid
occultum aut repentinũ hostis tumeret: sed reliquerat int'
ualla inter ordines peditum. qua satis laxo spatio equi
premitti possent. Pariter sustulit clamorem acies. & imis
sus eques libero cursu in hostem inuehitur. ĩ cõpositisq; ad
uersus equestrem procellam subitum pauorem effundit.
taq; prope serum auxilium iam prene circũuentis. ita uni
uersa requies data est. integri accepere pugnam. nec ea ip
sa longa aut anceps fuit. fusi hostes castra repetunt. in
ferentibusq; iam signa romanis cedunt: et in ultimam
castrorum partem conglobantur. haerent fugientes ĩ an
gustijs portarum. pars magna aggerem uallumq; conscẽ
dit. si aut ex superiori loco tueri se aut superare aliqua et
euadere posset. forte quodam loco male densatus agger põ
dere superstantium in fossam procubuit: atq; ea cum deos
pandere uiam fugae conclamassent plures inermes q̃ arma
ti euadunt. Hoc prelio fracte iterum etruscorum uires. &
pacto annuo stipendio. et duũ mensium frumento impe
rato permissum a dictatore ut de pace legatos mitterẽt
romam. pax negata: indutie biennij date. dictator tri
umphans in urbem redijt. Habro auctores sine ullo me
morabili prelio pacatam a dictatore etruriam esse. se
ditionibus tantum armorum compositis: et hiemo ge
nere cum plebe in gratiam reducto. consulem ex dicta
tore factum. M. valerium non petentem. atq; adeo etiã
absentem creatum tradidere quidam. et per interregem ea
comitia facta. Id uni non ambigitur consulatum cum
apuleio pansa gessisse. Marco ualerio. et. Q. apuleio
coss. satis pacate foris res fuere. Etruscum aduersa bel
lis et indutie quietum tenebant. Samnitem multorũ

amorum cladibus domitum. haud dum federis nouu pe
nitebat. Rome quoq; plebem quietam et exoneratam de
ducta in colonias multitudo prestabat. Tamen ne undi
q; tranquille res essent. certamen inceptum inter primores
ciuitatis patritios plebeiosq; a tribunis pl. Q. et CN. omi
nijs qui undiq; crimina dorum patrum apud plebem oc
casionibus quesitis postq̄ alia frustra tentata erant: eam
actionem susceperunt. qua non infimam plebem accende
rant sed ipsa capita plebis consulares triumphalesq; ple
beios: quorum honoribus nihil preter sacerdotia que nō
dum promiscua erant deessent. Rogationem ergo pro
mulgarunt: ut cum quatuor augures quatuor pontifices
quinq; augures de plebe omnes allegerentur. Quem ad
modum ad quatuor augurum numerū nisi morte du
orum id redigi collegium potuerit non inuenio: cū iter
augures constet imparem numerū debere esse: ut tres an
tique tribus ramnensis ticiensis luceres. suū quoq; au
gurem habeant. Aut si pluribus sit opus pari inter se nu
mero sacerdotes multiplicent: sicut multiplicati sunt cū
ad quatuor quinq; adiecti .viii. numerum ut trini in
singulas essent expleuerunt. Ceterum qui a de plebe alle
gebantur iuxta eam rem egre passi patres quam secundum
consulatum uulgari uiderent: simulabant ad deos id ma
gis q̄ ad se pertinere. Ipsos uisuros ne sacra sua polluantur:
ad se optare tantum ne qua in re pu. clades ueniat. Mi
nus autem tetendere. assueti tali genere certaminū uici.
et cernebant aduersarios non id quod olim uix speraueri
affectantes magnos honores: sed omnia iam in quorum
spem dubiam erat certatum. tamen adeptos multiplices
consulatus censuras q: et triumphos. Certatum tamen su
adenda dissuadenda q: lege inter. ap. claudiū maxime
ferunt et inter. P. decium murem. Quicum cadē fer

me de iure patrum ac plebis que pro lege licinia quondā
contraq: dicta erant: cum plebeijs consulatus rogabatur
differuisset retulisse dicitur decius se decij patris sui spe
ciem, qualem eum multi qui in contione erant uiderāt,
mānctum gabino cultu super telum stantem quo se ha
bitu pro populo ac legionibus romanis deuouisset. Tū
P. decium consulem purum piumq: dijs immortalibus
uisum eque ac si T. manlius collega eius deuoueretur.
eundem P. decium qui sacra publica populi r: faceret.
legi rite non potuisse. Id esse periculum ne suas preces mi
nus audirent dij q̄ appij claudij. Castius cum sacra pri
uata facere, et religiosius deos colere q̄ se. O uicem penite
re uotorum que rei. pu. causa nūcupauerunt. tot cōsu
les plebeij, tot dictatores, aut ad exercitus euntes, aut
inter ipā bella. Numerarentur duces eorum annorum
quibus plebeiorum ductu et auspicio res gesta cepte sī.
Numerarentur triumphi. Iam ne nobilitatis sue quidē
plebeios penitere. Pro certo habere, si quod repens bellum
oriatur, nonplus spei fore senatu populoq: r. in patritijs
q̄ in plebeijs ducibus. O uicd cum ita se habeat, cui deo
rum hominū ue indignū uideri potest inquit. eos uiros
quos uos sellis curulibus. toga pretexta tum ca palma
ta et toga picta, et corona triumphali laureaq; hono
ratus. quorum domos spolijs hostium affixis insigne
inter alias feceritis. Pontificalia atq; auguralia insig
nia aducere. qui iouis optimi maximi ornatu decora
tus curru aurato uectus in capitolium ascenderit. Is
conspiciatur cum capide ac luteo capite uelato cū uic
timam cedet, augurium ue ex arce capiet. cuius ima
ginis titulo consulatus censuraq; et triumphus equo a
nimo legentur, si auguratum aut pontificatum adiecerī
tis non sustinebunt legentium oculi. Equidem pace

dixerim deum cos nostram popul.r. beneficio esse spero
qui sacerdotijs non minus reddamus dignationem nra ho
nores q̃ acceperimus. et deorum magis q̃ mra causa expe
tamus, ut quos priuatim colimus publice colamus. Quid
autem ego sic adhuc egi tanq̃ integra sit causa patricio
de sacerdotijs et non iam in possessione unius amplissimi
simus sacerdotij decemuiros sacris faciundis, carminũ
sibille ac fatorum populi huius interpretes antistites cos
dem appollinis sacri ceremoniarumq; aliarũ plebeios
uidemus. Nec aut tum patritijs ulla iniuria fac ta
cum duum uiris sacris faciundis adiectus est propter
plebeios numerus. et nunc tribunus uir fortis ac stren
nus quinq; augurum loca, quatuor pontificũ adiecit.
in que plebeij nominentur. non ut uos appi uro loco pel
lant sed ut adiument uos homines plebeij diuinis quo
q; rebus procurandis sicut in ceteris humanis pro parte
uirili adiuuant. Noli erubescere appi. collegam in sa
cerdotio habere quem in censura quem in consulatu. col
legam habere potuisti. cuius tam dictatoris, magister
equitum q̃ magistri equitum esse potest dictator. Sabi
nũ aduenam principem nobilitatis urbe seu. ap. clausiũ
mausultus illi antiqui patritij in suum numerũ acceper-
Ne fastidieris nos in sacerdotium numero accipere. multa
decora nobiscum afferimus imo omnia eadem que uos
superbos fecer. l. sextius primus de plebe consul factus
est. C. licinius stolo primus magister equitum. c. martius
rutilus primus & dictator et censor. Q. publius philo
primus pretor. Semper asta audita sunt. eadem penes
nos auspitia esse, uos solos iustum imperium et auspitiũ
domi militiaq; . eq; adhuc prosperum plebeium ac patriti
um fuit. porroq; erit. en unq̃ fando audistis patritios pri
mo esse factos, non de celo esse missos. sed qui patre cere

possent. id est nihil ultra q̄ ingenuos. Consulem tam patrem uere possim: auūq; tam potent filius meus. Nihil est aliud in re quir: nisi ut omnia negata adipiscamur.
Certamen tantum patritij petunt: nec curant quem euentū certaminū habeant. Ego hanc legem quod bonum faustū felixq; sit. uobis ac reipu. ita rogat sub eundem censeo. Vocare tribus extemplo populus iubebat: apparebatq; accipi legem. Ille tamen diei intercessione est sublatus. Postero die de tertius tribunis ingenti consensu accepta est. Pontifices creantur: sin a sorte qui. P. decius mus. P. sempronius sophus. c. martius rutilus. M. uinius luuus dentatus. Quinq; augures item de plebe. c. genutius. P. elius petus. M. minutius festus. c. martius. T. publius. Ita octo pontificū. nouem augurum numerus factus. Eodem anno M. valerius consul de prouocatione legem tulit diligentius sanx.
Tertio eam rem post reges exactos lata est semper a familia cadē
Causam renouande sepius haud aliam fuisse reor. q̄ quod plr paucorum opes q̄ libertas plebis poterant. Portia tamen lex sola pro tergo ciuū lata uidetur: que grauem penam si quis uerberasset necasset ue ciuem romanū sanxit. Valeria lex cū qui prouocasset uirgis cedi securiq; necari uetuisset. Si quis aduersus eam fecisset. nihil ultra q̄ improbe factum adiecit.
Id quidem pudor hoīm erat usum. credo nunc ullum satis ualidum legis. nunc nix seruo ita minetur quisq̄. Bellum ab eodem consule haud quaq̄ memorabile aduersus rebellantes equos. cum preter animos ferocis nihil ex antiqua fortuna habuerint gestum est. Alter consul apuleius in umbria nequinū oppidum circumsedit. locus erat arduus altus in parte una preceps. ubi nūc narnia sita est. nec in nec munimento capi poterat. Itaq; infectam rem. M. fuluius petus. T. manlius torquatus nouū coss. acceperunt. In eum annū cū Q. fabium consulem non prementem omnes dicerent centuriae. ipz

auctorem fuisse

auctorem fuisse. macer hannus ac tubero tradūt differēdi
sibi in bellicosiorem annū. eo anno maiori se usui rei.pu.
profuturum urbano gesto magistratu. Ita nec dissimulā
tem quid mallet. nec petentem, tamen edilem curulem cū
l. papirio cursore factum. Id ne pro certo ponerem uetu
stior annaliū auctor piso effecit. qui eo anno edilesq curu
les fuisse tradit. M. domitium. CN. furium calumū. Sp.
carulium. Q. fabium maximū. Id credo cognomen errorē
in edilibus fecisse: secutamq: fabulam mixtam ex edilitijs
et consularibus comitijs conuenientem errori. Et lustrum
eo anno conditum. A p. sulpitio sopho et P. sempronio anter
rione censoribus. tribusq: addite duc anienſis ac terentina.
hec rome gesta. Ceterum ad nequinū oppidum cum segn
obsidione tempus terebatur duo ex oppidanis quorū erant
edificia mūcta muro specu facto ad stationes romanas itine
re occulto perueniūt. Inde ad consules deducti presidium
armatum se intra menia et muros accepturos confirmant.
Nec aspernenda resulsa neq: incaute credenda. Cum altero
eorum nam alter obses retentus est duo exploratores per
cuniculum missi. per quos satis comperta re trecenti armati
transfuga duce in urbem ingressi nocte portam que proxi
ma erat cepere. Qua refracta. consul exercitusq: romanus
sine certamine urbem intrauere. Ita nequinū in ditionē po
puli.r. uenit. Colonia eo aduersus umbros missa a flumi
ne narnia appellata. exercitus cum magna preda roman
reductus. Eodem anno aberuscis aduersus indutias pa
ratum bellum. sed cos alia molientes. gallorum ingens exer
citus fines ingressus paulisper a proposito auertit. Pecunia
deinde qua multum poterant fieri. socios ex hostibus face
re gallos conantur. ut eo adiuncto exercitu cum romanis
bellarent. de societate haud abnuūt barbari. de mercede a
gitur. Qua pacta acceptaq: cum parata cetera ad bellum

essent. sequiq; etruscos uiderent. inficiantur mercedem se
belli romanis inferendi pactos. Quicquid acceperint acce
pisse. ne agrum etruscum uastarent. armisq; lacesserent
cultores. militaturos tamen se. si uiq; etrusci uelint. sed
nulla alia mercede q̄ ut in partem agri accipiantur tan
demq; aliqua sede certa consistant. Multa de eo concilia
populorū etrurie habita. nec perfici quicq̄ potuit. Non tam
quia īminui agrum. q̄ quia accolas sibi quisq; adungere. tā
efferate gentis homines horrebat. Ita dimissi galli. pecu
niam ingentem sine labore ac periculo partam retulerē.
Rome terrorem prebuit fama gallica tumultus ad bellum
etruscum adiecta. Eo minus cunctanter fedus ictum cū
picenti populo est. Manlio consuli prouincia etruria sor
te euenit. Quo uix dum ingressus hostium fines. cum
exercerentur inter equites ab rapido cursu circumagendo
equo effusus extemplo prope expirauit. tertius ab eo casu
dies finis uite consuli fuit. Quo uidit omine belli accepto
deos pro se commisisse bellum memorantes etrusca sustule
re animos. Rome tum desiderio ui tum incommoditate
temporis tristis mutuus fuit. ut patres ab uocando dictato
re. consulis subrogandi comitia ex sententia principū
habita deterruerint. M. valerium consulem omnes
sententie centurieq; dixerunt. Quem senatus dicta
torem dictum uisurus fuerat. Tum extemplo in etruriam
ad legiones profectus uisit. Aduentus eius compressit
etruscos adeo ut nemo extra munimenta egredi audere
rimorq; ipsorum obsidioni similis esset. Neq; illos nou
consul uastandis agris urendisq; tectis. cum passim nō
ulle solum. sed frequentes quoq; uici incendisset fumare
elicere ad certamen potuit. Cum hoc segnius bellum o
piniones esset. alterius belli quod multis mutuis cladib
haud īmerito terribile erat. fama picentiū nouo socio

indrio exorta est. Samnites arma et rebellionem spec
tare seq; ab his sollicitatos esse. Picentibus grate acte
et magna pars cure patribus ab etruria in samnites uer
sa est. Caritas etiam annone sollicitam ciuitatem ha
buit: uentumq; ad inopie ultimū foret, ut scripsere q
bus edilem fuisse eo anno fabium maximū placet, ni e
ius uiri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibo
fuerat, talis rome tum in annone dispensatione prepa
rando ac conuehendo frumento fuisset. Eo anno nec
traditur causa, interregnū initum, interreges fuere ap.
duoduis dein. P. sulpitius. Ts comitia consularia habu
it. Creauit L. cornelium scipionem. CN. fuluiū consules.
Principio huius anni oratores lucanorum ad nouos consu
les uenerunt questum, quia conditionibus parere se
nequiuerunt ad societatem armorum samnites ingres
sos fines suos infesto exercitu uastare: bellocq; ad hibrium
cogere. lucano populo satis superq; etruum quondam.
nunc ita obstinatos animos esse. ut omia ferre ac pati
tolerabilius ducant, q̃ ut unq̃ postea nomen romanum
uiolent. Orare patres ut lucanos in fidem accipiant:
uim atq; iniuriam a se samnitium arceant. se quanq̃
bello cum samnitibus accepto necessaria iam facta ad
uersus romanos fides sit, tamen obsides dare paratos
esse. Breuis consultatio senatus fuit. Ad unū omnes
iungendum fedus cum lucanis, resq; repetendas a sam
nitibus censent. benigne responsum lucanis, uetumq; fe
dus. feciales missi qui samnitem decedere agro socio
ac deducere exercitus finibus lucanis iuberent. Quib
obuiam missi a samnitibus qui denuntiarent, si quod a
duersus in samnio concilium. haud inuiolatos abituros
Hec postq̃ audita sunt rome bellum samnitibus et patres
censuere, et populus iussit. Consules inter se prouincias

partu sunt. scipioni etruria fuluio samnites obuien-
duerti q; ad suū quisq; bellum proficiscuntur. Scipioni
segne bellum: et simile prioris anni militie expectanti. ho-
stes ad uolaterras instructo agmine occurrūt. pugnatuz
maiore parte diei magna utrinq; cede. Nox incertis cui
uictoria data esset intercessit: lux insequens uictorem
uictumq; ostendit. Nam etrusci silentio noctis castra re-
liquēt. Romanus egressus in aciem ubi profectione hosti-
um concessam uictoriam iudet: progressus ad castra. ita
cuncta cum plurima preda: nam et statiua etiam trepida
deserta fuerant potitur. Inde in falliscum agrum copijs
reductis, cum impedimenta falerijs cum modico presidio
reliquisset: expedito agmine ad depopulandos hostium
fines incedit. Omnia ferro igniq; uastantur. predeundi
q; acte: nec solum modo uastum hosti relictum: sed castel
lis etiam uicisq; iniectus ignis. Vrbibus oppugnandis te-
pratum. in quas timor etruscos compulerat. CN. fuluij
coss. clara pugna in samnio ad bouianū haud quaq̄ am-
bigue victorie fuit. Bouianū inde aggressus. nec ita
multo post antidenam in cepit. Eodem anno carseolos
colonia in agrum equiculorum deducta. fuluius cos.
de samnitibus triumphauit. Cum comitia consularia
instarent: fama exorta etruscos samnitesq; ingentes con-
scribere exercitus. palam omnibus concilijs uexari prin-
cipes etruscorum: quod non gallos quacunq; conditiōe
traxerint ad bellum. Increpare magistratus samnitiū
quod exercitum aduersus lucanū hostem comparatum
obiecerint romanis. Itaq; suis sociorumq; uiribus cōsur-
gere hostes ad bellum et haud quaq; pari defūgendum
esse certamine. Hic terror cum illustres uiri consulatū
peterent. omnes in .o. fabium maximū primo non petentē.
deinde ut inclinata iudit etiam recusantem conuertit. i

Quid ſe iam ſenem ac perfunctum laboribus laborumq; pre
miſſ ſolicitarent. Nec corporiſ neq; animi uigorem remanere
eundem: et fortunam ipſam uereri ne eu dcorum, nimia
iam in ſe et conſtantior q̄uelint humane res uideatur: et
ſe glorie ſuorum ſubtremiſſe: et ad ſuam gloriam cōſur
gentes alios letum aſpicere. nec honores magnos fortiſſi
miſ uiris rome. nec honoribuſ deeſſe fortes uiros dictabat.
Aiebat hac moderatione animi tam uiſta ſtudia: que re
uerentia legum reſtringenda ratus: legem recitari uiſſit
qua intra decem annos eundem conſulem reſici nō licerex.
Vix pre ſtrepitu audita lex eſt. tribuni q; plebiſ nihil id ipe
dimenti futurum aiebant. ſe ad populum latiros uti legi
buſ ſolueretur. Et ille quidem in recuſando perſtabat.
Quid ergo attineret legiſ ferri rogitans, quibuſ per coſdē
qui tuliſſent fraus fieret. Iam regi leges non regere. popu
luſ. Nihilominuſ ſuffragia ibat. Et ut quecq; intrā
uocata erat centuria conſulem haud dubie fabiū dice
bat. tum demū conſenſu cūtatiſ uictuſ. dū approbet
inquit quod agituſ acturiq; eſtiſ quirites. Ceterum quo
niam in me quod uoluiſ factum eſtiſ: in collega ſit mee
apud uos gratie locuſ. P. decium experturn mihi cōcor
di collegio uirum dignum uobis. digniū parente ſuo: que
ſo mecum conſulem faciatiſ: uiſta ſuffragatio uiſa. Omeſ
que ſupererant centurie. Q. fabium. P. decium. coſſ. di
xere. Eo anno pleriſq; diei dicta ab edilibuſ quia
pluſq̄ quod lege finitum erat agri poſſiderent. Nec quiſ
q̄ ferme eſt purgatiſ uinculum q; ingens īmodice cupidi
tatiſ iniectum eſt. Conſuleſ noui. Q. fabius maximuſ
quartum. & P. decius tertium cum inter ſe agitarent.
ut alter ſamnites hoſtes alter etruſcos deligeret. quanteq;
in hanc aut illam proniorem copie ſatis eſſent. et ut
ad utrum bellum dux idoneus magis eſſet. a ſutrio & ne

pte et faleryſ legati auctores concilia etrurie populoꝝ
de petenda pace haben. totam belli molem in samnium
auerterunt. Profecti conſules quo expeditiores commeatꝰ
eſſent. et incertior hoſtis q̄ uenturum bellum foret. fabi
us per foraneꝝ: decius per ſidicinū agrum in samnuꝝ legi
oneſ ducunt. Vbi in hoſtium fineſ uentum. utercꝫ popu
labundus effuſo agmine incedit. Exploratam tamen
latius q̄ populantur. Igitur non fefellerunt hoſteſ ad
tiferniꝝ in occulta ualle inſtructi, quam ingreſſos roma
noſ ſuperiore ex loco adoriri parabant. fabius impedi
mentis in locum tutum remotis preſidioq; modico impo
ſito. premonitis militibus adeſſe certamen. quadrato
agmine ad predictas hoſtium latebras ſuccedit. samni
teſ deſperato improuiſo tumultu quando in apertū ſe
mel diſcrimen euaſura reſ eſſet: et ipſi acie inſta malue
runt concurrere. Itaq; in equuꝝ deſcendunt: ac fortune
se maiore animo q̄ ſpe committunt. Ceterum ſeu quia
ex omniꝝ samnitium populis: quodcunq; roboris fue
rat contraxerant: ſeu quia diſcrimen ſummererum
agebat animoſ. aliq̄tum quoq; aperta pugna prebue
runt terroriſ. fabius ubi nulla ex parte hoſtem loco mo
ueri uidit: M. filiuꝝ. & M. l. valerium tribunos
militum cum quibus ad primam aciem procurrerat.
ire ad equites iubet: et adhortari ut ſi quando unq̄
equeſtri ope adiutam rem. pu. meminerint. illo die ad
nitantur. ut ordiniſ eiuſ gloriam inuictam preſtent
peditum certamine īmobilem hoſtem perſtare. omnem
reliquam ſpem in impetu eſſe equitum. et ipſoſ nomina
tim uiuenſ pari comitate utrunq; nūc laudibꝰ nūc pro
miſſiſ onerat. Ceterum quando nec ea quoq; tentata uiſ
proficeret. conſilio cauſſandum ſi nihil uireſ iuuarent
ratuſ. P. ſcipionem legatum haſtatos prime legioniſ

subtrahere ex acie et ad montes proximos q̄ posset occultis
sime circunducere iubet. Inde ascensu abdito a conspectu
erigere in montes agmen. aduersoq; hosti a tergo repente
se ostendere. Equites duabus tribunis haud multo plus
hostibus q̄ suis ex improuiso ante signa euecti: prebue
runt tumultus. aduersis incitatas turmas. strut̄ imo
ta samnitium acies: nec parte ulla pelli aut perrumpi po
tuit. eo postq̄ uertitur inceptum erat receptui post signa
prelio excessere. Creuit ex eo hostium animus. nec susti
nere fros pruma tam longum certamen, increscentemq;
fiducia sui uim potuisset. ni secunda acies missu consulis
in primam succedisset. Ibi integre uires sistunt inuehē
tem se iam samnitum. et tempore improuisa ex montibus
uisa signa. clamorq; sublatus. Non uero tantum metu
terruere samnitium animos. sed et fabius decium colle
gam appropinquare exclamauit: et prosequisq; milesa
desse alterum consulem, adesse legiones, gaudio alacres
fremunt. terrorq; utrisq; romanis oblatus fuge formidīsq;
samnites implauit: maxime territos ne ab altero exerci
tu integro intactoq; fessi opprimerentur: et quia passim
in fugam dissipati sunt minor cedes q̄ pro tanta uictoria
fuit. triamilia et quadringenti cesi capti. cccc. ferme &
triginta. signa militaria capta tria et uiginti. Samniti
bus apuli se ante prelium coniunxissent ni P. decius con
sul alter his ad malcuentum castra obiecisset. et tracto
deinde ad certamen fidisset. Ibi quoq; plus fuge q̄ cedis
fuit. duo milia apulorum cesa. spretoq; eo hoste decius in
samnitū legiones duxit. Ibi duo consulares exercitus duū
sis uagati partibus. omnia spatio quinq; mensiū uastart.
quadraginta et quinq; loca in samnio fuere. in quibus
decij castra fuerunt: alterius consulis sex et octuaginta:
nec ualli tantum ac fossarum uestigia relicta: sed mul

ũastatis circa regionib⁹ depopulatisq; agris

to aliis insignora monumenta ũastitatis circa regionumq; depopulatarum fabius etiam urbem cunctam cepit. ibi capta armatorum duo milia ac. cccc. cesi pugnantes ferme ad quadringentos triginta. Inde comitiorum causa roma profectus. maturauit eam rem agere. Cum primo uocatũ Q. fabium consulem dicerent omnes centurie. Appius claudius consularis candidatus ut acer et ambitiosus non sui magis honoris causa q̃ ut patritij recuperarent duo cõsularia loca: cum suis tum totius nobilitatis uiribus incubuit: ut se cum. Q. fabio consulem dicerent: Q. fabius de se primo eadem fere que priore anno dicendo abuti ere: circũsta re sellam omnis nobilitas. orare ut ex cetu plebio consulatũ extraheret: maiestatemq; pristinam tum honori tum patritijs gentibus redderet. fabius silentio facto. media oratione studia hominũ sed aut. facturum eum se fuisse dixit ut duorum patritiorum nomina reciperet. si alium q̃ se consulem fieri uideret. Nunc se suam rationem comitijs. cum contra leges futurum sit pessimo exemplo non habiturum. Ita. I. uolumnius de plebe cum appio claudio consul est factus.

cum

Priore item consulatu inter se comparati. nobilitas obiectare fabio. fugisse eum appium claudium collegam. eloquentia ciuilibusq; artibus haud dubie prestantem. Comitijs perfectis uteretes consules iussi in samnio bellum gerere: prorogato in sex menses imperio. Itaq; insequenti quoq; anno. L. uolumnio. ap. claudio. coss. P. decius qui consul in samnio relictus a collega fuerat proconsul. Idem populari nõ destitit agros. donec samnitium exercitum nusq̃ prelio se cõmittentem. postremo expulit finibus. etruriam pulsi petiere. et quod legationibus ne quicq̃ sepe temptauerant. id se tanto agmine armatorum. mixtis terrore precibus acturos efficacius rati postulauerunt. principum etrurie concilium. Quo coacto per quot annos pro libertate dimicent cũ roma

nus exponunt. omnia expertos esse si sinsinet ipsorum mu
bus tolerare tantam molem belli possent. temtasse etiā haud
magni momenti finitimarum gentium auxilia: petisse
pacem a populo.r. cum bellum tollerare non possent. rebel
lasse, quod pax fermentibus grauior q̄ liberis bellum esset.
Vnam sibi spem reliquam in etruscis restare. scire gentem
italie opulentissimam armis uiris pecunia esse. habere ac
colas gallos inter ferrum et arma natos. ferocesq; cū suopte
ingenio. tum aduersus populum.r. quem captum a se au
ro redemptum. haud mana iactantes memorent. Nihil
abesse si sit animus etruscis qui porsenne quondam mai
oribusq; eorum fuerit, quin romanos omni agro cis tiberi
pulsos dimicare pro salute sua non de intolerando italie re
gno cogant. samnitem illis exercitum paratum instru
ctum armis stipendio uenisse: confestim secuturos uel
si ad ipsam romanam urbem oppugnandam ducant.
Hec eos in etruria iactantes molientesq; bellum domi ro
manū urbat. Nam.P. decius ubi comperit per explora
tores profectum samnitium exercitum, aduocato cōsi
lio. quid per agros inquit uagamur uacuum circumfe
rentes bellum? quin urbes et menia aggredimur? Nul
lus iam exercitus samnio presidet. cessere finibus, ac si
bimet ipsi exilium conciuere. Approbantibus cunctis
ad marganciam ualidam urbem oppugnandā ducit.
tantusq; ardor militum fuit. et caritate ducis et spe ma
joris q̄ ex agrestibus populationibus prede ut uno die
ui atq; armis urbem caperent. Ibi duo milia samnitium
et centum pugnantes circūuenti captiq;. & alia preda
ingens capta est. Quae ne impedimentis grauibus ag
men onerarent, conuocari milites decius iubet. haccine
inquit victoria sola, aut in hac preda contenti estis fu
turi? Vultis uos pro uirtute spes gerere? omnis samnitium

urbes fortuneq; in urbibus relicte, uestre sunt: quādo legiones eorum tot prelijs fusas, postremo finibus expulsus. uendite ista, et allicite lucro mercatorem, ut seqūt. agmen: ego subinde suggestam que uendatis. ad romuleam urbem hinc eamus: ubi uos labor haud maior: preda maior manet. quu endita preda ultro. adhortātes imperatorem ad romuleam pergunt. Ibi quoq; sine opere, sine tormentis simul admota sunt signa: nulla ui deterriti a muris quacunq; proximum fuit scalis raptim admotis in menia euasere: captum oppidum ac direptum est. ad duo milia. trecenti occisi. et sex milia hominū capta: et miles ingenti preda potitus. quam uendere sicut priorem coactus. ferentinū inde quanq̄ nihil quietis dabatur: tamen summa alacritate ductus. Ceterum ibi plus laboris ac periculi fuit. et defensa summa ui menia sunt: et locus erat munimēto naturaq; tutus. sed uicit omnia assuetus prede miles. ad tria milia hostium circa muros cesa: preda militū fuit. Horum oppugnatarum urbium decoris pars maior in quibusdam annalibus ad maximū trahitur.

Margantiam adecio a fabio ferentinū romuleamq; oppugnatas tradunt. Sunt qui nouorum consulum hanc gloriam faciant. Quidam non amborum: sed alterius. l. uolumnij. et samnitū pronunciam euenisse.

Dum ea in samnio cuiuscunq; ductu auspitioq; gererētur. Romanis in etruria interim bellum ingēs multis exgentibus concitatur. Cuius auctor gellius egnatius ex samnitibus erat. tusci fere omnes concitauerant bellum. traxerat contagio proximos umbrie populos: et gallica auxilia mercede solicitabantur. Omnis ea multitudo ad castra samnitium conuenichat. qui tumultus repens postq̄ romam perlatus est. cum iam l. volūnius

consul cum legione secunda ac tertia sociorumq; milibꝫ
quindecim profectus in samniū esset. ap. claudium i
primo quoq; tempore in etruriam ire placuit. duę roma
ne legiones secute. prima et quarta et sociorum duode
cim milia. castra haud procul ab hoste posita. Ceterū
magis eo profectum est quod mature uentum erat. ut
quosdam spectantes iam arma etrurie populos metus
romani nominis comprimeret. q̄ quod ductu cōsulis
quicq̄ ibi satis scite aut fortunate gestum sit. Multa
prelia locis et temporibus uniquis commissa: spesq; in
dies grauiorem hostem faciebat: et iam prope erat. ut
nec duci milites. nec militibus dux satis fideret. litteras
ad collegam accersendum ex samnio missas in tribus
annalibus inuenio. piget tamen incerta ponere. cū ea
ipsa inter consules populi r. iam iterum eodem honore fū
gentes discrepatio fuerit. appio abnuente missas uolū
nio affirmante. Appiꝰ se litteris accitum. Iam uolūnius
in samnio tria castella ceperat. in quibus ad tria milia
hostium cesa erāt. dimidiū fere cuius captum. et lucano
rum seditiones a plebeis et egentibus ducibus ortas sum
ma optimatium uoluntate per. o. fabium. procōs mis
sum eo cum uetere exercitu compresserat. Decio depopu
landos hostium agros relinquit. ipse cum suis copijs i
etruriam ad collegam pergit. quem uenientem leti omi
accepere. Appium ex conscientia sua credo animū ha
buisse haud immerito uratum si nihil scripserat. illibe
rali et ingrato animo si equerat ope dissimulantem. i
nux enim salute mutua reddita: cum obuiam egressus
esset. satin salue inquit. l. uolumni ut sese in samnio
res habent. que te causa ut prouinciam tuam excedere
induxit. Volumniuꝰ in samnio res prosperas esse aut
litteris accitum uenisse: que si falsę fuerint: nec usius siu

sit in etruriam extimplo conuersis signis abiturū. Tu ne
ro abras inquit. neq; te quisq̃ moratur: et cum immine cō
sentaneum est cum bello tuo forsitan nx sufficias. hic te
ad opem ferendam alijs gloriari uenisse. Benehercules
nerterer dicere nolumus. malle frustra operam sumptā
q̃ quicq̃ incidisse. cur non satis esset etrurie unus consula
ris exercitus? digredientem iam consulem legati tribu
niq; ex appiano exercitu circumsistunt. pars imperatorem
suum orare ne collegę auxilium quod accipiendum ulti°
fuerit. sua sponte oblatum sperneret. plures abeunti uolū
nio obsistere atq; obtestari ne prauo cum collega certa
mine rem.pu. prodat. Si qua clades uenisset: desertori
magis q̃ deserto noxie fore. Cō rem adductam ut omis
ri bene aut secus geste in etruria decus dedecusq; ad .l.
uolumniū sit delegatum. neminem quesiturum que
uerba appij sed que fortuna exercitus fuerit. dimitti
ab appio cum. sed ab re.pu. et ab exercitu retineri. expri
mitur modo uoluntatem militum. hec monendo obtesta
doq; prope resistantes consulem in contionem pertraxer. ibi
orationes longiores habite in eandem ferme sententiam in
quam inter paucos certatum uerbis fuerat. et cū nolum
nius causa superior: ne infacundus quidem. aduersus exi
miam eloquentiam collegę usus esset: camillanisq; appius
sibi acceptum referre diceret debere quod ex muto atq;
elinguj facundum etiam consulem haberent: priore cōsu
latu primis utriq; mensibus. hiscere cum nequisse. nuncia
populares orationes serere. Oꝛ mallem inquit uolūnius
tu a me strenue facere q̃ ego abs te scite loqui didicissem.
Postremo conditionem ferre que decretura sit, non orator.
neq; enim id desiderare rem.pu. sed imperator uter sit melior:
Etruriam et samnium pronunciasse: utram mallet eligeret
sibi exercitu se uel in etruria uel in samnio rem gesturum.

Tum mlitum clamor ortus ut simul ambo bellum susce-
rent. Quo animadverso consensu uolumnius: quoniã
in collegę uoluntate interpretanda unquit erraui. nõ ob
mittam quid nos uelitus obscurum sit. manere an abire
me uelitus. clamore significare. Tum uero tantus est cla
mor exortus, ut hostes e castris exirent. armis arreptis
in aciem descendunt: et uolumnius signa canere ac uexil
la aferri e castris iussit. Appium addubitasse ferunt.
cernentem seu pugnante seu quieto se fore collegę uicto
riam. deinde ueritum ne sue quoq; legiones uolumnium
sequerentur: et ipsum flagitantibus suis signum dedisse.
Ab neutra parte satis commode instructi fuere. Nam et
samnitium dux gellius egnatius pabulatum cum cohor
tibus pauci erat suisq; impetu magis militesq; cuiusq; i
ductu aut imperio pugnam capiebant et romani exerci
tus nec pariter ambo ducti. nec satis temporis ad instru
endum fuit: Prius concurrit uolumnius q̃ appius ad
hostem peruenisset. itaq; fronte inequali concursum est.
et uelut forte quadam mutante assuetos inter se hostes e
truscu uolumnio, samnites parumper cunctati quia dux
abierat appio occurrer. dicitur appius in medio pugne di
scrimine, ita ut inter prima signa manibus ad celum su
blatis conspiceretur. ita precatus esse. Bellona si hodie no
bis uictoriam des, ast ego tibi templum uoueo. hoc preca "dius
tus uelut instigante dea. et ipse collegę et exercitus exercu
iurtutem equauit. duces imperatoria opera exequuntur: et
milites ne ab alia parte prius uictoria incipiat admittitur.
Ergo fundunt fugantq; hostes maiorem molem haud faci
le sustinentes q̃ cum qua manus conserere assueti fuerant.
urgendo cedentes insequendoq; effusos compulere ad cast.
Ibi interuentu gellij cohortiumq; samnitiarum paulisper
mercudunt pugna. his quoq; mox fusis iam auxiliatori

busiam pugnatoribus castra oppugnabantur. et cum uo
lumnius ipē porte signa inferret. appius bellonam uictri
cem identidem celebrans accenderat militum animos.
per uallum per fossas irruperunt. castra capta direptaq;
preda ingens parta & milii concessa est. vii. milia.ccc.
hostium occisi. duo milia et centum uiginti capti. Du
ambo consules omnisq; romana uis in etruscum bellum
magis inclinat: in samnio nouus exercitus exorti ad de
populandos imperij romani fines per uestinos in campania
falernūq; agrum transcendunt: ingentesq; predas faciūt.
uolumniū magnis itineribus in samniū redeundem iam
enim fabio decioq; prorogati imperij finis aderat: fama
de samnitium exercitu depopulationibus agri campani
ad tuendos socios conuertit. Vt in caleuum agrū uenit.
et ipse cernit recentia cladis uestigia: et caleni narrant.
tantum iam prede hostes trahere ut uix explicare agmē
possint. Itaq; iam propalam duces loqui extemplo eundē
in samniū esse: ut relicta tibi preda in expeditionem rede
ant. nec tam oneratum agmen dimicationi committant.
Ea quanq̄ similia ueris erant. certius tamen exploranda ra
tus. dimittit equites qui uagos predatores in agris pa
lantes excipiant: ex quibus inquirendo cognoscat ad uul
turnum flumen sedere hostem. Inde tertia uigilia motu
rum uter in samniū esse. His satis exploratis profectus, tā
to interuallo ab hostibus consedit. ut nec aduentus sius
propinquitate nimia nosci posset: et egredientem e castris
hostem opprimeret. aliquanto antelucem ad castra ac
cessit: quarosq; osce lingue exploratum quid agatur ac
mittit. intermixti hostibus quod facile erat in nocturna
trepidatione cognoscunt in frequentia armatis signa
egressa: predam predeq; custodes exire: ignobile agmē
hostium. et sua quenq; molientem. nullo inter alios cō

ſenſu: nec ſatis certo imperio. tempus aggrediendi aptiſ
ſimū uſum eſt. & iam lux appetebat. itaq; ſigna canere
uſſit: agmenq; hoſtium aggreditur. ſamnites preda ip̄e
dita, infrequentes armati parſ addere gradum, ac pre ſe
agere predam: pars ſtare incerti utrum progredi an
regredi in caſtra tutiuſ foret. Inter cunctationem oppri
muntur. et romani iam tranſcenderant uallum: cedes
q; ac tumultuſ erat in caſtris. Samnitium agmen pre
terq̄ hoſtili tumultu: captiuorum etiam repentina defec
tione turbatum erat. Quippe partim ipſi ſoluti uinctoſ ſol
uebant partim arma in ſarcinis deligata rapiebant: tu
multum q; ipō prelio terribiliorem intermixti agmini pre
bebant. Memorandum deinde edidere facinuſ. Nam
ſtatium minatium ducem adeuntem ordines hortantēq;
inuadunt. diſſipatiſ inde equitibuſ qui cum eo aderant.
ipm circumſiſtunt. inſidentemq; equo captum ad conſule
r. rapiunt. Reuocata eo tumultu prima ſigna ſamnitiū.
prelium q; iam profligatum integratum eſt. nec diutius ſu
ſtineri potuit. Cesa ad ſex milia hominū. duo milia et
quingenti capti. In caſtris tribuni militum quatuor ſigna
militaria triginta. et quod letiſſimū uictoribuſ fuit.
captiuorum recepta ſeptem milia & cccc. preda ingens
ſociorum. Accitoq; edicto domini ad res ſuas noſcendas
recipiendaſq; preſtituta die: quarum rerum non extitit
dominus militi conceſſe: coactiq; uendere predam ne ali
bi q̄m in armis animū haberent. Magnū ea popilatio
campani agri tumultum rome prebuerat. et per eoſ forte
dies ex etruria allatum erat, poſt deductum inde uolum
niū exercitum etruriam concitatam in arma. et gellium
egnatium ſamnitiū ducem. et umbroſ ad defectionē
uocari: et galloſ pretio ingenti ſolicitari. his nuntiis ſe
natuſ conterritus uiſtuuium indicta delectum omiſ gene

rus hominū haberi uissit. Neq; ingenuū modo aut ūmiores
sacramento adacti sunt: sed seniorum etiam cohortes fec.
libertiniq; centuriati: et defendende urbis consilia agita
bantur. Cūmq; rerum pretor P. sempronius precerat.
Ceterum parte cure exonerauere senatum. l. uolumnio co.
luttere quibus cesos fusosq; populatores campanie cogni
tum est. Itaq; et supplicationes ob rem bene gestam consu
lis nomine decernuntur: ustrinū remittitur quod fuerat
dies xviii. supplicatioq; prolata fuit. Tum de presidio re
gionis depopulate asammitibus agitari cepum. Itaq; i
placuit ut due colonie circa uestinum et falernū agrum
deducerentur. una ad ostium liris fluuij que minturne
appellata. altera in saltu uestino falernū contingentem
agrum ubi synope dicitur greca urbs fuisse. sinuessa
deinde a colonis romanis appellata. tribunis plebis negō
tium datum est ut plebiscito uberetur. P. sempron⁹
pretor. triūuiros in ea loca colonis deducendis creare.
nec qui nomina darent facile inueniebantur: quia in
stationem se prope perpetuam infeste regionis. non in a
gros mitti rebantur. Auertit ab eis curis senatū etru
rie ingrauescens bellum. et crebre littere appij monentis
ne regionis eius motum negligerent. quatuor gentes
conferre arma etruscos. samnites. umbros. gallos. Iam
castra bifariam esse facta. quia unus locus capere tan
tam multitudinem non possit. Ob hec etiam appetebat
tempus comitiorum. eorum causa. l. volūnius roma
reuocatus. Qui primusq; ad suffragium centurias voca
ret in contionem aduocato populo multa de magnitu
dine belli etrusci disseruit. Iam tum cum ipe ibi cum col
lega rem pariter gesserat. fuisse tantum bellum. ut nec
duce uno nec exercitu geri potuerit. Accessisse his postea
dia umbros. et ingentem exercitum gallorum. Aduers⁹

quatuor populos duces consules illo die dedigi memini
sent: se nisi confiderent cum consensu populi r. consulem
declaratum iri qui haud dubie tum primus omniū duc
tor haberetur: dictatorem fuisse extumplo dicturum. ne
mini dubium erat: quin fabius quintus consensu oīm
destinaretur. Cumq; et prerogatiue: et primo uocate oēs
centurie consulem cum l. uolumnio dicebant: fabij ora
tio fuit qualis biennio ante. deinde ut uincebatur cōsēsu
uersa postremo ad collegam P. decium poscendum. id se
nectuti sue admiculum fore. Censura duobusq; consu
latibus simul gestis expertum se. Nihil concordi collegio
firmius ad rem pu. tuendam esse. Nouo imperij socio uix
iam assuescere senilem animū posse. cum moribus nouis
facilius se communicaturum consilia. subscripsit oratoni
eius cos. cum meritis. P. decij laudibus tum quę ex cōcor
dia consulum bona quęq; ex discordia mala: in admini
stratione rerum militariū euenirent. memorando q̄ pro
pe ultimū discrimen suis et collegę certaminibus super
uenturum foret. et admonendo decium fabiumq; ut uno
animo una mente uiuerent. Esse preterea uiros natos
militie factis magnos ad uerborum linguęq; certamina
rudes ad ingenia consularia callidos sollertesq; iuris atq;
eloquentie consultos qualis appius claudius esset. urbi ac
foro presides habendos. pretoresq; ad reddenda iura creā
dos esse. his agendis dies est consumptus. postridie ad r
prescriptum consulis et consularia et pretoria comitia
habita. consules creati. o. fabius. P. decius. Ap. claudi
us pretor. et l. uolumnio ex senatus consulto. et scito
plebis prorogatum in annū imperium est. Eo anno pro
digia multa fuer. quorum auertendorum causa sup
plicationes in biduum senatus decreuit. Publice uinū
ac thus sacrificijs datum: supplicatum iere frequentes

uiri fmineq; . Insignem supplicationem fecit certamen
in sacello pudicitie patritie . que in foro bouario est
ad eden rotundam herculis inter matronas ortum .
Virginiam auli filiam patritiam plebeio nuptam . L. uo
lumnio. cos. Matrone quod e patribus nupsisset sacris
arcuerant : breuis altercatio inde extracundia muliebri
in contemptionem animorum exarsit. Cum se uirginia &
patritiam et pudicam in patrie pudicitie templum in
gressam . et uni nuptam ad quem uirgo deducta sit. &
nec se uiri honor uecius ac rerum gestarum penitere ue
ro gloriaretur . facto deinde egregio magnifica uerba
adauxit . In uico longo ubi habitabat ex parte eduum
quod satis esset loci modico sacello exclusit . aramq; ibi
posuit : et conuocatis plebeis matronis conquesta de iniu
ria patritiarum . ego hanc aram inquit pudicitie ple
bei dedico . uosq; hortor ut quod certamen uirtutis uros
in hac ciuitate tenet hoc pudicitie inter matronas sit: de
tisq; operam ut hec ara q̄ illa si quid potest sanctius et a
castioribus colidicatur . Eodem ferme ritu et hec ara m
si quod illa antiquior culta est ut nulla nisi spectate pu
dicitie matrona . et que uni uiro nupta fuisset ius sacrifi
candi haberet . Vulgata deinde religio ad pollutas nec
matronis solum : sed omnis ordinis feminis postremo in
obliuionem uenit . Eodem anno . CN . et Q . q̄uinij
ediles curules aliquot feneratoribus diem dixer . quorū
bonis multatis ex eo quod in publicum redactum est .
enea in capitolio limina et triū mensarum argentea
uasa in cella iouis , iouemq; in culmine cum quadrigis :
et ad ficum ruminalem simulacra infantium condito
rum urbis uberibus lupe posuerunt : semitamq; saxo qua
drato a capena porta ad martis strauer . et ab edilibus
plebeis . L . elio peto et C . fuluio curuo ex multatitia pecu

nia quam exegē prcuarijſ damnatuſ ludi facti patrecq;
aurce ad cerctſ poſitc. Q uintius inde fabiuſ et P.
decuſ quartum conſulatum ineunt tribuſ conſulatu
buſ cenſuraq; college nec gloria magiſ rerum que in
genſ erat q̄ concordia inter ſe dari. que ne perpetua cet
ordiniſ magiſ q̄ ipſorum inter ſe certamen interueniſſe
rcor. patritijſ tendentibuſ ut fabiuſ etruriam extra or
dinem prouinciam haberet. plebeiſ auctoribuſ decio ut
ad ſortem reuocaret. fuit certe contentio in ſenatu: poſtq̄
ibi fabiuſ pluſ poterat: reuocata reſ ad populum eſt. in
contione ut inter militareſ uiroſ et factiſ potiuſ q̄ dic
tiſ firctoſ panca uerba habita. fabiuſ quam arborem
conſeruiſſet ſub ea legere alium ducem fructū indignū
eſſe dicere: ſe aperuiſſe ciminiam ſiluam: uiamq; per de
uioſ ſaltuſ romano bello fecciſſe. Q uid ſe id etatiſ ſolici
taſſent ſi alio duce bellum geſturi eſſent. Nimirum ad
uerſarium ſe non ſocium imperij leguſſe ſenſin exprobat
et inuidiſſe decium concordibuſ collegijſ tribuſ. poſtre
mo ſe tendere nihil ultra q̄ ut ſi fluuium prouincia du
cerent in eam mitterent. in ſenatuſ arbitrio ſe fuiſſe &
in poteſtate populi ſe futurum. P. decuſ de ſenatuſ in
uria querebatur. quo ad potuerint patreſ adnixos
ne plebeiſ aditus ad magnoſ honoreſ eſſet. Poſtq̄ ip
ſa uirtuſ peruicerat ne in ullo genere hominū inhono
rata eſſet queri quemadmodum uerſa ſint. nō ſuffra
gia modo populi, ſed arbitria etiam fortune et impa
corum poteſtatem uertantur. omnes ante ſe conſuleſ
ſortitoſ prouinciaſ eſſe. Nunc extra ſortem fabio
ſenatum prouinciam dare ſi honoriſ cuiſ cauſa ita
cum de ſenatu decq; re. pu. meritum eſſe ut faueat.
Q. fabij glie: que modo non ſua contumelia ſplendeat.
C um autem dubium eſſe ubi unū bellum ſit aſperum ac

difficile cum alteri id extra sortem mandetur quin alter consul pro supervacaneo atq; inutili habeatur. gloriari fabium rebus in etruria gestis. uelle et P. decium gloriari: et forsitan quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut totiens nouum ex improuiso incendium daret, eum se extincturum. Postremo se collegæ honores premaq; concessurum uerecundia etatis ciusmaiestatisq; cum periculum cum dimicatio proposita sit neq; cedere sua sponte neq; cessurum: et si nihil aliud ex eo certamine tulerit illud certe laturum. ut quod populi sit populus uibrat potius q̄ patres gratificentur. Iouem optimū maximū deosq; īmortales se precari ut ita sortem equam sibi cum collega dent si eandem uirtutem felicitatemq; in bello administrando daturi sint. Certe et id natura equum et exemplo utile esse et ad famam populi r. pertinere eos consules esse: quorum utrolibet duce bellum etruscum geri recte posset. fabius nihil aliud percatus populum r. q̄ ut prius q̄ intro uocarentur ad suffragium tribus appij claudij pretoris romam litteras ex etruria allatas audirent comitio abijt. Nec minore populi consensu q̄ senatus pronuncia etruria extra sortem fabio decreta est. Concursus inde ad consulem factus ōm ferme iuniorum: et pro se quisq; nomina dabant. Tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Qua circumfusa sua turba quatuor milia inquit peditum, et sexcentos equites duntaxat scribere in animo est, hodierno & crastino die qui nomina dederitis mecum ducam. Maiori mihi curæ est ut omnes locupletes reducam q̄ ut multos rum geram militibus. Profectus apto exercitu, et eo plus fiducie ac spei gerente quod non desiderata multitudo erat ad oppidum abarnam, unde haud procul hostes erant ad castra appij pretoris prout. pauci circa milites ligatores ei ci

presidio occurrunt.

presidio occurrunt. qui ut littores progredi uidē. fabiū
q; esse consulem acceperē. letu atq; alacres dijs populoq; r.
grates agunt. quod cum sibi imperatorem misissent. Cū
cunsusi deinde cum consulem salutarent. quesit fabius
quo pergerent respondentibusq; signatum fore. an tandē
inquit. nū castra uallata non habent:- Ad hoc cum succla
matum esset. duplici quidem uallo et fossa: et tamen in in
genti metu esse habent inquit affatim ligniorum. redite et
uellite uallum. Redeunt in castra terroremq; ibi uellen
tes uallum. et his qui in castra remanserant militibus & ipi
appio fecerunt. tum pro se quisq; alij alijs dicere consulis
se. Q. fabij facere iussit. Postero inde die castra mota.
& appius pretor romam dimissus. Inde nusq̄ statiua ro
manis fuere negabat utile esse uno loco sedere exercitum
itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubrio
rem esse. fiebant autem itinera quanta fieri sinebat hiē
haud dum exacto. vere inde relicta primo secunda re
gione ad clusium quod camars olim appellabant pre
positoq; castris. l. scipione pro pretore romam ipē ad con
sultandum de bello redijt. siue ipē sponte sua qua bellum
manis in conspectu erat. q̄ quantum esse fame crediderat.
siue senatus consulto accitus. nam in utrumq; auctores sūt.
ab appio claudio pretore retractum quidam uideri uolūt
cum in senatu et apud populum id quod per literas assidu
e fecerat terrorem belli etrusci augeret. Non sufficturuz
ducem unū: nec exercitum unū aduersus quatuor popu
los. Periculum esse sine uincti unū premant sine idū
si gerant bellum. ne ad omnia simul obire unus nō pos
sit. duas se ibi legiones romanas reliquisse: & minus quī
q; milia peditum equitumq; qui cum fabio uenissent.
Sibi placere. P. decium. cos. primo quoq; tempore ī etruriam
ad collegam proficisci. l. uolumnio samnū prouinciam

dari. Si consul malit in suam prouinciam ire uolumnii
in etruriam ad consulem cum exercitu uisto consulari p
ficisci. Cum magnam partem moueret oratio pretoris. t
P. decium censuisse ferunt: ut omnia integra ac libera. Q
fabio reseruarentur; donec ipse si per commodū rei
pu. posset romam uenisset: uel aliquem ex legatis misis
set. a quo disceret senatus quantum in etruria belli esset.
quantusq; administrandum copijs. et quot per duces esset.
F abius ut romam redijt. et in senatum est productus ad
populū mediā orōnem habuit. ut nec augere nec minuere
uideretur belli famam: magisq; in altero assumendo duce,
aliorum indulgere timori q̄ suo aut rei pu. periculo cō
sulere. Ceterum si sibi aduitorem belli socium q; unperij
darent: quonam modo se obliuisci. P. decij consulis per
tot collegia experti posse: neminem omnium secum cuiq;
malle et copiarum satis sibi cum P decio et nūq̄ nimiū
hostium fore. sin collega quid aliud malit. at sibi L. volū
niū darent adiutorem. Omnium rerum arbitrium et a
populo et a senatu et ab ipō collega fabio permissum est.
et cum P. decius se in samnium uel in etruriam proficisci
paratum esse ostendisset. tanta letitia ac gratulatio fuit.
ut precipererent uictoriam animis. triumphusq; non bellū
decerum consulibus uideretur. Inuenio apud quosdā
extimplo consulatu uisto profectos in etruriam fabium
deciumq; sine ulla mentione sortis prouinciarū certami
nūq; inter collegas que exposui. Sunt quibus ne hec qui
dem certamina exponere satis fuerit: adiecerint & appij
criminationes de fabio ad populum: et pertinaciam adū
sus presentem consulem pretoris contentionemq; aliam
inter collegas, tendente decio ut sue quisq; prouincie sor
tem tueretur. Constare res incipit ex eo tempore quo pro
fecti consules ambo ad bellum sunt. Ceterum antēq̄ cōsu

lesin etruriam peruenirent senones galli multitudine
ingenti ad clusium uener. legionem romanam castra q;
oppugnatum. Scipio qui castris preerat. loco aduman
dam paucitatem suorum militum ratus: in colle qui iter
urbem et castra erat aciem erexit. Sed ut in re subita pa
rum explorato itinere ad iugum perrexit. quod hostes ce
perant parte alia aggressi. Ita cesa atergo legio atq; in
medio cum hostis undiq; urgeret circūuenta. delectam
quoq; ibi legionem ita ut nuntius ibi non superesset qdā
auctores sunt. Nec ante ad consules, qui iam haud pro
cul a clusio aberant. famam cius cladis perlatam q̄ in cō
spectu fuere gallorum equites pectoribus equorum suspē
sa gestantes capita, et lanceis infixa, ouantesq; more siu
carmine. Sunt qui umbros fuisse non gallos tradant:
nec tantum cladis acceptum: et circūuentis populatoribo
cum. L. manlio torquato legato scipionem propretorem
subsidium e castris tulisse: uictoresq; umbros reintegra
to prelio uictos esse, captiuosq; eis ac predam ademptam.
Similius uero est a gallo hoste q̄ umbro eam cladem ac
ceptam: quod cum sepe alias tum eo anno gallica tumul
tus precipuus terror ciuitatem tenuit. Itaq; preterq̄
quod ambo consules profecti ad bellum erant cū quatuo
or legionibus et magno equitatu romano campanisq;
mille equitibus delectis ad id bellum missis, et sociorum
nominisq; latini maiore exercitu q̄ romano. alij duo ex
ercitus haud procul urbe etrurie oppositi: unus in fali
sco alter in uaticano agro. CN. fuluius & L. postumius
megillus propretores ambo statiua in eis locis habere
iussi. consules ad hostes transgresso appennino i agrū
sentinatem peruenere. Ibi quatuor mil. ferme itervallo
castra posita. Inter hostes unde consultatiōes habite.
atq; ita conuenit. ne unis castris miscerentur omnes

neuem aciem descenderent simul. Samnitibus galli
etruscis umbri adiecti. dies indicta pugne. samniti gal
lisq; delegata pugna. inter ipsum certamen. etrusci ūbri
q; iussi castra romana oppugnare. Hec consilia turbar.
transfuge clusini tres clam nocte ad fabium consulem
transgressi. qui editus hostium consiliis dimissi. cū domi
ut subinde quecq; res nouas decreta esset exploratū per
ferrent consulesq. CN. fuluio ut ex faliseo. Postumio
ut ex ianicano exercitum ad clusium admoueant. sū
ma q; ui fines hostiū depopulentur scribunt. huius po
pulationis fama etruscos ex agro sentinate ad suos fi
nes tuendos mouit. Iustare inde. coss. ut absentibus his
oppugnarentur. per biduum lacessere prelio hostē. biduo
nihil digni dictu actum. pauci utrinq; cecidere. magisq; ir
ritati sunt ad iustum certamen animi. q̄ ad discrimen sū
ma rerum adducta. Tertia die descensum in campū oīb⁹
copijs est. Cum instructe acies starent. cerua fugiens lu
pum e montibus exacta per campos inter duas acies di
scurrit. Inde diuerse fere cerua ad gallos. lupus ad ro
manos cursum deflexit: lupo data inter ordines: cedam
galli confixere. Tum ex antesignanis romanus miles illac
fuga inquit et cedes uertit. ubi sacram dianę feram iacē
tem uidetis. hinc uictor marcius lupus integer et intactus
gentis nos martie et conditoris nostri admonuit. dex
tro cornu galli sinistro samnites constiter. Aduersus
samnites Quintus fabius primam ac tertiam legionē
pro dextro cornu aduersus gallos pro sinistro decius
quintam et sextam instruxit: secunda et quarta cum
l. volumnio proconsule in samnio gerabant bellum. Pri
mo concursu adeo equis uiribus gesta res est: ut si affuis
sent etrusci et umbri aut in acie aut in castris quocūq;
se inclinassent accipienda clades fuerit. Cetrum quanq̄

cōmunis adhuc martis belli erat nec dum discrimen fortuna
fecerat qua datura iuris esset. haud quaq; similis pugna
in dextro leuoq; cornu erat. romanā apud fabium arcebāt
magisq; inferebant pugnam: extrahebaturq; inq; maxīe
serum diei certamen quia ita persuasum erat duci et samni
tes et gallos primo impetu feroces esse. quos sustineri saris
sit. longiore certamine sensim tedere samnitiū animos.
gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris
atq; estus fluere. primaq; eorum prelia plusq; uirorum. po
strema minus q; feminarum esse. in id tempus igitur quo
uinci solebat hostis q; integerrima as uiris militem seruabāt.
ferocior decus et etate et uigore animi quantumcūq; uiriū
habuit certamine primo effudit: et qua lentior uidebat
pedestris pugna: equitatum in pugnam concitat: et ipse for
tissime iuuenum turme īmixtus orat proceres iuuentutis ī
hostem ut secum impetum faciant. duplicem illorum gliām
fore: si a leuo cornu et ab equite victoria incipiat. bis a
uertere gallicum equitatum. iterum longius euectos etiam
inter media equitum agmina prelium cientes nouī pugne
conterruit genus. essedis carrisq; super circumstans armatis
hostis ingenti sonitu equorum rotarumq; aduenit. et īsolitq
eius tumultus romanorum conterruit equos. ita uictorem
equitatum uelut lymphaticus pauor dissipat. Sternit in
tuentes equos uiros q; improuida fuga. turbata hinc etiā
signa legionū: multiq; equorum impetu acuchiculorum
raptorum pr agmen obtritu antesignani: et insecuta simul
ut territos hostes uidit gallica acies nullum spatium respi
randi recipiendiq; se dabat. Vociferare inde decius quo
fugerint. quam ne in fuga spem haberent. obsistere cedenti
bus ac reuocare fusos. deinde ut nulla iam pauidos sustinere
poterat. Patrem P. decium nomine compellans. Quid ul
tra moror inquit familiare fatum: datum hoc generi no

ſtro eſt uoluendus periculus publicas piacula simul ſtam ego
meam hostium legiones mactandas telluri ac diis ma
nibus dabo. hec locutus. M. liuiū pontificem, quem desce
dens in aciem digredi uetuerat ab se precari iussit uerba q
bus se legiones q; hostium pro exercitu populi r. quiritium
deuoueret. deuotus inde eadem precatione, eodemq; habi
tu quo pater. P. decius aduersum bello latino se miserat
deuoueri. cum secundum deprecationes sollennes adiecis
set prese agere. sese formidinem ac fugam cedemq; ac
cruorem celestium inferorum uas contracturū funebrib
diris signa tela arma hostium locumq; eundē sic pestis ac
gallorum et samnitiū fore. hec exercitus in se hostesq; q̄
confertissimam cernebat gallorum aciem concitat equum.
inferensq; se ipsum infestis telis est interfectus. Vix hūa
ne inde opis uideri pugna potuit. Romani duce amisso
quem est terrori alias esse solet, sistere fugam ac nouam de
integro uelle instaurare pugnam. Galli & maxime glob
circumstans consulis corpus uelut alienata mente uana in
cassium iactare tela. torpere quidam et ne pugne memi
nisse nec fugę. At ex parte altera pontifex liuius cui hosto
res decius tradiderat uisserat q; prope esse uociferari uicis
se romanos, defunctos consulis fato, gallos samnites q; tel
luris matris ad deorum manū esse: rapere ad se ac uoca
re decii deuotam secum aciem furiarum q; ac formidis
plena omnia ad hostes esse. Superueniūt deinde his re
stituentibus pugnam. l. cornelius scipio & martius cū sub
sidiis ex nouissima acie missis. Q. fabij consulis ad presidi
um college missi. Ibi auditur. P. decij euentus. Ingens
hortamen ad omnia audenda pro re. pu. Itaq; cū galli
structis ante se scutis conferti starent: nec facilis pede col
lato uideretur pugna, iussu legatorum collecta humi pi
la que strata inter duas acies iacebant: at in testudinem

hostium conlecta quibus plerisq; in scuta uerutisq; rapis
in corpora ipsa fixis. sternitur cuneus: ita ut magna
